






1565










940

COMMENTARII IN GALENI LIBROS DE FEB. DIFFERENTIIS.

PAMPHILO MONTIO MEDICO BONONIENSI AVTORE.

VIRTVTE



Cum Priuilegio.

BONONIAE.

Ex officina Anſelmi Giaccarelli. M. D. LXV.

AD CLARISSIMVM IO. BAPTISTAM CAMPEGIVM Episcopum Maioricensem. Pamphili Montij Medici Bononiensis Epiostla.



AXIMA est uel potius diuina virtus medicę artis pręsul amplissime, eruditorum Nobilissime, Nobiliumq́ eruditissime. Magnā etiam vim esse oportet ipsorum explanatorum & interpretum, quorum officium est inuolucra explicare, obscura illustrare, arcana reuelare, & quę auctor ipse strictim et quasi transeunter attingit copiose & diligenter enodare. Nec deficiunt in omni scientiarum genere qui interpretando, commentando veterum scripta, & dicta explanando, non mediocrem laudē cōsecuti sunt, et gloriam, quorum ego prouocatus exemplo cum paucos conspicerem, vel potius nullos in hoc Galenico gurgite vela explicantes, pro tenui mea virili, ad laudem & gloriam D. O. M. vtilitati etiā publice consulere cupiens commentarios hosce diligentiori cura elimatos ac reuisos cudi in Galeni libros primum & secūdum,

De differentijs febrium, vt opinor nõ pœnitendos curaui postq̃ in Patriam iterum ad solitum meum legendi munus cum honestiore stipẽdii incremẽto sum reuocatus: Quę quidẽ superioribus annis in Patauino studio cõposuimus, cũ a laribus domesticis Bononiẽsibus honorificè euocatus ad digniorem sedẽ, Medicinæ Theoricæ, & Practicæ ordinariæ Academiæ illius essem cooptatus: vbi tunc illustris benignitas ac bonitas tua auditorium nostrũ præsentia sua illustrare non est dedignata: Et quoniam a pluribus auditoribus tunc me publice dictante & legente conscripta hæc non perfectè & integrè, sed mutilata ac manca minimè dictis meis & scriptis ac relationi publicè quadrantia: sub nomine meo, vt intellexi, transcripta passim circunferebantur: nõ potui, licet minus libenter forte quasi inuitus non propalare, quæ qualiacunq; sunt, tibi vni ex omnibus potissimum dicare cõstitui. Primum q̃ eadem utriq; Patria, idem genitale solum est: deinde quia literatus literatos amas, literatos foues, & studiorum studiosorumq; comercio delectaris. Et vt paucis omnia colligam, cum innumerę sint animi et corporis tuę dotes, & infinitus extet meritorum tuorum erga me cumulus.

Ego

Ego qui ingratitudinis crimen horreo, in quo vitio nihil mali nõ ineſt, animi ſaltem mei gratitudinem aliqua ex parte oſtendere volui, ꝙ ſincerè egi tacens hic tuas tuorumq; maiorum & familiæ laudes & præſertim Laurentii illius Parentis totius R.P. Chriſtianæ veri ac firmiſsimi Cardinis. Necnon celebratiſsimi illius Iuriſconſultorum conſultiſsimi Ioannis Campegij aui tui, Quod pleriq; communiter ad captandam beneuolentiæ aurã referre conſueuerunt. Ita Dii faxint, vt hi commentarii ſempiterni teſtes ſint mei erga te amoris et obſeruantiæ. In quibus nõ vanum verborum ſonum, non extrinſecam elegantiam, ſtiliq; blanditias ad aures demulcendas, vt multi agunt, ſed intrinſecum ipſius Galeni intentionis & rationis nucleum ad animum imbuendum ſum exactiſsime ſecutus. Vale igitur Antiſtes eminentiſsime & Pamphilum tuum, qui te ſummopere colit ac ſuſpicit, ne deſpice.

INDEX ALPHABETICVS EO-
rum, quæ in toto opere notatu di-gniora habentur.

Sensus

Causæ

Quare

Elementa

Febres

Febres

Febris

**

Pulsus

Phlegmaticæ


***

R

Rigor

FINIS.

PAMPHILI MONTII MEDICI BONONIENSIS IN Galeni libros de Differentijs Febrium commentarij.



NTERPRETES, tam Græci, q̃ Arabes, & Latini præmittere nõnulla cõsueuerũt, quibus auditores beniuolos redderent, præ cæteris quæ sit Authoris intentio, quis libri ordo, quæ via doctrinę: Solum enim hæc tria Arist. in Prohemio libri physicorum perfecit, textu primo, quarto, & secundo, ut Auer. cõmento quinto submeminit, dum inquit. Iste igitur est prologus, & cõtinet intentionem, ordinem, & modum doctrinæ demonstratiuæ. Igitur & nos dicamus, ꝙ intentio aliud est à subiecto: Nunq̃ enim greci interpretes particularium librorũ subiecta per- *Intentio aliud à subiecto*

Inter subiectũ libri, et subiectum scientiæ differentia.

Medicinæ subiectum.

quirunt, ſed propoſitum & intentionem. Dicendum tamen ꝙ eſt differentia inter ſubiectum libri, & ſubiectum vni ſcientiæ totali: quoniam ſubiectum ſciẽtiæ totali eſt ens in natura determinatum, cui ſciẽtia ſua adequatur: neq; per voluntatem noſtram ampliari poteſt, neq; reſtringi, quod in medicina eſt corpus humanum, vt arte ſanabile: nam ipſum eſt quod in medicina primo conſideratur: quoniam partes habet integrales arte medica regulabiles, & illæ, & earum paſſiones in medicina conſiderantur, & omnia alia quę in medicina cõtemplãtur ei attribuuntur: quoniã propter ipſum ſpeculantur. Et hoc medicinæ metas non tranſcendit: Nam quia vna natura intrat duas artes, vt ſecundo phiſicorum. 71. dixit Auerois, neceſſe eſt inuenire rationem formalem conſiderandi ſubiectum vni arti appropriantem: Homo enim inquãtum ens, ſubſtãtia, à Metaphiſico conſideratur: ſed inquantum homo, animal, aut corpus, á naturali, & inquantũ ſanabile, non ab arte, ſed natura: Patet à Philoſopho in de ſenſu, & ſenſato, Inquantum vero eſt arte ſanabile, à Medico conſideratur. Corpus ergo humanum medicinæ artis eſt materia: Quoniam eſt

in qđ Medicus agit, ut Auer. 2. physicorꝝ cõ mẽto. 3. Et dicit̃ materia secũda, qa ipm̃ medicinæ nõ est subiectũ, nisi ei ꝑ rõnem formalẽ approprieť: habet. n. subiectũ medicinę duo, materiale. s. hominẽ, formale, arte sanabile, qđ à fine sumptũ: s. sanitate, hominẽ medicinæ appropriat. Ideo primũ, & Homo secundũ. Et hoc vult Gal. in lib. de partibus artis medicinæ Capitulo penultimo, dicens. Corpus hominis, medicinæ artis est materia secũda, eo ꝙ hominis dispositiões sunt sanitas, & ægritudo: sicuti & physicæ secundum accidens & corpus: eo ꝙ est generabile, et corruptibile: Naturalis. n. philosophia de his quæ sunt in generatiõe et corruptione considerat. Idcirco humanum corpus est materia naturalis, vt generabile & corruptibile: Medicinę vero, nõ propter hoc: sed inquãtum est passibile, & sanabile. Nec sanitas est per quod Medicus ab omni alio separatur: sed homo, vt arte sanabilis: Sanabile enim est duobus modis, arte, & natura: Homo, vt sanabile natura tantum, à naturali consideratur: Vnde in de sensu & sensato Philosophi est de sanitate, & ægritudine prima inuenire principia: sed Homo sanabilis à natura adiuta per artem, à Medico

Corpus hominis medicatiuæ artis materia secunda.

Homo, ut sanabile natura tantũ, à naturali cõsideratur.

consideratur. Ideo Auerois primo colliget capitulo primo. Debes scire, ꝙ artifex scientiæ naturalis cõmunicat Medico, eo ꝙ corpus humanum est una partium locorum subiecti naturalis: Sed diuersificantur ab inuicem in hoc: Quoniam naturalis considerat sanitatem, & ægritudinem, in quantum sunt entia naturalia. Et Medicus considerat ea, inquantum appetit conseruare vnum, & remouere aliud. Sed libri subiectum stabilitur secundum volũtatem componentis ipsum. Quoniam Author in libro suo, de quo loqui uoluerit, loqui potest: quod in præsenti est febris: quoniam in hoc de ea agitur, diuidẽdo, definiendo, speties ipsius declarando, de causis eius, & signis: Hæc enim omnia intendebat Galenus. Subiectum ergo per incõplexam & simplicem uocem quantum fieri potest exprimitur: sed propositum & intentio per plures ostenditur dictiones.

Subiectũ huius libri.

De secundo scilicet ordine: uideo interpretes discordes. Auicena in tertio can. primo agit de morbis particularibus, in quarto de uniuersalibus. Similiter Rasis: Quoniã pri. de particularibus, secũdo de febribus. Idem Alexander. Idem uidetur velle Galenus tertio artis medicinalis in fine, qui

De ordine libri.

anteponit

anteponit librũ de cõpositione medicamẽtorum secundum locos, in quo agitur de particularibus morbis, libro de morbis curandis, in quo agitur de febribus. In cõtrarium est Paulus Aegineta, qui prius de febribus. Similiter Aetius. Etiam Gale. in libro de morbis curandis prius agit de febribus quam de tumoribus præter naturam. Item in arte curatiua ad Glauconem primo de febribus agit. Etiam tertio artis medicinalis primo curat febrẽ, postea agit de cura solutæ cõtinuitatis, Tertio de morbis in compositione. Et ad hoc ratio uidetur: Quoniam septimo Methodi capitulo quarto, prius de simplicibus est tractandũ, ꝙ̃ de compositis. Item ab euidentioribus incohanda est doctrina tertio complexionum cap. penultimo, & tertio artis medicinalis cap. 9 0. Sed morbi particulares maxime intrinseci sunt difficilis curæ, ut de se ipso dixit Gal. 2. de locis affectis cap. 5. qui non cognouit morbum renalẽ distingui à chollico. Itẽ ab vniuersalibus est incipiendũ: febris vero est mor. vniuersalis. Propter qđ intelligẽdũ, ꝙ doctrinæ tres, de quibus Gal. 1. artis med. nõ dicunẽ ordinatæ ex ordine ꝓcedendi in rebus tradendis, ut quoniã primo de re vna secũdo de altera:

Quare doctrinæ 3. de quibus Galenus. 1. artis medi. dicantur ordinariæ.

vt in resolutiua ordo sit procedere à posterioribus ad priora: in compositiua vero è contrario: quoniam si sic de ordine intelligatur, doctrinæ ordinariæ essent plures tribus: alio enim ordine Gale. de rebus considerandis à Medico tractauit: & alio Auicena, & Halyabas, & alio Rasis. Item nullum illorum triũ, secundum sensum datum seruauit Hypoc. Non quidem resolutiuum: Non enim statuto corpore humano resoluit ipsum vsque ad elementa. Nec ordinem compositiuum, primo agendo de elementis, secundo de complexionibus, mẽbris &c. Sed bene Auicena. Nec definitiuum ordinem, vt manifeste patet. Quare nobis Hyp. inordinate medicinã tradidisset. Item plura tractantur secundum ordinem voluntarium, ut primo Canone innuit Auicena, cum dicit. Placet autem mihi &c. Item cognitio virtutum medicinarum, & ægritudinum, & cognitio modorum curandi, voluntarium habent ordinem: Stat enim bene, ꝙ quis cognoscat virtutes medicinarum, & non cognoscat ægritudines, nec modos curandi. Stat etiam è contrario. Plures ergo essent tribus ordines. Et propterea per doctrinas intellexit Galenus tres proces-

ſus neceſſarios ad vnamquãq; facultatem complete tradendam. Et per ordinem, non illum, qui eſt in rebus conſiderandis, vt Leoni. intelligit: Sed ordinem intellexit, quem doctrinæ illæ. 3. ad ſe inuicem habẽt: Nam in arte tradenda primo loco vtimur reſolutiua, ſecũdo cõpoſitiua, Tertio definitiua: Hic enim ẽ ordo neceſſarius inter eas. Et ideo ſic intellexit Gale. ꝙ tres ſunt doctrinæ, quibus tradenda eſt aliqua ars, q̃ ordinate ſe conſequuntur. Nã primo inueniunť ex notione finis de quibus agẽdum eſt ꝓceſſu reſolutiuo. Secũdo ars cõponitur, de his determinando, inter q̃ aliquando inuenitur ordo neceſſarius, aliquando voluntarius. Vltimo ad memoriam fit Epilogus proceſſu definitiuo, vt Gale. in Libro artis medic. Et hunc modum ſeruauit Ariſto. in naturali philoſophia: vt patet in. 1. textu primi phyſicoꝝ, ĩ quo ex notitia finis, qui erat res naturales, infert q̃ tractanda ſunt. Et quia inuenit, ꝙ erat agendũ de principijs & cauſis rerũ naturaliũ. Ideo in primo libro agit de principijs, & in ſecũdo de cauſis. In tertio etiã dicit agẽdum eſſe de motu ad cognoſcendã naturam, quoniam ignorato motu, natura ignoratur: & quia motus erat de genere continuorum,

& continuum erat diuisibile in infinitum. Conclusit agendum esse de continuo, & de infinito. Idem in primo priorum, vbi ex notione finis, quē dicit esse demonstrationem, ellicit primo agēdum de syllogismo: & quia syllogismus fit ex propositionibus, Ideo & de propositione: & quia propositio cōstat ex terminis, Ideo & de Termino agē dum inquit. Et sic semper anteq̄ aliquid p̱tractet prius ordine resolutiuo inuestigat de quibus agendum. Et sic dicendum prędictos Doctores medicinam ordine compositiuo tradidisse, facto prius in mente processu resolutiuo. Et licet diuerso ordine p̱cesserint: omnes tamen integre artem medicinæ tradiderunt. Et ita etiam doctrina in aphorismis est compositiua: Quoniam ibi etiā traduntur, quę per resolutionem inuēta fuerunt. Et hoc sufficit ad hoc ut doctrina sit compositiua: nec dixit Gal. q̄ ad cōpositiuam debeamus ordine omnino opposito ipsi resolutiuo procedere, ut dixerunt Leon. & Manar. Hic tamen ordo in aliquibus seruandus est: quoniam in doctrina pri. de uniuersalibus, secun. de particularibus, & prius de simplicibus, quā de cōpositis agendum est: ut semper fecit Auic. Gal. in de mor. curandis docuit primo cu-

Doctrina aphorismorū, cōpositiua.

rare ſolutam continuitatem. Poſtea in. 7. libro de cura malę cõplexionis in vniuerſali. in . 8. 9. 10 . 11. egit de febribus, quæ ſunt mala complexio totius . Prius ergo de ſoluta continuitate egit, cũ eius cura ſit euidentior, & per eam facilius falſæ antiquorũ opiniones tollãtur. In tertio artis med. fecit oppoſitum, prius egit de cura male cõplexionis, q̃ eſt ſimplicior: Quoniam ibi non intendebat antiquorũ opiniones reprobare. Prius ergo de mala complexione particulari agendum eſt: Quoniã prius de ſimplici, q̃ de compoſito. Et ſic fecit Auicena in. 3. can. Quoniã prius de mala complexione mẽbri, poſtea de eius apoſtemate. Cũ ergo nõ ſit ordo neceſſarius inter particulares mor. & vniuerſales .i. qui nõ ſunt uni mẽbro proprij. Placuit Auicenæ particulares pponere, & alijs vniuerſales: Qm̃ in illis q̃ ſunt ad placitum poſſumus incipere à quo volumus: Sed in illis inter quę eſt neceſſarius ordo, prius de priori eſt agẽdum: Vt prius de ſimplici morbo, poſtea de compoſito: Quoniam non poſſunt cõpoſiti morbi curari, niſi plus ſimplices curentur. Etiam prius ab vniuerſali in prędicando eſt incohandum. Febris autem non ſic dicitur Vniuerſalis. Et ad illud, à notio-

An semper sit à notioribus incipiẽdum. ribus est incipiendum. Dicitur, ꝙ nullus scit qui morbi sint difficiliores, an febris, an morbus particularis. Et propositio illa est vera, dũmodo res de quibus tractat̃ sic patiantur: quoniam aliquando á difficilioribus incipimus: vt fecit Arist. primo physicorum, vbi prius de principijs tractauit: sed ordo rerꝫ sic exigit: quoniam prius de principio, q̃ de principiato agendum est.

Gal. contradictio Sed dices, uidet̃ ꝙ sibi contradicat Gal. qm̃ tertio artis medic. dicit, ꝙ liber de simplici med. & de compositione medicamentorũ p̃cedit librũ de mor. curandis. Et in. 3. de ingenio cap. 5. dicit, ꝙ liber de compositione pharmacorꝫ subsequit̃. Dicendũ ꝙ vtrunque est verũ. Nam si consideremus virtutem simpliciũ compositionem ingredientiũ, & virtutẽ ipsorum pharmacorum, est verum quod dixit. 3. artis med. quoniam si volumus recte scire pharmacum ægritudini applicare, optet eius virtutem cognoscere, sed si cõsideremus modũ cõponẽdi pharmaca, subsequitur, ut dicit. 3. de ingenio: quoniã secundũ varias ægritudinum curationes, medicamentorũ cõpositio variatur. Et est intelligendum, ꝙ in libro Miamir, seu de cõpositione medicamẽtorꝫ secũdũ locos nõ cõmemorat Gal. oẽs ægritudi-

nes à capite vsq; ad pedes: sed docẽdo cõponẽ medicamẽta, docet de cura aliquorũ morborum. Proprius autem liber de oĩbus morbis est liber de ingẽio, seu de morb. curandis: quoniam ibi agit Gale. de soluta continuitate, de cura malę complexionis, & de cura apostematum à capite vsque ad pedes. Intelligendum secundo, q duplex est medicinæ diuisio. Quædam in partes principales, & generales. Et quædam in partes minus principales, & secundarias, quæ tendit vsque ad minimas particulæ partes: vt in exemplo Gal. in Libro de diuisione ipsius artis medicinæ summa prima, doctrina secunda, Capitulo secundo. Si quis vult suffusionem deponere, dicit septem principales habet intentiones. Prima intentio est oculi appunctio. Secunda est appunctio nõ in quacunque parte oculi, sed in albo eius. Tertia est appunctio, non in quacũq; parte albi oculi, sed in ea parte quæ est uersus angulum extrinsecum. Quarta intentio est, q illa appunctio debet fieri oculo conuerso. Quinta est remotio suffusiõis. Sexta intẽtio est, q illa remotio non debet fieri quomodocunq;, sed deponendo suffusionem. Septima est, q non debet quomodocunq;

Liber de omnibus morbis, ẽ liber de morb. curãdis.

Medicinæ diuisio.

deponi, ſed in cuneando deorſum. ſed diuiſio euacuans totam medicinam, eſt diuiſio in praticam, & Theoricam. Hoc modo Halyabas primo Theoricæ ipſam diuidit, & Gal. in libello de ſectis. Theorica medicina diuiditur in Phyſiologiã id eſt in corporis humani contẽplationẽ, de qua Princeps agit fen. prima pri. can. ſecunda eſt patologia, q̃ corporis humãi diſpoſitiões, ut ſanitatem, ęgritudinẽ, & neutralitatem conſiderat. Tertia eſt Ethyologia, q̃ cauſas harũ diſpoſitionum conſiderat. Quinta eſt ſymiologia, quę de ſignis cõſiderat. Prima pars, quę eſt phyſiologia, in ſeptem diuiditur partes, ſecũdum ꝙ ſeptem ſunt res naturales, elemẽta, cõplexiones, humores, membra, virtutes, ſpiritus, & operationes. Patologia, q̃ conſiderat diſpoſitiones corporis humani, in duas diuiditur partes: Quoniam quædã pars cõſiderat paſſiones acutas, & quędam cronicas. Ethyologia conſiderans de cauſis diuiditur ſecundum tria genera cauſarũ. Quædã primitiuę, ut Sol, ignis. Quædam antecedentes, ut multitudo ſanguinis in homine plettorico. Quędã cõiunctæ, vt humor actu putridus. Pars dicta Symiologia, q̃ eſt de ſignis diuiditur: Quoniam q̃dã ſunt ſigna dignoſtica id eſt

Theoricæ Medicinæ diuiſio

presentem dispositionẽ indicantia. Quedã prognostica,quæ dispositiones futuras pre dicunt. Quædã rememoratiua,q̃ preteritas dispositiones narrant: Et hoc circa Theoricam medicinæ. Practica vero ipsius medicine dupliciter diuiditur. Vno modo ex instrumento. Alio modo ex opatione. Ex instrumento triplex est: Quoniã sicut triplex est ipsius medicine instrumẽtũ:ut dieta,Pharmacia,& Chirurgia. Sic est triplex medicina, chirurgica, diætetica, & pharmaceutica. Hæc tamen diuisio accidentalis est. Ex operatiõe est duplex,ex obiecto, & ex fine. Ex obiecto.i.corpor humão est: Qm̃ corporis humãi,q̃dã sũt partes simplices,quædam organicæ. Et organicarũ,quedam sunt principales,ut cor, cerebrum, & Epar. Quædam non principales. Ex fine autẽ, qui est sanitas, diuiditur medicina dupliciter,secundum q̄ duo sunt modi attingendi eam,inducẽdo, & conseruãdo, in conseruatiuam, & curatiuã. Conseruatiua alia est circa senes. Alia circa infantes. Alia circa iter agentes, appellata conseruatiua iter agentium. Intelligẽdum tertio q̄ Gal. vltra libros quos composuit,in quibus traditur ars medicinæ secundum partes,composuit duos lib. in quibus tradit totam ar-

Medici. praticæ diuisio.

tem medicinæ. Vnus appellatur ars medicinalis, in quo tradit totam artem ordine definitiuo. Alter est Liber de constitutione artis medicinæ, in quo tradit scientiam medicinæ ex notione finis ordine resolutiuo. Intelligeudum quarto, ꝙ quidam sunt alij Libri à Galeno compositi, in quibus traditur modus medicinæ. Alter est de demonstratione, in quo docet quali demonstratione debet vti Medicus, qui (ut dicitur) traductus de Græco in Latinum nõdum peruenit ad manus nostras. Secundus lib. est de constitutione omnium artium, in quo docet Gal. quomodo artes sunt tradendæ. Et hi duo libri sunt logica medicinæ. Ex quibus sequitur, ꝙ Libri Gal. in Physiologia sunt, ut liber de elemẽtis, de complexionibus, de inæquali discrasia, de optima compositione, de optimo habitu, de virtutibus naturalibus, de Anathomia, de ossibus, vtrum sit sanguis in arteria, de motu musculorum, de motu pectoris, de voce, de principatu animæ, de dogmatibus Hypocratis & Platonis, de vsu partium, de semine. Et in pathologia, est Liber de membrorum passionibus. In Ethyologia est liber de causis procatarcticis. In symiologia est liber de vti-

Liber de d̃mõstratione. Et lib. de cõstitutiõe omnium artium.

Logica medicinæ.

litate respirationis, de causis respirationis, de spirandi difficultate, de vtilitate pulsus, de differētijs pulsuum, de causis pulsuum, de presagatione ex pulsibus, de dignoscē- dis pulsibus, de Crisi, de diebus decreto- rijs: In parte curatiua, composuit librum de accidenti & Morbo, librum de com- positione Pharmacorum, librum de Me- thodo medendi, seu de morbis curandis, librum de tumoribus præter naturam, li- brū de extenuante diæta, de Phlebotho- mia. In parte sanatiua, seu conseruatiua, composuit librum sanatiuorum. His stan- tibus dicatis, ꝙ illi duo Libri à Galeno compositi scilicet de demonstratione, & Liber de constitutione omnium artium: Licet non sint medicinales: Tamen debent omnes suos Libros præcedere: quoniam isti præfacti Libri sunt tamquam Logica medicinæ. Dicatis secundo, ꝙ Liber ar- tis medicinalis, & Liber de constitutione artis medicinæ, non sunt ordinandi cū alijs libris: quoniam in his duobus libris tra- ditur tota ars medicinæ: in alijs autem tra- ditur solum eius aliqua pars: & hoc vo- lebat Gal. in fine tertij artis medicinalis, di- cens, ꝙ isti libri seorsum sunt ab alijs. Inter libros autē Gal. in quibus traditur aliqua

Liber artis medicinæ & ꝗ cōstitutione artis medicinæ, nō ordinādi fuit cum alijs libris Galeni.

pars artis medicinę, liber de elementis est primus. Dicatis tertio, ꝙ isti duo libri, de constitutione artis medicinæ, & artis medicinalis sunt vtiles vt legãtur ante: Quoniam in ipsis compendiose videbimus totam medicinam; deinde videndo alios libros fiemus perfectiores & iuuenescemus in medicina: sunt quidem utiles vt legantur post: quoniam libri isti faciunt ad memoriam, & in breui compẽdio, habebimus totam medicinæ artem. Si autem comparẽtur isti duo libri ad inuicem. Dicendũ ꝙ si volumus medicinam addiscere eo modo quo inuenitur, vtilius est legere librũ de cõstitutione artis medicinæ: Quoniam liber iste docet artem medicinę inuenire, dato ꝙ non reperiretur, ex notione finis. Si autem volumus addiscere medicinam eo modo quo tradita est, prior est liber artis medicinalis. Dicatis quinto, ꝙ si consideremus modo alios libros Gal. De Phisiologia libri dicuntur præcedere alios libros in parte theorica, quos immediate subsequitur liber de dispositionibus corporis humani: Quoniam non possumus scire, quid sit sanitas & ægritudo, nisi sciamus subiectum circa quod fiunt. Tertius est lib. de causis. Quartus ẽ lib. de signis: Libri enim de cau

sis

ſis in generalis precedunt libros de ſignis in generali, Et ideo in primo canonis Auice. primo determinat de cauſis, ſecundo de ſignis: vt ſecunda ſen doctrina .3. quoniam cauſę in generali ſunt notiores ſignis in generali. In particulari autem eſt oppoſitum. Dicatis. 6. ꝙ determinatio de ſignis præcedit determinationem de cauſis. Ideo Auic. in vnaquaq; ægritudine prius ponit ſigna illius ægritudinis, demum cauſas illius: & hoc eſt per noſtrum modum cognoſcendi. Nam cauſæ in generali ſunt notiores ſignis in generali: quoniam prius cognoſcimus cibos bonos & malos, q̃ cognoſcamus pulſum, & vrinam. In particulari vero eſt totum oppoſitum: per ſenſum prius cognoſcimus ophtalmiam, q̃ cognoſcamus cauſas eius. Poſt quos libros theoricos ſunt libri practici: & ſic libri ſanatiui pręcedunt libros curatiuos. Et hoc modo facit Auic. in primo canonis ponit tertiam ſen, in qua agit de conſeruatione ſanitatis: & in quarta ſen agit de cura ęgritudinis, In .3. canonis, primo docet conſeruare membrum, ſecũdo docet eum curare ſi eſt lapſum: quoniam debemus ſemper à facilioribus incohare: modo facilius eſt cõſeruare ſanitatem, q̃ eam deperditam re-

Cauſæ in generali notiores ſignis in generali.

cuperare: ſanitas etiam ipſa eſt prior ægritudine. Et hic eſt ordo librorum Galeni. Sed hic reſtant duo dubia. Primũ eſt: quoniam in diuiſione medicinę, neque in librorum diuiſione nũq̃ facta eſt mentio de ſimplici medicina. Eſt ergo dubitatio, ſub qua diuiſione medicicinæ cõprehenditur, & in quo ordine ſit. Secundum dubium eſt: quoniam Auic. non videtur ſeruare hunc ordinem: Nam quarta fen primi Canonis ipſius eſt practica, & tamen præcedit Theoricam tertij Canonis, ubi agit de ſignis & cauſis ægritudinũ particularium. Pro primo dicatis, ꝙ liber de ſimpli. medicina Gal. pro maiore ſui parte ponitur in libro de cauſis. Ad ſecundum dicitur, ꝙ Auic. non potuit obſeruare hunc ordinem: quoniam volebat tradere totam medicinam ordine cõpoſitiuo, qui eſt ab uniuerſalibus ad particularia. Et ideo fuit neceſſariũ, vt poſt uniuerſalia Theoricę determinaret de Vniuerſalibus practicæ, q̃ vniuerſalia practicę p̃cedũt particularia Theoricę: bene tñ eſſet incõueniens: ꝙ vniuerſalia practica p̃cederẽt vniuerſalia theorica, vel particularia practica, particularia theorica. Nõ tñ eſt incõueniens, ꝙ vniuerſalia practica p̃cedãt particularia theorica: quoniam poſtea talia particularia

Dubium

ticularia

ticularia theorica pręcedunt practica particularia. De.3. scilicet via doctrinæ. Medicus non abstrahit à motu & materia sensibili, sicuti nec philosophus naturalis. Et licet Gal. ea quę in medicina quæruntur visus fuerit ex causa demonstrare, sicut est videre in libro de morbo & accidenti, de numero ægritudinum, & in tertio de diebus decretorijs, de causa dierum creticorum, & in multis alijs quæsitis in medicina: scientia tamen medicinæ, & naturalis plus vtitur in suis quæsitis demonstratione quia, q̃ demõstratione propter quid: Nam magis proprium videt̃ esse Medici ostẽdere ægritudinẽ inesse corpori p̱ signa & accidentia ægritudinẽ comitãtia, q̃ꝫ è contra, per ęgritudinẽ & causam ostendere effectus qui sequuntur: ęgritudo enim & causæ eius plerunqꝫ sunt occultę, quę non nisi per significationes accidentiũ cõp̄hendũtur. Itẽ non est Medici per notitiam morbi deuenire in cognitionem accidentium & effectuum consequentium: quoniam eius cognoscere est ad opus, & propter opus: operatio autem eius non est futura principaliter post cognitionem circa accidentia quæ sequuntur, sed circa ipsorum causas, & causarum causas, quibus remotis ip-

De uia doctrinæ.

Scientia medicinæ, et naturalis ĩ suis quæsitis utitur d̃mõstratione quia.

ſa remouentur. Eam tamen quo ad partem curatiuam eſſe certiorem naturali philoſophia, & æque certam vt Mathematica voluit Gale. primo methodi cap. 4. Quoniam eodem modo quo procedit Mathematica, procedit & medicina curatiua: quoniam quemadmodũ in Mathematica reducuntur concluſiones ad per ſe nota ad ſenſum, & intellectum, ita, & in medicina. Et declarauit in libello de optima hæreſi cap. 2. quomodo reducuntur propoſitiões ad per ſe nota, vt iſta, vulneratus in corde morietur, quoniam hoc non eſt ob defectum virtutis quę non ſufficiat durare. Nec eſt quia deficiant medicinæ. Nec ex defectu Medici: quoniam ſicuti reperiũtur medici alia membra ſanantes, ita & qui cor ſanarent: ſed eſt quia læditur operatio, quæ maxime eſt neceſſaria ꝓ vita ſcilicet reſpiratio. Et hæc eſt cauſa q̃ eſt nota ad ſenſum et intellectum. Item propoſitio hæc, de qua Hypo. 2. aphoriſmorum. 22, Morbus ex repletione remouetur euacuatione, reducitur ad per ſe nota, hoc modo. Nihil fit ſine cauſa, & cauſa remota, effectus remouetur. Ideo remota repletione, q̃ ægritudinis erat cauſa, remouetur ægritudo, quæ eſt eius effectus. Et in hoc adducit Gal. 2. de compoſitione

Medicina certior naturali philoſophia & æque certa ut mathematica.

ſitione pharmacorum capitulo de dolore capitis vitio ſtomachi aphoriſmũ Hipoc. quinquageſimũ ſecundum ſecundæ ſectionis. Omnia ſecundum rationem facięti &c. vbi vult Hypoc. ꝙ & ſi votum non ſuccedat, non debet Medicus mutare præſidia rationalia, vt multi faciũt: quoniam medicina quo ad partē practicam eſt certa Vt Mathematica: licet quo ad partem ſpeculatiuam pars aliqua ſit cõiecturalis, ita dicens. Nam pars artis cõiecturalis ĩ diſpoſitionũ dignotione potiſſimum conſiſtit: hæ ſiquidem inuentę curationem non coniecturaliter, verum ſciētifice indicant. Necnõ hinc nõnullarum diſpoſitionum contumacia cognoſcitur: in quibus ratio eſt vti his quæ indicatio ſuggerit, licet ꝑ initia nihil perficere videant̃: atque hoc eſt quod in aphoriſmo dixit Hypoc. in hunc modum. Omnia ſecundum rationem facienti, ſi nõ ſuccedit ſecundum rationem, non eſt tranſeundum ad alia, permanente eo quod ab initio uiſum eſt. Interdum enim adeo vehementer vaporoſus ſpiritus, & multo magis eo humor viſcoſus, aut craſſus anguſtis impingitur meatibus, ut longiore tempore ad curationem opus habeat. Sed conſiderandũ, quoniam vt Auer. cõmentator dixit ſecun

Medicinæ, pars aliqua cõiecturalis.

Dubium do Metaphysicę cõmento tertio, medici-
na non perscrutatur de causis rerum, & de
diffinitionibus earum, nisi vt scientes eam
agant, & non ut sciant, quemadmodum in
scientijs speculatiuis. Considerandum se-
cũdo quomodo mathematicæ erunt in pri
mo gradu certitudinis, & naturales in secũ
do, vt Auer. dixit secundo Metaphysicæ
cõmento vltimo. Tertio scientiam esse cer
tiorem dicitur per relationem medij ad cõ
clusionem. Ergo cum applicatio medij ad
conclusionẽ certior nobis sit in Mathema-
tica q̃ in Medicina, cũ Mathematicę demõ
strationes sint demõstrationes simpliciter,
quarum causę sunt nobis suis effectibus no-
tiores, nobis simul esse & propter quid ef-
fectus ostendentes, Mathematica erit ip-
sa medicina certior. Ideo dixit philoso-
phus sexto Ethicorum, q͏̃ pueri bene pos-
sunt mathematicis instrui: cum tales exer-
citatione non indigeant. Et ob hoc doctri
nales dicuntur: cum bene possint doceri,
& tantum sciat discipulus in vna demon-
stratione cum sibi á præceptore facta fue-
rit, quantum præceptor ipse.

CAPVT PRIMVM DE GENERALI FEBRIVM DIVISIONE.

TEX.


IFFERENTIAE febrium, maxime quidem propriæ, ac maxime principales secundum earũ substantiam sunt: aliæ vero secũdum aliquod accidẽs. Quoniam vero, & ipsorum accidentium non vna est natura, sed alia quidem propinquiora, magisq; propria diuidendę substantię sunt, alia vero remotiora, ac magis aliena: idcirco & earum quæ hinc sumuntur differentiarũ minime vnum genus est. Lau.

TEX.

FEBRIVM Differentię, quæ quidem maxime proprię sunt ac principales, ab earum sumuntur substantia, alia vero ab accidente aliquo. At quoniam neque ipsorum accidentium est natura vna, sed nonnulla quidem proximiora, ac magis Leoni.

sunt diuisæ substantiæ propria, nonnulla vero magis remota, atque extranea. Idcirco neq; earum quę ab ipsis accipiuntur differentiarum genus vnum.

COMMEN. 1.

IN HOC *Primo libro ostendit Gal. à quo febrium differentiæ sumuntur, & quæ earum maxime propriæ & principales sunt, & quæ earũ sunt prima genera. Et illorum generum causas ponit. Et duorum signa in generali & speciali scilicet, Ethicæ, & Ephemeræ. Et tertij generis, solũ generalia, scilicet putridæ. Dicit ergo primo, q. febrium differentiæ, quæ maxime proprie & principales sunt sumũtur à substãtia seu essentia earum: aliæ uero sumuntur ab accidẽte aliquo. Sic etiam de signis corporum sanorũ distinxit secundo artis medicinalis, q. quædam sunt quæ sumuntur à substantialiter inhærentibus, & quædã ab accidentibus. Et subdit. Et quoniam ipsorum accidentium non est una natura, cũ quædam sint proximiora, & magis propria ei substãtiæ, cuius dicuntur accidentia, & aliqua magis remota atq; extranea. Idcirco non est genus unum differentiarum febrium quæ ab his sumuntur accidentibus. Deinde cum dicit.*

Febrium differentiæ maxime proprie, & principales.

TEX.

Lau. ITAQVE Maxime quidem peccant, quicunq; differentias proprias ac maxime

principales

principales omittũt. Deinde vero quicũq;, mẽtione harũ facta, permiſcent cũ eis differentias accidentales æqualiter omnes, minime diſcernentes vtiles ab inutilibus. Non ſolum autem peccarunt pleriq; Medicorũ in ipſis differentiarum generibus, aut plures q̃ oporteret tradendo, vt inutiliũ quoque meminerint: aut pauciores, ut nõnullas etiam vtiles omiſerint: sed etiam diuidendo genera ipſa in proprias differẽtias, ſimiliter errarunt. Ne longius abeas, cum primum ac maxime proprium differentiarum genus, ab ipſa diuidendæ rei ſubſtantia ſummatur, videas tamen nõnullos Medicos prętermiſiſſe vniuerſum hoc genus, alios vero diuidendo plura q̃ opus eſſet ſtatuiſſe, aut in primis ſubſtitiſſe.

TEX.

PLVRIMVM Autem aberrant qui ab his quæ maxime propriæ ac principales abſcedunt. Secundo autem loco quicunque, licet harum cõmemorauere, eiſdẽ tamen eodem modo commiſcent omnes q̃ ex aliquo ſunt accidente receptę, vtiles ab inutilibus minime ſecernentes. Neque vero ſolum in differentiarum generibus plures Medici deliquerunt: vel quia videlicet ſuperaddentes fuerunt, adeo ut eas etiã Leon.

quæ nullius vſus eſſent cõmemorarent, aut vtiles etiam prætermittendo defecerunt: ſed etiam in ipſa generum in proprias differentias ſectione aberrauerunt. Statim.n. cum primum atque precipuum differẽtiarum genus ab ipſius rei diuiſe ſubſtantia ſumatur, intueri licet, Medicorum nonnullos genus hoc penitus preterire, nonnullos autem vel ſuperfluos eſſe in diuiſione, vel deficere.

COMMEN. 2.

HOC IN Loco *infert Galenus aliquorum medicorum errores, primo in diuiſione febrium in prima ſua genera. Secundo indiuiſione cuiuslibet generis febris in ſuas proprias differentias. Vnde primo aliqui maxime peccant: quoniam proprias ac principales differentias omittunt. Peccabant & alij quoniam licet cõmemorauere harum differentiarum, tamen cum eis permiſcebant æqualiter differẽtias oẽs quæ ab accidẽte aliquo ſumũtur, nõ diſcernentes utiles.i. ſubſtãtiales ab inutilibus.i.accidẽtalibus. Secũdus error fuit in diuiſione generum in ſuas proprias differentias. Ideo inquit: neq; ſolũ in differentiarũ generibus plures Medici deliquerunt &c. Sed etiã in ipſa generũ ſectione in proprias ſuas differẽtias aberrarunt: quoniã nõnulli medicorũ primũ atq; præcipuum differẽtiarũ genus qđ ab ip-*

sius rei diuisæ substantia sumitur penitus præ-termiserunt: nonnulli uero in diuidendo, uel superflui fuerunt, uel defecerunt. Deinde cum *dicit.*

TEX.

TAMETSI Hypoc. optime fecerit diuisiõem libro sexto Epidemion. Dictio autem habet in hunc modum: febres, hę quidem manu sunt mordaces, illę vero mites: quędã autẽ non mordaces, sed increscẽtes: nonnullę acutę, sed ab ipsa manu deuictę: quędã statim ardẽtes: quędã vero sẽper debiles siccę: alię inflatę, aspectu graues, alię ad manum humidę: alię rubicundę valde, alię prępallidę, aliquę liuidę, & alia istiusmodi. Lau.

TEX.

LICET Hypoc. in libro Epid. sexto optimã fecerit diuisionem. Sunt autẽ hęc eius verba: febrium hę quidẽ manu sunt mordaces, hę vero mites: hę autem nõ quidem mordaces, sed resurgentes: alię uero acutę, sed quę manu succumbunt: alię sunt statim exardentes: quędam semper pusillę siccę: quędam vero salsuginem quandã præseferentes: quædam phlegmatibus plenæ, aspectui graues: nonnullæ ad tactum humectæ: nonnullæ valde rubidæ: Leo.

aliquę ualde croceę: alię liuidę, & alia huiuſcemodi.

COMMEN. 3.

OSTENDIT *Hypocratem primas febrium differentias ab ipſa earum propria eſſentia acceptas ſcripſiße ſexto Epidimiarum particula prima, ubi ait. Febres quidem aliæ mordaces ſunt manui: Aliæ mites: Aliæ non mordaces quidem, ſed poſt inſurgentes: Aliæ uero acutæ, ſed à manu uictæ: Aliæ ſtatim ualde ardentes: Aliæ in totũ debiles aridæ: Aliæ ſalſuginoſæ: Aliæ Pemphingodes, aſpectu terribiles: Aliæ tactui humectæ: Aliæ ualde rubræ: Aliæ ualde pallidæ: Aliæ liuidæ, & id genus alia. Gal. ibi cõmento uigeſimonono hæc uerba declarans primo ait. In fine huius ſermonis adiecit Hypoc. & id genus alia: quoniam ab ipſo ſole febrium inſignes differentiæ notatæ ſunt. Et ita febrium differentias, non ex his quæ laborantes referunt, ſed ex his quæ Medici tactu, uiſuq; euidẽter pcipiũt, et ex propria febriũ eſsẽtia acceptæ, quæ p calorẽ traduntur, cum eſſentia febrium ſit præter naturam caliditas. Et febres aliæ mordaces dicũtur, & aliæ mites: quoniam febrilis caliditas corporis febricitantia tangentibus, aut acrem & mordacem, aut mediocriter moleſtam ſeſe offert: Nõ enim ſuaue illud atq; domeſticum, quale naturali calori ineſt habet. Etiam caliditatem parum*

Febrium differentiæ, non ex his q̃ laborantes referunt, ſed ex his, q̃ Medici tactu, uiſuq; pcipiunt.

Eſſentia febrium præter, naturã, caliditas.

molestam interdum nihil molesti tristisq; habere dicimus, ipsam calori ualde infesto comparãtes. Cum dicit igitur Hypoc. Febres aliæ manui mordaces, aliæ uero mites, tibi significat, ab ipso de febribus in totum mordacibus, aut mitibus apparentibus, sermonem fieri. Subijciens igitur inquit. Aliæ nõ mordaces quidem, sed post insurgẽtes, per hæc uerba significans, febres ab initio mordaces non uisas, diutius iniecta manu mordacitatis sensum inferentes. Contra uero, atq; istæ, illæ se habent, de quibus dicit aliæ acutæ quidem, sed à manu uictæ: ab initio enim acutæ cum apparent, paulatim remittuntur. Eam autem dictionem, acute, de calliditate celeriter manui occurrẽte, suumq; ipsius uelocem motũ ostendente, te intelligere opus est: quemadmodom acutos aliquos & acres nóminamus, quod idem est, ac si celeres dixeris. Acutos etiam morbos diximus, quicunq; propria tempora usq; in finem uelociter pertrãseunt: siue autem manibus, siue manui dicas, ad cognoscendas prædictas differẽtias nihil refert, quandoquidem mentem sanam habẽti clarum est id genus differentias non oculis, sed manibus sensiles esse. Adijciunt autem, & omnes homines huiusmodi appendices ad hoc natura ducti, quæ d ctorum euidentiam augeant, & in illis rebus maxime in quibus per coniecturas quasdã & signa, non per sensibilem cognitionem, quod quæ=

Quomodo febres acutæ

ritur inuenire licet. Ita ergo & Hypo. non solũ sermonis initio manuum meminit, sed etiam cum dixit, aliæ acutæ quidẽ, sed à manu uictæ. At deinceps febrium in magnitudine differentiam demonstrans, inquit, aliæ statim ualde ardentes, aliæ in totum debiles. Et aridæ dixit: quoniam squallida interdum atq; ualde arida caliditas apparet, perinde atq; si lapidem aliquem calefactũ tangamus. Plerunq; uero roridam se, humectam, & halituosam repræsentat, ut halitus quidam permultus ex laborantium corpore emanans perspicue sentiatur. Sed illud, inquit Gale. salsuginose, obscurum est: nõ. n. salsum tactu: sed tantũ gustu sensile est: Est uero adhuc magis obscurum, quod sequitur, cum dicit. Aliæ pemphingodes aspectu terribiles: nam hoc loco diuersam scripturam reperimus. In plurimis quidẽ codicibus huic uoci, pemphingodes, adiacet hæc, aspectu, in paucis post hanc uocem, aspectu, & hæc, terribiles, adiecta est: solum autem inter explanatores Sabinum inueni, qui exemplar ita scriptum agnosceret, quem Metrodorus sequutus est, & quicunque ab ipsis usque aderiuati sunt: tamen in paucissimis codicibus simpliciter scriptum inueni, aliæ uero pemphingodes, neque hac uoce, aspectu, neq; hac terribiles, addita: salsuginosas autẽ febres ad tactum aliquis redigens, eas esse dicet, quæ pruritum aliquem ac morsum tangentibus infe-

Aride quõ.

Pẽphingodes.

Quõ salsuginose

runt, ut amuria, & reliquis salsis corporibus excitari solet. Pemphingodes autem febres, hoc est, spiritibus affluentes interpretantur: sentimus.n. plerunq; p febricitantiũ cutẽ aereũ quẽdam halitũ effluentẽ. Qđ nisi tales, sed eas quæ cum pustulis sunt, pemphingodes febres esse quis uelit, aliquam ex necessarijs differentijs prætermiserit ex prædictarum uidelicet genere, quas ab ipsa maxime febriũ eßentia assumi diximus; ut.n. mordax ualde, aut uehemẽs, aut arida, aut squallẽs, in multis febribus caliditatis species esse uidetur, ita etiã flatuosa, manu quẽdã in ipsam speciẽ exilientẽ, nõnunq̃ halituosum, nõnunq̃ aridũ pcipiente. Nõ immerito igitur quidã hanc dictionẽ, aspectu, abstulerunt: Quod autẽ non abstulerunt, aut per pemphingodes febres, febres cum pustulis intellexerunt, aut eas quæ animam uitiant. Sed isti longè à proposita febrium diuisione aberrant: nonnulli enim ueteres Medici, & febrem quandam phreniticam appellauerunt: quemadmodum sanè, & lethargicam, & pleuriticam, & peripneumonicam. Sed febrium enumeratio nunc in præsenti sermone proposita à differentia caloris accipitur, sub qua & pestilens febris putridum calorem habens contineri potest, Phrenitica non potest: cum non, ut alijs, ita & Hypocrati mos sit febris speciem phrenitim asserere. Neque à Symptomate nuncupata, qualis

Quõ pẽphingodes.

Febrium enumeratio ĩ præsenti sermõe à caloris differentia accipitur.

Pestilẽs feb. sub putrida.

ea est, quæ pustulas excitat, in dictis differentijs ab ipso includitur, quemadmodum neq; aliæ, quarum proxime mētio facta est, Phreniticorū nāq; febris calorem habere mordacē inuenitur in omne corpus æquabiliter, & omni iniectæ manus tempore profusum. Quare prima omnium ipsarum dicta est. Itaq; neq; eorum interprætationē admittimus, qui salsas febres à qualitate in ægrotantium ipsorum ore sensu percepta nominatas esse confirmant. Hypo. namq; omnes, quæ ad tactum spectant notitias secundum caloris differētiam, in quo genus febrium uniuersum atq; essentia consistit, deinde enumerasse uisus est. Etenim si pestilentem febrem pemphingoden nominatā esse probauerimus appellationem quidem ab accidente, spetiem uero ipsam secundum propriam febrium essentiam sortita erit. Eadem quoq; ratione & salsas febres eas esse dicentes, quæ omnia, quot quot gustet ægrotans, salsa uideri efficiant. Neq; isti propositarum in præsenti doctrina febris differentiarū meminerunt. Quod si inter febrium differentias & istas Hypoc. collocaßet, omnino & illas unà cum his enumerasset, in quibus & ipsa saliua, & omnia quæ gustet febricitans, amara uideantur. Has quidē differentias, nō inter febrium, sed potius inter saporum notitias collocare satius est, febres autem inter caloris differentias enumerandæ sunt: quemadmodum

Febres inter caloris differētias enumerādæ sunt.

enim

enim sapores gustatu, ita & febres tactu sentiuntur. Perinde peccauerunt & illi, qui febres istas spirituosas dictas esse uoluerunt, non ad tactum notitiam referentes, sed ad difficilis anhelitus speciem, in qua magnus creberq; spiritus & redditur. Igitur uerisimilimum est febrem pemphingoden dictam esse, aut spirituosam, quæ ad tactum referatur, aut pestilentem. In sermone autem cum huic uoci, pemphingodes, hæc terribiles, adiecta sit, sola pestilens febris denotatur, cuius ab alijs calor per putredinis excellentiam differt, sicuti in hac nostræ tempestatis longissima pestilentia uisum est. Atq; idcirco neq; calidi & perurentes, qui peste laborant tangentibus uideantur, q̃uis interius magno flagrarent incendio: quemadmodum & Thucydides aiebat. Et exterius quidem tangenti corpus, neq; ualde calidum erat, neq; uiride, sed subrubrum, liuidum, pustulis exiguis & ulceribus eflorescens. Interiora autem ita urebantur, ut neq; ualde subtilium uestimentorum, neq; linteolorum uelamenta, neq; aliud quidq̃ præter nuditatẽ ferre possent. Inquit postea Gal. Cum igitur Hippoc. absoluisset maxime proprias & principes febrium differentias, deinceps ad eas quæ à colore sumuntur transgressus, inquit: Aliæ ualde rubeæ, aliæ ualde pallidæ, aliæ uero liuidæ. Valde rubras dixit, non simpliciter rubras: & post has deinceps

Quẽadmodũ sapores gustatu, ita febres tactu sentiuntur.

Febres spirituosæ q̃. Pẽphingodes terribiles, q̃

Pestilentis febris calor, ab alijs per putredinis excellẽtiã differt.

Differẽtiæ à colore.

Quare simpliciter liuidas dixit et nõ simpliciter pallidas.

iterum, ualde pallidas, non pallidas. Liuidas uero simpliciter, nihil ipsis incrementi significatiuum adijciens. Vt si & ipsas liuidissimas dixisset: semper enim color iste malus est: sed ruber ac pallidus usitati & familiares sunt. Febres autem ualde rubentes uehemẽtissimam caliditatem indicãt, & materiam esse sanguinem: quemadmodum ualde pallidæ, pallidam bilem testantur. Valde rubeæ autem, inter synochos numerantur, & uenæ sectione ad animi usque defectum ducente iuuantur: ut in uoluminibus de arte curatiua didicisti, ubi & magna utilitas ex huiusmodi differentiarum cognitione percipitur: ipsis uidelicet singulis propriam medicationem requirentibus. At liuidæ febres à calore sanè, & ipsæ cognomen adeptæ sanguineum succum dificilem nuntiant, & cum ipso itidem ingenitum calidum: atque idcirco mortiferæ sunt, ex quibus nõnullæ syncopas euacuationem sequẽtes efficiunt. De quibus in libris de arte curatrice notitiam accepisti. Id genus febres Euripho liuidas nominat, ita scribens. Liuida febris habet & sinciput aliàs, & aliàs caput dolet, & uiscera dolor torquet, & uomit bilem, & cum dolor cruciat, intueri nequit, quoniam grauatur, & uenter siccus redditur, & cutis tota liuida, & labia, qualia moris exesis esse solent, & oculorum alba liuescunt. Aspicit perinde ac strangulatus. Cum uero minus

Febres ualde rubẽtes uehementissimam caliditatẽ indicant, & materiã ẽẽ sãguineam, et ualde pallide, palidã bilem testãtur.

Febres ualde rubeæ ĩter synochos nũerantur, et uæ

id

id patitur: sæpius etiam commutatur. Quin etiã & in libro de morbis Hyppocrati *adſcripto, quoniam* Dioſcorides *ab altero* Hyppocrate Theſſali *filio ſcriptum eſſe uoluit, de quodam morbo liuido mentionẽ fecit: libri autẽ initium tale eſt.* Multam *urinam facit quando excalefactum caput fuerit, sed de liuido morbo ad uerbum hæc ſcribit.* Morbum *liuidum febris arida cõmitatur, & horror aliàs, & aliàs capitis dolor, & uiſcera dolor male habet, & bilem uomitu reijcit: cumq; dolor uexat, nequit intueri, sed grauatur, & uenter aridus redditur, & cutis liuida, & labia, & oculorum alba liuent:* Aſpicitq; *ut ſtrangulatus interdũ, & colorem mutat, atq; ex liuido ſubuiridis efficitur.* Alij *uero rurſum hoc loco liuidam febrem male interprætati ſunt, eam ſcilicet, in qua liuidæ deiectiones apparent: iſtis namq; pari ratione conueniret, & nigram febrem eam appellare, in qua nigræ materiæ expulſio fit.* Supereſt *nempe adhuc extremum ſermonis* Hyppocratici *explanandum, ubi inquit, & alia liuida, prædictis ſcilicet ſimilia.* Recenſuit *autem poſtremas ſecundum colores differentias, non ſecundum ipſam febrium eſſentiam.* Alijs *tamen, quæ ab aliquo symptomate proueniunt, propinquiores: quemadmodum cum, aut intermittentes, aut continuas febres eſſe dicimus.* Et *intermittentium, hanc tertianam, illam*

ne ſectione uſque ad animi dfectum ducente iuuantur Liuide *ſãguineum ſuccũ difficilẽ nũtiant, & cum ipſo ignitũ calidum.*

Febris *liuida q.*

quottidianam, aliam uero quartanam. At continuarum, aliam ſemitertianam, aliam ardentem, aliam gelidam, aliam ſuccenſam, aliam peſtilentem, aliam paluſtrem, aliam Ephyalam. Cæterum, Praxagoras inter acutarum febrium differentias, & phreniticas, & lethargicas, præterea & ictericas quaſdam nuncupauit. At recẽtiores Medici non ſolum continuam, sed etiã ſynochum febrem quandam appellauerunt: eiusq; differentias poſuerunt, omotonam uidelicet ſeu acmaſticam, uocatam, & epagmaſticam, atq; paracmaſticam. Item ſecundum aliam diuiſionem alijs quoq; morbis cõmunem nõnullas, acutas febres appellamus, nonnullas diuturnas. Alia quoq; diuiſione, boni moris febres, & mali moris dicimus, quin etiam alias ordinatas, aut inordinatas. Præterea quaſdam circumeuntes & erraticas. Quidam autem ueteres à diuerſis membris aſcenſas febres ab illis cognominabant, lateralem febrem aliquam uocantes, & iecoraliam, et lienariam. Alias uero à symptomate, ſoporificam, ſomnolentam, lethargicam, phreniticã, auriginoſam: de quibus omnibus in proprijs de febribus libris late notitiam adeptus es. Sed in præſenti ſermone, quæ ad explanationem pertinent abunde tractata ſunt: non meam enim solum ſententiam protuli, uerum etiam illuſtrium explanatorum mentionem feci, alios omnes ſi-

lentio

lentio inuoluens, quicunq; de febrium differentia seorsum ab explanatorijs commentarijs aliquid prodiderũt, inter quos est & Archigenes, de quo in alio uolumine sermonem instituam.

TEX.

APERTISSIME Enim hoc loco ab ipsa rei substantia simulq; ab ipsa dignatione in proprias differẽtias fecit diuisionem. Nam essentia quidem febrium est in genere caloris præter naturam. Differentię uero caloris, & ex eo ꝙ maioris minorisque rationẽ admittat, sumuntur, & ab ipsa materia in qua calor illę pręter naturam existit, & ab ipso mouendi modo: quas omnes complicans, cum dignoscendarum earum ratione scripsit, quemadmodum procedente sermone docebimus. Porro autẽ quę á maioris minorisque ratione ducuntur, sunt manifestæ: & in hoc genere differentię, medicis mos est magnam ac paruam febrem nominare. Verum improprie quidem de rei qualitate, quantitatis vocabulum enunciant. Sed ita facere consueuerunt, non in febre solum, sed in alijs sexcẽtis, quę in qualitate quidem ipsa essentiam habent, cæterum magna paruaq; noĩanť. Lau.

APERTISSIME Enim in hoc loco, vt ab ipsius rei substantia ac dignotione in Leoni.

proprias differẽtias fecit sectionem. Siquidem febris substantia in genere caloris, qui est preter naturam consistit. Caloris autẽ differentię, & ex eo ꝙ magis & minus, & ex materia in qua hic præter naturam calor accenditur, & ex modo motus caloris eiusdem accipiuntur, quas omnes vnà cum dignotionis modo, quemadmodum in superiori sermone ostendimus, annotauit. Sunt autem omnino euidẽtes, quæ in eo ꝙ magis aut minus consistunt. Quo in genere differentiæ consueuerunt medici magnam ac paruam febrem nominare: non proprię quidem rei quali nomen quanti accõmodantes: hoc tamen facere assueti, non in febribus tantum, sed in mille alijs rebus, quæ licet in qualitate consistant, magnæ tamen ac paruę dicunt.

COMMEN. 4.

OSTENDIT Hyppocratem hoc in loco fecisse sectionem à febrium substantia, ac in proprias differentias cognitione: quoniam febrium essentia est, non secundum Hyppoc. tantum, atque præclarissimos medicos, sed etiam secundum communem omnium hominum consensum in genere caloris præter naturam: Caloris autem differentiæ substantiales sumuntur ex tribus, ex eo q, magis & minus, & ex materia in

Caloris differẽtiæ substãtiales ex tribus sumũtur

qua

qua hic præter naturam calor accenditur, & ex modo motus caloris eiusdem, quas omnes Hyp. unà cum modo cognitionis, quemadmodum in superiori sermone fuit ostensum, annotauit. Et quia differentiæ duæ scilicet quæ secundum magis & minus, & quæ ex modo motus sumuntur, sunt manifestæ, de eis non exequetur Galenus: nam tactu cognoscimus, quis calor sit magnus, quis paruus, quis mordax, uel tali modo imprimens, uel alio modo. Exequitur autem de differentijs sumptis ex materia: quoniam non erat notum, quæ febris esset humoralis, quæ ephemera, quæ Ethica, nisi per uaria et multa signa infra ponenda. Dicuntur autẽ differentiæ sumptæ secũdũ magis & minus, et à modo motus sumi à substãtia secundũ ipsum. 6. Epidimiarũ cõmẽto. 29. quoniã sumptæ sunt penes diuersitatẽ quæ secũdũ tactũ cadit in eo qđ est de substãtia, uel essentia febris: quia secũdũ diuersitatẽ caloris præter naturã. Est. n. febris calor immodice auctus hominẽ offendens et actionẽ lædens. 8. Methodi in principio, et in secundo non longe à fine: quoniam conuersio est natiuæ caliditatis ad igneam, prima aphorismorũ cõmẽto. 16. Et dicit, q̃, in hoc genere differẽtiæ secũdũ magis et minus medici, non proprie rei quali, nomẽ quãti accõmodãtes, febrem consueuerunt magnã ac paruã nominare: tamẽ hoc facere assueti sũt, nõ in febribus tãtũ, sed in mille a=

Quare differentiæ sumptæ secũdum magis, et minus, et à mõ motus, sumi à subã dicũtur.

Feb. qđ.

lijs rebus, quæ licet in qualitate cõsistant, magnæ tamẽ ab ipsis, ac paruæ dicũtur. Deinde cũ dicit.

TEX.

Lau. QVÆ Vero differentiæ à materia sumuntur, in qua calor illę pręter naturã cõsistit, maxime proprię caloris pręter naturam differẽtię sunt: siue corpus ipsum cordis pręhenderit, siue humores cõditos in ipsius uentriculis. Reliqua autem ac tertia differentia est, vbi aẽrea substantia sola admodũ incaluit, humida uero ac solida corpora adhuc quidem incalescunt, sed nondum incaluerunt. Non enim parum differt, incalescere aliquid dicas, an incaluisse.

Leoni. QVÆ Vero à materia sumuntur, in qua hic calor pręter naturam accenditur, maxime proprię differentię caloris pręter naturã sunt. Nã uel idẽ calor ipsius cordis corpus occupauit, aut eos qui in eius uentriculis continentur humores. Tertia autem est differentia quum sola aẽrea substantia sufficienter incaluit, humores autem & solida corpora calescunt quidem adhuc, nondũ autem sunt calefacta. Neq; enim parum refert, si calescere dicamus, aut calefacta esse.

COMMEN. 5.

EXEQVITVR De *differentijs febrium ex materia sumptis, & dicit, q̃ differentiæ quæ à*

mtaeria

materia sumuntur, in qua hic calor præter naturam accenditur, maxime propriæ sunt. Vnde differentiæ istæ à subiectis proprijs febrium sumuntur, & subiectum proprium intrat definitionem accidentis per modum differentiæ, eo q̃ accidẽtis esse est inesse, ut simitas definitur, quod est nasi concauitas, & in definitione hac ponitur concauitas loco generis, & nasi loco differẽtiæ & in obliquo: quoniam per inesse naso differt simitas ab omni alia concauitate. Sic definitur ephemera febris, q̃ est febris spiritus, & humoralis, q̃ est febris humoris, & ethica, q̃ est febris membrorum. Intellige de febribus istis secundum illa esse quæ in suis habent causis coniunctis, ut in Ephemera, Primo est in spiritu calefactum esse uelut in eius causa coniuncta. Et in humorali: primo in humoribus. Et in Ethica: primo in particulis corporis solidis. Etiam apud medicum hæ differentiæ propriæ dicuntur: quoniam penes eas maxime medici procedunt, de causis, signis, & curis febrium inquirentes: Nam uarietas accidentium, & modi curæ febrium, maxime sequitur diuersitatem subiectorum calefacti esse existentis in corde: nam si calefactum esse est in substantia cordis, scimus, q̃ est lõga, quieta, post cibum crescens, infrigidatione indigens. Si uero calefactum esse est in humoribus cordis, aut proportionali humori. Tunc distinguimus de

quare febriũ differentiæ ex materia sumptæ, maxime propriæ caloris præter naturã dicuntur.

humoribus, & secundum eorum diuersitatem longitudinem, accidentium maneriem, & modum curæ cognoscimus. Si uero solum in spiritibus, uel uaporibus, qui non eleuantur à corpulento intra corpus existente, scimus breuitatem, & accidentium facilitatem, & modum curæ facilius. Ostendit postea Galenus, q differentiæ febrium sumptæ à materia sunt tres: quoniam uel hic calor præter naturam corpus cordis occupauit, & est prima, aut humores qui in eius uentriculis continentur, & est secunda, tertia autem est cum sola aërea substantia sufficienter incaluit, humores autem & solida corpora calescũt quidem adhuc, nondum autem sunt calefacta. Et sic uult tantum tres esse species simplicium febrium. Vna cum calefactum esse est in substãtia cordis & humores & spiritus sunt in calefieri, & ista est Ethica. Secunda est, cum calefactum esse est in substantia humorum, & membra, & spiritus sunt in calefieri, & illa est humoralis. Tertia est, cum calefactum esse est in substantia spiritus, & membra, & humores sunt in calefieri, & illa est Ephemera. Et propterea dixit Auic. prima quarti cap. 1. q hæc diuisio febrium in Ethicam, humoralem, et ephemeram est per modum propinquum diuisioni euenienti generi per suas differentias. Nota tamen, q cum omnis febris sit calor igneus, & omnes calores ignei

Differentiæ febrium à materia sumptæ, tres

Tantum tres spẽs simplicium febrium.

ſint eiuſdem ſpeciei ſpecialisſimæ eſſentialis, ꝙ omnes febres ſunt eiuſdem ſpeciei eſſentialis, & ſecundum philoſophum non habent ſpecificas differentias quibus adinuicem differant, Etiam proprie loquendo nullæ ſunt ſpecies ſub febre contẽtæ, cum febris in ſua communitate non ſit proprie genus: Tamen quia uariæ febres ſecundum diuerſitatem cauſarum ſuarum intrinſecarũ, & ſui modi eſſendi in ſubiecto uarias habeant terminatiões, et symptomata uaria, & modos curæ uarios, ideo fuit opportunum medicum ponere febrium diſtinctiones: & quia per differentias eſſentiales in philoſophia & metaphiſica, dantur definitiones, per quas uerius habemus ſpecificam & definitiuam rerum cognitionem. Ideo in medicina illæ dicuntur eſſentiales differentiæ quæ maxime conferunt ad habendam diſtinctam cognitionem docibilem medico neceſſariã, per quas dãtur definitiones, diſtinctiones maxime facientes ad diuerſitatem prognoſticandi, & curandi cognoſcendam. Nota ſecundo, ꝙ cũ Galenus hic omnes ſpecies febriũ diſtinguat penes materias cordis, uoluit cor eſſe primum ſubiectum febris, & ideo, ſiue calor ab extra ueniat, ut ab aëre, uel alio continente, ſiue ab intra, non eſt posſibile naturaliter membrum aliquod totum corpus calefacere caliditate ꝑ ſe opationes omniũ partium lædente, niſi iſta caliditas totalis depen-

Oẽs febres eiuſdem ſunt ſpẽi, & ſpecificas differentias, qbus adinuicem differãt, non habent.

Cor primum ſubiectũ febris.

deat ab ipso corde: Nam si ab extra ueniat calor: necessario antequã toti cõmunicetur, in corde accenditur per spiritus qui aëre, uel alio continente inflãmantur. Et si sit putredo, uel apostema in cerebro, aut epate, ob magnam cõmunitatem, mediante uena magna, aut mediantibus arterijs, anteq̃ hæc membra possint tanto gradu caloris totum calefacere, q̧ totius operationes lædantur, cor inflammatur, & caliditatem toti operationes lædentem cõmunicat. Et ista est causa quare impossibile est totum febrire, corde non febriente, & calorem febrilem super toto non transmittente. Et sic sequitur, q̧ & si tam epar, q̃ cerebrum per sui caliditatem præter naturam possunt esse causa inflãmationis totius, tamẽ nullum eorum potest totum calefacere caliditate præter naturam sensibiliter operationes lædente, nisi prius & principalius hoc fiat à corde. Et ideo Alexander Tralianus libro tertio cap. 1. febrem definiens dicit, q̧ est immodice auctus feruor ascensus præter naturam in corde, & arterijs, qui secundum naturam cor poßidens corpori uniuerso dominatur. Et Aetius libro. 5. cap. 7. Est cordis, arteriarumq́; præter naturam calor, robur uitale deterrens, ex profundo eleuatus, acutus, mordaxq́;, sese offerens tactui, præsertim circa thoracem, magnarumq́; arteriarum sedem, ob quem inæqualitas ac ordinis confusio in pulsu

quar̃ impoßibile est totũ febrire, corde nõ febriẽte

febris definitio.

iuxta singulas febrium species acquiritur. Et Auicena prima quarti dicit, q̧ est calor extraneus accensus in corde & procedens ab eo mediantibus spiritu & sanguine per arterias & uenas in totum corpus: et inflammatur in eo inflammatiotione quæ nocet operationibus naturalibus: non sicut caliditas iræ & laboris, quum non peruenit ad hoc ut sit accensa et noceat operationibus. Postea cum inquit. Neq; enim parum differunt calefacere, & calefactum esse, dat nobis intelligere, quomodo debet aprehendi à caliditate corpus cordis, ad hoc ut sit ethica, & similiter de humoribus, qui sunt in uentriculis cordis, q̧ habeant calefactum eße, ad hoc ut sit humoralis. Et de spiritu uel sibi proportionali similiter, ad hoc ut sit Ephemera. Distinguuntur autem ad inuicem calefactum, & calefieri, ut factum, & fiens. Vnde tertio de accidenti, et morbo cap. 1. declarat Gal. differentiam inter passionem, & morbum: quoniam passio est in fieri, morbus autem in facto esse: est enim passio, dũ corpus alteratur & trãsmutatur: sed morbus est affectus & dispositio facta. Nã morbus est affectus præter naturã immediate operationem lædens: dicitur .n. morbus, qđ primo lædit, id uero quod præcedit, morbi causa, non morbus appellatur. Cum ergo morbus sit affectus, relinquitur q̧ sit res facta, & permanens, cuius esse non est in fieri, ut pathos quæ-

Calefactũ ex calefieri distingũt, ut factũ & fiens.

tam diu est, q̃ diu est in fieri. Ergo *de ratione morbi est, q̄ sit affectus siue res* permanens, & *aliquo tempore durans.* Nec *intelligitur per id quod dicitur permanēs sicut intelligebat* Olympicus, *qui primo* Metodi *capitulo ultimo reprobatur, diu durans, siue longo tempore durans: quoniam res dicitur permanens parum, & multum, sicut ibi de morbo comitiali, etiam q̄ non duret per dies et per horas, tamen dicitur dispositio permanens: quoniam permanens dicitur id cuius esse non est in fieri.* Et per *hoc dixit* Auicena *in definitione febris, q̄ est calor q̄ inflāmatur in corde, non sicut caliditas iræ & laboris, cum non ultimatur: quia oportet q̄ sit accēsus eo modo quo caliditas iræ aut laboris cum ultimatur, idest cum est ita intensa & in termino ut lædat operationes:* Nam *caliditas iræ cum non est ita intensa ut sensibiliter lædat operationes, non est morbus, & dicitur in fieri, non in facto esse.* Sic *etiam intelligebat* Auic. *prima quarti capitulo primo dicens.* Si *accendatur febris accensione prima in membris radicalibus, febris dicitur* Ethica. Et *si accendatur accensione prima in humoribus dicitur humoralis: quoniam caliditatē accendi accensione prima est accendi accensione facta, & non in fieri.* Ex *quibus sequitur: quare* Galenus & Auicena *non addunt particulā illā, & non depēdens à causa primitiua, in definitio-*

Caliditatē accēdi accensione prima q̄d.

ne ægritudinis, sicut multi faciunt. Et de corda manus ligante. Dicendũ, q̃ est causa primitiua morbi, transitus spirituum & caloris naturalis impediens, & non morbus: quoniã non est in corpore, nec tamq̃ in subiecto, nec tamq̃ in loco. Sequitur secũdo, q̃ illud in quo accenditur accensione prima, & à quo debet febris sumere esse specificum, debet esse in corde: Nam de substantia cordis est, clarum, q̃ continetur in corde. Et de Ethica, omnes hoc concedunt: sed de humoribus patet, cum dicat Galenus hic. Aut eos qui in eius uentriculis continẽtur humores. Et de Ephemera loquitur dicens. Cum aërea substantia sit sufficienter calefacta, non calens. Et loquitur de aërea substantia cordis scilicet spiritu. An autem in omni putrida oporteat humores cordi intrinsecos esse putridos: dicendum, q̃ non, ut patet de interpollatis, quarum putrefactio est extra uenas, in quibus calor extraneus ad cor accedit alteratione successiua partium à loco putredinis, & de continuis proportionalibus, quarum putrefactio est in uenis à corde distantibus. Dicitur uero putrida, nõ ab eo subiecto calefacti esse quod est in corde, sed à causa à qua uapor elleuatur, siue sit in corde ipso, siue extra iuxta illud Galeni secundo de accidenti capitulo secundo: nam calor ab eo in quo est putredo capit exordium, deinde distenditur ad membrum

Corda manus ligãs causa primitiua, & nõ morbus.

Nõ oportet in oĩ putrida, humores cordi intrinsecos esse putridos.

uicinum & ab eo ad aliud usque ad illud quod caloris est initium & fundamentum, postea totum corpus cum corde unum efficiuntur in passione. Sed circa dicta dubitatur. Et primo an siccitas sit de ratione febris. Quod sic, quoniam passio est calida et sicca, teste Galeno prima aphorismorum commento decimosexto, & uigesimo quarto, & primo de ratione uictus accutorum commento decimooctauo, & propterea inquit, febris qua febris est, peculiare remedium est quod uirtutem habet refrigerandi & humectandi, sicuti est ptisana ipsa. Idem dixit nono methodi cap. 14. Et fuit sententia Hyp. aphorismo illo. Victus humidus febricitantibus omnibus confert. In oppositum est authoritas: quoniam nullus difiniens febrem in sua definitione posuit siccitatem. Et ratione sic ostenditur. Sit aliquis superflue humidus, cui adueniat febris: tunc ad temperiem in passiuis qualitatibus reducetur. Ergo ibi erit febris sine intensa siccitate. Et ob hoc dicunt aliqui, licet siccitas, ut plurimum comitetur febrem: quoniam caliditas maior q̃ debet reddit corpus siccius q̃ oportet, non tamen siccitas est de ratione febr. sed quid aduentitium, & febri extrinsecũ. Sed dicendum, ut dicit Gal. q; paßio est calida & sicca, in cuius cura indigemus frigidis & humidis, & q; siccitas est de ratione eius, ut per tactũ, qui iudex est qualitatum tangibilium dicerni potest:

An siccitas sit de rõe feb.

feb. passio calida et sicca

test:

test: calor enim in febriente mordax est, & non suauis, quoniam exhalationes in corpore febriente et fuligines sunt acres: fuligo enim à materia ualde terrestri eleuatur: nam si febrientem tãgas calorem, senties mordacem. Et si in febriente feb. diaria, dicant medici q; calor est mitis, hoc uerum est, ut dicit Gal. comparando ad aliàs febres: sed comparatione ad corpus sanum, adhuc eius caliditas est acuta & mordax, & tales fiunt effluxus, qualis est materia à qua eleuantur fuligo & fumus. Igitur cum in febriente tangamus calorem mordacem, ibi erit materia sicca & terrestris, à qua eleuantur acres fumi & mordaces fuligines. Et sic in omni febre erit caliditas cum siccitate, & siccitas erit de eius essentia. Et ad id de corpore superflue humido, respondet Gal. in cõmento citati aphorismi de febriente hydropico dicens, q; dicentes huic morbo non conuenire uictum humidum, sed magis siccum ignorant artis curatiuæ caput in primis necessarium. Quod unaquæq; simplex ægritudo simplici eget curatione: si uero inuicem copulentur, tantum habebunt cõmunem curationis indicationem, quãtum copulabuntur. Cum ergo in hoc sint duæ ægritudines complicatæ, febris scilicet, & aqua inter cutem, uti oportet humidis & siccis. Et ita in eodem corpore potest esse superflua humiditas et adhuc siccitas, ut in uentre multa aquositas, &

Fuligo à materia ualdè terrestri.

Artis curatiue caput.

in corde ſiccitas. Et ita licet in toto non ſit ſiccitas, erit ſaltem in humoribus aut ſpiritibus, cuius ſignum eſt, quoniam tactus mordacem ſentit caliditatem. Eſt etiã febris, dicit Gal. caliditas ignea: ignis autem eſt calidus & ſiccus. Ergo & febris calida ẽ et ſicca. Et ſic dicẽs Auic. ꝙ febris eſt calor extreneus, per calorẽ extraneum intelligit calorem præter naturam & igneum, ꝗ eſt calor cum ſiccitate, nam ſi eſſet naturalis & non extraneus, eſſet iunctus cum humiditate. Satis ergo eſt ꝙ in omni febriente in aliqua parte eius ſit ſiccitas ſi non in toto, ſaltem in humoribus, ſpiritibus, uel uaporibus. Sed contra dices. In Epiala febre eſt frigus intus & calor extra. Item datur febris quæ ex calore & frigore componitur intus et extra, quarta primi tractatu ſecundo cap. 50. Idem arguitur de principio tertianæ & quartanæ, in quo ſentitur quandoq; uehemens frigiditas. Item in mortiferis feb. morte appropinquante ſæpe frigent cor & totum corpus, cuius rei ſignum eſt anhelitus frigidus. Item & de syncopali dicit Auic. ꝙ quando frigus uincit calorem cordis & ſuffocat ipſum, pulſus cadit & deſtruitur. Dic ad primum, ꝙ licet in febre Epiala ſit frigus intra ob phlegma uitreum ex quo generatur, non tamen participat de eſſentia & nomine febris, donec cor à putridis uaporibus caleſiat. Vel dic, ꝙ licet circa ſtomacum, inteſtina, et

Quid calor extraneus.

De Epiala febre

dorſum

dorsum uel uenas musculorum profundas percipiatur frigus, tamen uapores putridi calidi petunt cor & ipsum calefaciunt. Ad secundum hora Typi, non febrit æger, nisi more uulgi nomen febris detur toti paroxismo: nam tunc expellitur materia à uenis ad extra uenas: sed cum incipit putrescere, incipit expandi calor. Pro tertio intelligendum est secundum Gal. tertio de præsegatione ex pulsibus, ubi ostendit quomodo se habet cor quando est frigidum, & contenta sunt calida, & contra. Dicit ibi, quod si tanta sit caliditas in contentis, quanta est frigiditas in substantia cordis, tunc fiunt pulsus æquales. Si uero frigiditas cordis uincat caliditatem contentorum, fient pulsus parui, tardi, & rari. Si uero cordis caliditas uincat contentorum frigiditatem, fiunt pulsus magni, frequentes, & ueloces. Et non est inconueniens apud ipsum substantiam cordis esse frigidam contentorum substantia existente calida. Dic ergo ad argumentum, quod quo ad feb. deberent pulsus esse ueloces & frequentes: tamen quia in illa syncopali, uapores frigidi petentes cor, intantum eius substantiam infrigidant, quod maior est frigiditas eius, quàm sit caliditas contentorum, fiunt pulsus rari, tardi, & parui: adest tamen caliditas in contẽtis humoribus, spiritibus, uel uaporibus, etiã siccitas. Et sic ibi febris est. De febriẽ-

Hora typi nõ febrit æger.

Quis pulsus, quãdo cor ẽ frigidũ, & cõtẽta sũt calida.

Nõ incõuẽit substãtiam cordis ẽẽ frigidã cõtentorũ substa existente calida.

An. In moriẽte p reſolutionẽ ſit febris.

te moriente per reſolutionem. Aliqui dicunt, ꝙ ibi non eſt febris: quoniam euanuit cum calore naturali etiam extraneus. Alij dicunt cum parua caliditate ibi coniungitur malitia humorum quæ facit corpus mori, quemadmodum in peſte. Sed contra. Si parua caliditas cum uenenoſitate poſſet febrem cauſare. Tunc dato ueneno alicui frigido interficiente febriret: quoniam cũ parua caliditate in eo adeſt uenenoſitas, quod non eſt dicendum: quoniam ibi nulla eſt cauſa inducens caliditatem febrilem: eſt enim febris calor accenſus id eſt intenſior q̃ prius erat. Ideo dicendum ſecundum Gal. loco citato, ꝙ poteſt eſſe, ꝙ ſubſtantia cordis ſit calidior contentis in corde, & ꝙ illa quæ sunt in corde & pulmone ſunt frigida, & ſic efficitur anhelitus frigidus. Vel dicendum aliter, ꝙ in his q moriuntur p reſolutionem caliditas cordis nõ poteſt tranſmitti ad uniuerſum corpus: quoniam reſoluta eſt ſubſtantia ſpirituum & caloris naturalis, quæ nõ poteſt per uniuerſum corpus diffundi, & ꝙ anhelitus frigidus prouenit ex motu aëris, quemadmodum in æſtate ſi aër moueatur flabello apparet frigidus. Dubitatur ſecundo, an febris ſit calor additus ſupra naturalem, uel aggregatum ex naturali & addito. Et dicẽdum, ꝙ aggregatum: nam ſi calor quatuor graduum eſt naturalis, & ſint additi duo gradus, ex quibus cum præcedentibus fit

Feb. nõ ẽ calor additus ſupra naturalẽ, ſed aggregatũ ex naturali et addito.

calor

calor intensus ut sex, illi duo gradus additi non debent dici febris, etiam dato, q̧ sint mala proprietate à re putrida directi, sed tota illa caliditas ut sex, cuius signum est: quoniam si, uel illos duos remoueas, uel solum alios duos præexistentes, reducetur corpus ad sanitatem. Etiã sic ostenditur: nam Hyp. in illo aphorismo. Qui crescũt plurimum habent innati calidi &c. dicit, q̧ in senibus non sunt febres similiter acutæ, sicuti in iuuenibus. Modo si calor additus duorum graduum est solum febris, & non cum calore præexistente, quid prohibet si duos gradus addas in senibus, quin fiat similiter acuta febris. Hoc autẽ est: quoniam in senibus est paucus calor innatus. Ideo si bene addantur duo gradus, non fit æque intensa caliditas, sicuti in iuuene, & hoc, quoniam febris non est tantum illi duo gradus, sed totum aggregatum ex illis duobus, & præexistentibus: aliter enim æque intensæ febres poßent fieri in sene & iuuene: nam additis duobus gradibus iuueni, et duobus seni, si nihil aliud eßet febris q̃ isti duo gradus additi, æque intensa eßet febris in sene, sicuti in iuuene, contra dictum Hyppoc. Huius opinionis fuit Hyppo. ut refert Gal. primo de ratione uic. acu. cõmento decimooctauo, & prima aphorismorum cõmento illius. Humidæ dietæ &c. ubi ait, q̧ febris est natiua caliditas mutata ad igneam. Sed contra, dices. Calidi=

In senibus non simľr febres acute, ut in iuuẽibus

Feb. natiua caliditas mutata ad igneam.

tas præexistens est naturalis, igitur solum addita est morbus. Secundo naturalem caliditatem intendit medicus conseruare, & præter naturalem corrumpere, sed præexistens est naturalis, & addita est præter naturam. Ergo solum addita est morbus quem intendit medicus corrumpere. Dic ad primum negando consequentiam, immo propter secundæ caliditatis inductionem, fit unum cum præexistente, q̃ est præter naturam & morbus. Ad secundum non intendit medicus totam caliditatem, quæ est præter naturam corrumpere, sed facere ut non remaneat amplius caliditas præter naturam. Et ideo in casu quia caliditas ut sex excedit naturalem p̃ duos gradus uniformiter per totũ, quicũq; duo gradus remouentur, fit remotio præter naturalis totius: quoniam fit q̃ ibi nõ est amplius calor præter naturam. Addo etiam, q̃ in eodem subiecto esse non possunt duæ caliditates nũcro distinctæ. Et q̃ febris in corpore est unus calor qui prius erat naturalis & nunc per gradus additos, factus est extraneus: si .n. subiectum aliqđ caliditatem habeat secũdi gradus, si ei addatur alia caliditas, uel illa intenditur, & sic fit una caliditas intensior, uel non intenditur, & tunc ista addita non calefaciet. Ergo ex præ existente & addita fit una. Bene tamen potest calor naturalis in membris existens corrigere calorem in spiritibus existentem, sed in eodem

In eodẽ subo esse non possunt duæ caliditates nũcero distinctæ.

membro

membro est unus tantũ calor. Addo et tertio, ꝙ eadẽ res sũt caliditas celestis, et elemẽtaris, simlr etiã frigiditas celestis et elemẽtaris: nõ. n. ignis duabus caliditatibus, siue numero, siue specie diferẽtibus calidus est: neque aqua duabus frigiditatibus frigida est. Etiam si mixto comparaueris, istas eiusdem rationis esse, elementares, animales, & celestes dico. Sed contra dices. Calor animalis nutrit, elemẽtaris autẽ non. Item calor uiui præseruat à putredine, mortui autem calor ad putredinem præparat. Item calor animalis naturalis, & suauis est, elementaris uero præter naturam & pungitiuus. Dic ad primum negando minorem: quoniam secundo de anima calor ignis est concausa nutritionis. Ad secundum calor uiui præseruat à putredine quia regulat humidum: sed calor mortui à medio facit euaporare calorem naturalem, & cõsequẽter ibi humidũ dominari, & consequenter fit putredo: quamuis illi calores eiusdem sint rationis. Ad tertiam, illas diuersitates facere potest diuersitas caloris per intensum, & remissum, per coniunctum sicco, & non coniunctum. Vnde Auic. prima primi cap. de elemẽtis, igni attribuit proprietates, quæ celesti caliditati attribuuntur, ut maturare, subtiliare, permiscere, rumpere frigiditatem, ut ipsa de elementaria proprietate ad complexionalitatem redeant. Cum igitur eadem

Eadẽ res sũt caliditas celestis, & elemẽtaris.

Eiusdem rõnis sũt caliditas elemẽtaris, aĩalis & celestis.

Calor uiui præseruat á putredine, ꝗ regulat humidum.

ſpecie ſit mixti caliditas elementari caliditati, et elementaris caliditas eadem ſit cæleſti. Tunc cœleſtis & mixti caliditas in identitatem ſuppoſiti cadunt. Dicens autem Ariſt. ſecundo de generatione aĩaliũ cap. 3. calorem in animalibus cõtentum non eſſe ignem, nec ab igne originem ducere, intelligit non de caliditate, sed de corpore calido ſcilicet ſpiritu gignitiuo, qui in ſemine, ſpumoſoq́; corpore, quo ad uirtutem gignitiuam quæ in ſe habet, nec ignis, nec igneus, nec ab igne eſt, ſed ab anima hominis: Eſt enim hæc uirtus intellectualis uirtus ſtellis correſpondens. Dicendum etiam, uaporem calidum mixtionem facientem, ſimiliter et ſpiritum in animalibus regulari in operando à cœlo, non eſſe elementum, neque ab elementis originẽ ducit. Dubitatur tertio. Nunquid omnis mala complexio calida cordis lædens ſit febris. Et dicendum ꝙ non: nam Auic. decimaprima tertij facit caput de mala complexiõe calida cordis, & eam docet curare: de cura autẽ febris ſatis docuit prima quarti. Item ibi tractatu primo cap. 6. dans Auic. curam malæ complexionis humidæ cordis cum caliditate dicit, in hac uitetur balneum: quoniam uel humectat, uel calefacit, uel utrunq; facit, & utatur coitu: quoniã ſiccat & infrigidat ſi multum frequẽtetur: modo hoc non conferet, ſi complexio illa eſset feb. Pariter cum loquitur de tremore cordis ex cali-

Celœſtis et mixti caliditas in identitatẽ ſuppoſiti cadunt.

Spũm in aĩalibus regulari in opãdo à cœlo.

Nõ omnis mala cõplexio cordis calida lædens eſt febris.

ditate

ditate sine materia dicit tractatu secundo capi. 4. confert ei panis infusus in aqua rosarum in qua est parum uini odoriferi. Modo si illa esset febris, esset Ethica, cui non conueniret uinum neq; aqua rosata, quæ exsiccat. Et sic uult Auic. expresse, q; detur mala temperatura cordis calida lædens, quæ non est febris. Quod declarari etiam potest: nam in debilitate cordis caliditas parua potest tremorem causare, quæ licet extranea sit, non causat febrem, quum non sit accensa & magna. Item posito q; humores & spiritus sint in calefieri, & hoc modo dispositi cor calefaciant, ita ut inde lædantur eius operatiões sensibiliter. In isto casu non est febris, quoniam nõ est aliquid intrinsecum cordi positum in calefacto esse. Dubitatur quarto, an febris sit in spiritu, & humoribus. Et uidetur, q; non, quoniam febris est passio uiuentis, solum enim uiuens dicitur febriens. Item inde morborum causis dicit Galenus: febris est calor immodicus in totum corpus uiuentis extensus. Idem dixit Arist. prima problematum problemate uigesimo. Et Auer. tertio colliget cap. 3. Dicendum, q; febris est in uiuente, ad hunc sensum, q; solum uiuens dicitur febriens, quoniam uiuentis operationes læduntur: sed non subiectiuæ de necessitate est in uiuente, quoniam potest esse solum in humoribus. Et ad Galenum, dic, q; febris est morbus uniuersalis totum cor=

Dubitatio.

Feb. quõ morb. uniuersalis, totũ corpus occupans.

pus occupans uniuersalitate nocumenti: quoniam distemperando & igniendo cor, ex consequēti distemperat & ignit uniuersum corpus: est tamen febris realiter & actu quam primum calor cordis ignitus est & inflāmatus calore extraneo. Et *propterea dixit* Auer. *subiectum propinquum febris est cor.* Et Galenus *infra cap.* 4. *ait.* Nam *& id calor est præter naturam, nondum tamen febris, nisi cor ipsum concalefecerit.* Dubitatur *quinto, quomodo febris à corde ad omnia alia mēbra mediante spiritu & sanguine procedat, ut dicit* Auic. *in eius definitione.* Nam *aut defertur mediante sanguine & spiritu quæ habent caliditatem in fieri, aut quæ habent caliditatem in facto esse. Secundum non potest dici, quoniam quum esset* Ephemera, *tunc humores essent in calefacto esse, & esset febris putrida. Similiter quum esset putrida, tunc spiritus essent in calefacto esse, & esset* Ephemera. Etiā *tunc omnes spiritus, et humores qui à corde ad alia membra uadunt haberent calefactum esse, quod non est dicendum.* Nec *dici potest* ꝙ *deferatur mediante sangine et spiritu existente iu calefieri, quoniam tunc putrida dependeret à calefieri humoris, & similiter* Ephemera *dependeret à calefieri in spiritu, quod* Galeno *contradicit.* Et *cōsequētia tenet, quoniam febris putrida &* Ephemera *in membris procedens à corde depend t à sanguine & spū illas*

Dubitatio.

deferẽte, quæ ſunt ſolum in caleſieri et nõ in cale facto eſſe. Itẽ in Ethica feb. omnia mẽbra sũt in calefacto eſſe. Ergo nõ amplius caliditas defertur. Aliter.n.in mẽbris sẽp eſſet alteratio in ethica. Tertio poſibile eſt febriẽte corde, solũ spũm caleſieri aut ſolũ sãguinẽ: sed ſolo spũ calefacto, defertur p ſpũm, nõ p sãguinẽ et ſpũm. Et ſimľr ſolo sãguine calefacto, defertur p ſolũ sãguinẽ, nõ p spũm. Aßumptũ patet, quoniã ĩ Ephemera ſpũs sũt inflãmati, nõ sãguis, et in putrida eſt inflãmatus humor, nõ spũs, immo in ethica eſt inflãmata cordis ſubã, et non spũs, nec sãguis, uel alius humor. Ergo à fortiori põt inflãmari sãguis ſine spũ. Itẽ, quum spũs citius poßit caleſieri, q̃ sãguis, et citius moueri, poterit deferi ante sãguinẽ et calefacere mẽbra. Et ſic ſaltẽ pro aliquo tẽpore poterat deferi p ſolũ ſpũm. Dic ad primũ, q̧ defertur feb. ad alia mẽbra mediãte spũ uel sãguine exiſtẽte in caleſieri. Et quum arguitur, q̧ tnnc putrida dependeret à caleſieri humoris &c. Negatur argumentũ: quoniã ſecũdũ Gal. oportet denoĩari febrẽ à ſubiecto calefacti eße in corde exiſtẽtis, et nõ à deferẽte. Dic ẽt, q̧ calor ĩ corde accẽſus imprimit calorẽ ſpiritibus eius et sãguini, nõ eundẽ nũero, sed ſpecie tãtũ cũ calore cordis, et spũs et sãguinis ſic calefacti, mẽbris ad q̃ trãſeũt calorẽ imprimunt. Et ex hoc calore mẽbrorũ oĩum, et calore cordis fit unus nũero totalis calor

defertur febris ad membra mediãte ſpũ et sãguine exiſtente in caleſieri. Et feb. đ noĩat à ſubo calefacti eẽ in crode exiſtẽtis et non à đferẽte.

unitate subiecti qui dicitur febris. Ad secundum in Ethica, quæ fit incipiendo incipit cor calefieri, deinde à corde procedit ad totũ corpus. Sed quæ facta & fixa inest ut habitus, & amplius ad mẽbra à corde non defertur, dicendum etiam, q̧ licet ipsa sit calor fixus, tamen quemadmodum diffuso alimento super membra arida ipsa augetur, sicut calor calcis superinfusa aqua, sic aliquid eius defertur in membra, uel excitatur spiritu & sanguine, iuxta id Galeni libro de Marasmo cap. 8. Dictum autem est in his quæ de differentijs febrium & harum alia, quod post cibos solæ augentur febres Ethicæ, quemadmodum & calx aqua supersparsus: Sed tali ablato augumento æquales permanent semper. Ad tertiũ dicitur, q̧ impossibile est corde febriẽte non esse spiritum & sanguinem simul calidos præter naturam. Et cum dicitur citius calefit spiritus q̃ sãguis, conceditur, & q̧ citius defertur. Sed quãdo cor febrit, necessario simul habent calorẽ præter naturam ambo sufficiẽtem ad hoc ut per eos procedat febris. Citior autem transitus ad mẽbrum non facit, q̧ à solo spiritu procedat, quoniã febris in membro non fit solum à spiritu & sanguine in membro illo existente, sed etiam ab his quæ sunt in corde, ut dictum fuit. Dubitatur. 6. per solas arterias & non per uenas non pulsatiles, à corde procedunt sanguis & spiritus in sin-

ethica facta fixa, & ut habitus, ad mẽbra à corde nõ desert.

Impossibile ẽ corde febriente, non ẽẽ spũm & sãguinẽ simul calidos præter naturã.

dubitatio

gula membra: arteriæ enim à corde oriuntur: ue næ uero non, sed ab Epate. Quare ergo in definitione febris dixit Auic. febrem deferi in totum corpus per arterias et uenas simul: rectius enim dixit Auer. 3. colliget cap. 4. q, calor iste spargitur per totum corpus per arterias, silẽs de uenis. Et Alexander loco citato febrem dixit esse feruorem accensum præter naturam in corde & arterijs. Dicendum, q, licet potius & principalius febris diffundatur per arterias in totum corpus, adiuuant tamen uenæ ipsæ non pulsatiles ad eius dilationem: quoniam fere ubiq; associantur arterijs, & sunt eis peruiæ. Quare de facili calorem extraneum ab his recipiunt, quoniam transmittunt uenis per sanguinẽ uenarum & spiritus earum. Dubitatur etiam de liparia febre, quæ non procedit in totum corpus, immò in ea frigent exteriora. Ad hoc respõdet Auic. q, in proprijs definitionibus harum rerum scilicet febrium & cõsimilium una conditio subintelligenda est, scilicet q, non sit aliquid probibẽs. Et hoc declarat duobus exemplis. Primum est de aqua quæ definitur per esse elementum frigidum & humidum: Quãdoq; tamen actuali caret frigiditate. Secundum est de graui qđ sic definitur, est qđ deorsum tẽdit, & subintelligitur nisi sit quod prohibeat, & uiolente ipsum sursum detineat. Et similiter in febribus omnibus caliditas extranea peruenit ad

Feb. p arterias potius in totum corpus diffũditur.

Dubitatio.

cor, et à corde transit in arterias, et p eas spargitur in totũ corpus, si ibi nõ fuerit qđ prohibeat.

TEX.

Lau. SED Discas euidentissime, id quod dicitur, ex his exemplis. Finge aquam calidam inditam lebeti frigido: deinde ab ea ipsa aqua calefieri contactu ipsius lebetis corpus, nondũ autem totũ exquisite incaluisse. Et rursus finge in calidũ atq; ignitũ lebetẽ frigidã aquam inditã, deinde calefieri quidẽ adhuc, nondũ autẽ incaluisse. Ex his exẽplis, cũ secũdo quidẽ prima febriũ differentia similitudinẽ hẽt, quas corpus ipm cordis prehẽdisse docuimus: cũ primo aũt secũda, quas cõditos in uentriculis humores occupasse diximus. Reliqua aũt ac tertia differentia exẽplum oĩno simile nõ hẽt: sed claritatis causa, finge fabrilem follẽ trahere ad se aẽrem admodũ calidũ: deinde calefieri adhuc ab eo, nondũ autẽ incaluisse. Sed exẽplũ magis indicabit rei declarandę naturã, si finxeris, in folle contineri humorẽ: atq; adhuc magis, si foramina follis p q̃ trahit, atq; emittit aẽrem, ita angusta effeceris, ut humori quidẽ inuia, aẽri uero peruia sint Qua sanè in re potissimũ dissident naturæ. opera ab his q̃ hoĩes ipsi efficiunt. Etenim substãtia aẽrea per mixta cũ sanguine est in

oĩbus arterijs, per multa foramina pariter ſpirantibus: ac nihilominus in ipſo corde, ut quæ per eas omnes confluat.
QVID aũt dicamus, hęc tibi exẽpla mãifeſtiſſime oñdent. Cogita aquã calidã lebeti frigido iniectã, deĩde ex eius uicinia lebetis corpus calefieri, nõdũ exqſite totũ ẽẽ calefactũ. Excogita iterꝝ ĩ calidũ atqꝫ ignitũ lebetẽ aquã frigidã infuſam, deinde ab eodẽ lebete adhuc quidẽ calefieri, nõdũ aũt eſſe calefactã: Horꝝ quidẽ exemplorꝝ, ſecũdũ, primã febriũ differentiã oñdit, quas diximus ipm cordis corpus occupaſſe, primũ uero eas q̃ ĩ ipſius cõſiſtũt humoribus: reliq̃ uero ac tertia differẽtia ſimr̃e qdẽ oĩo nõ hẽt exẽplũ. At mãifeſtioris qdẽ doctrinę gr̃a, cõcide aĩo fabrilẽ follẽ trahẽtẽ qdẽ ad ſe ipm aẽrẽ calidũ, deinde ab eodẽ calefieri, nõdũ tñ eſſe calefactũ. Sed & ei quã monſtrare volumus naturã exemplũ ipm magis oñdet, ſi humorẽ in folle cõtentũ cogitaueris: adhuc uero magis ſi follis foramina per quæ aẽrem trahit atqꝫ efflat, adeo arte fabricata, vt humorem quidem non admittant, aẽri autẽ peruia exiſtant. In quo ſanè plurimũ differunt naturę opera ab his q̃ humana arte ſunt fabricata. Nam mixta eſt in omnibus arterijs per multa foramina ſpiran-

Leoni.

tibus aëria substantia sanguini, ac nihilo minus in corde ipso, ut quæ ad idem confluat cum omnibus ipsis.

COMMEN. 6.

Declaratio p exẽpla differentiarũ febrium ex materia sumptarũ.

DECLARAT *Prædictas differentias sumptas ex materia per exempla, & primo secundã, per aquam feruentem in ollam, uel lebetem frigidum, qui ab ea calefit. Secundo primam, per ignitum lebetem in quem intromittitur aqua frigida, quæ ab eo calefit. Tertio tertiam, per exemplũ follis sibi ualde calidum aërem attrahentis, à quo calefit: nam si in lebete frigido immisceas intus aquam calefactam, ita q; ipsa sit in calefacto esse, & corpus lebetis sit in calefieri, hoc est simile sicut in putrida in qua humores sunt calefacti & substantia cordis in calefieri: sed si totum contrarium sit, ut q; aqua sit calefiens & nondum calefacta à lebete habente calefactum esse, est simile sicut in* Ethica. *Sed de tertia differentia scilicet febre* Ephemera *dicit, q; omnino simile non habet exemplum, & q; magis proprium erit hoc exemplum, si humidum aliquod in folle fuerit, et foramina per quæ intrat in folle feruidus aër, adeo parua sint, ut humor per ea transire non possit, ibi.* Reliqua *uero ac tertia differentia simile quidem omnino non habet exemplum: sed manifestioris quidẽ doctrinæ gratia, imagineris fabrilem follem trahentem ad se ipsum aërẽ calidũ,*

deinde

deinde ab eodem calefieri: nondum tamen eſſe calefactum: sed & rei naturam quam monſtrare uolumus, exemplum ipſum magis oſtendet, ſi humorem in folle contentum cogitaueris: quoniam tunc erunt tria directæ ſimilia tribus, quæ in corpore noſtro ſunt ſcilicet humore, ſpiritu, & membro. Et *adhuc magis, ſi follis foramina per quæ aërem trahit atq; efflat, adeo arte fabricata, ut humorem quidem non admittant, & aëri peruia exiſtant: in quo ſcilicet eſſe foramina peruia aëri, et non humori, plurimum differt naturæ operatio ab his quæ arte humana ſunt fabricata: nam in omnibus arterijs per multa foramina ſpirantibus ſanguini mixta eſt aërea ſubſtantia, et tamen ipſæ aërem emittunt & attrahunt, non emittendo ſanguinem.* Ordinauit *igitur natura foramina in extremitatibus earum ita anguſta, ut aër posſit ſine humoribus expelli.* Ideo dicit Galenus. *Tutisſime mixta eſt ſanguini aërea ſubſtātia: & ſubdit: & in corde nihilominus foramina inueniuntur, unde aër attrahitur & expellitur, & tamen ſanguis non expellitur: nam arteriæ quæ aërem ad cor portant, cum foraminibus obuiant cannulis pulmonis, aërem ab ore portantibus: & tamē arteriæ illæ habent ita anguſta foramina, q̧ posſunt aërem à cānulis attrahere, & ipſum ſine ſanguine ad cānulas expellere.* Et *ſubdit* Gal. Vt *q̄ ſcilicet aërea ſubſtantia ad idem confluat cū om=*

nibus ipsis membris. Ex his traxit Auic. id prima quarti. Si accendatur febris in membris radicalibus, ut in epate & corde accensione prima sicut accenditur adustio in parietibus balnei, aut in folle fabri, aut olla coci, erit febris Ethica. Sed si prima accensione accendatur in humoribus, & per illos accendatur in membris, erit febris humoris, sicut accidit, si effundatur aqua calida in balneo, & igniãtur lateres eius causa eius, aut ius calidum in olla, & accendatur olla causa eius. Et si accendatur febris accensione prima in spiritibus & uaporibus, deinde accendatur ex eis in membsis & humoribus, sicut accidit si accendatur primo aër balnei ab igne & perueniat ad balneum & calefaciat parietes & aquam balnei, tunc genus illud febris nominatur febris ephemera: quoniam est accensa in re subtili, quæ resoluitur cum uelocitate, & raró transit diem cum noctæ sua, nisi conuertatur ad aliud febrium genus. Nota secundum Gal. in tractatu de usu pulsuum, q; arteriæ cum dilatantur, ex omni parte attrahunt: cum uero constringuntur, in omnem partem pellunt, præterq̃ q; est difficultas de arteria magna adorti. An cum constringitur, pellat in cor aliquid: quoniam hostioli cordis clauduntur, quando arteriæ constringuntur. Et ita dicunt aliqui, q; cum arteriæ clauduntur, pellunt in omnem partem, præterq̃ in cor. Dicit

Arteriæ cum dilatãtur ex oĩ pte attrahũt et cũ cõstrĩgũtur in oẽm ptẽ pellũt, similiter et cor, cũ cõstringĩt ĩ quãlibet ptẽ ĩpellit.

tamen

tamen Gal. q, in principio non possunt ita perfecte ipsi hostioli claudi, quin etiã aliquid in cor imppellatur. Et ita uult Gal. q, cum arteriæ dilatantur, undiq; attrahant. Et cum constringuntur in quamlibet partem impellant. Similiter & cor, cum constringitur in quamlibet partem impellat, cum uero dilatatur, undiq; attrahat. Ita scribens. Si in ipso corporis corde uis illa unde contrahitur ac dilatatur in omnes arterias per tunicas earum influens, sic eas cogit aperitq; quemadmodum ipsum cor: utique sicut illud, cum dilatatur, ea quæ osculis suis appropinquant trahit, cum contrahitur expellit. Sic & arteriæ, cum se aperiunt, ad se undique trahunt: cum contrahuntur, in omnem partem expellunt. Quid autem sibi hoc uelit, quod undique & in omnem partem dixi, adhuc clarius faciam. Numerosi in arterijs meatus partim ueluti spiramenta in earum sunt tunicis, partim osculorum specie in intestina, & uentriculum, & externam hanc cutem finiuntur. Quinetiam continuatæ tum sibi, tum uero cordi maximis scilicet meatibus, uel potius uniuersis suis capacitatibus sunt. Venis uero, non perinde magnis, sed his, quorum communis de una in alteram transitus, sensum nostrum effugiunt. Vnde si ipsis, ceu parum constantibus meritò fidem abroges, per alia, certe quæ ueteribus sunt prodita, eos esse credas,

neq; in postremis ex hac rei euidentia. Si quis nã-que accepto animali quo uis ex his, quibus amplæ apertæq; arteriæ sunt, ueluti, boue, sue, asino, equo, oue, urso, simia, pardali, homine ipso, uel similiũ aliquo, magnas multasq; illi arterias uulneret: uniuersum animalis sanguinẽ per eas exhauriet. Huius rei periculum subinde fecimus: & cum semper uacuatas cum arterijs uenas depræhendissemus, ueram esse sententiam de cõmunibus arteriarum & uenarum osculis, & cõmuni de una in alteram per ea transitu, nobis persuasimus, quippe per hos transitus, arteriæ dilatatæ, ex uenis trahunt: contractæ contra in eas regerunt. Sicuti nimirum per ora quæ in cutem finiuntur, quidquid halituosum fumidum uè excrementum habent, id excernunt. Recipiunt autem ex circundato nobis aëre, non exiguam in se portionem. Atq; id est, quod Hyppo. foras, introq; spirabile totum corpus dixit. Pari modo ex uentre, & intestinis, tum attrahunt, tum rursum expellunt. Itidem & per tenues meatus: quos ueluti spiramenta per totas habent tunicas, ex circum positis spatijs uicissim trahunt, atq; expellunt. À corde uero ipso accipiunt quidem plus, sed reddunt minus. Ex quibus sequitur, quod quando arteriæ dilatantur, cor constringitur, & quando constringuntur, cor dilatatur: cuius contrarium credunt multi. Nam impossibile est, quod cor attra-

hat

Quando Arteriæ dilatantur, cor constringitur, et quãdo cõstringuntur, cor dilatatur.

hat ab arterijs, & simul arteriæ à corde: quoniã motus istæ esset nimis uiolentus. Et ita uoluit Auic. prima primi capitulo de uirtute uitali, ubi dicit, q uirtus uitalis simul dilatat & constringit: sed simul nõ potest cor dilatare & constringere, nec arterias. Ergo relinquitur, q quando dilatat cor arterias constringit. Item motus pulsus factus est, ut calor in corde existens contemperetur, et tẽperatus à corde ad alia mẽbra trãsmittatur: modo calor contẽperatur per cordis dillatationem, & cum cor constringitur ipsum ad mẽbra transmittit: non posset autem ad membra transmittere, nisi tempore quo constringitur, arteriæ dilatarentur. Ex quibus manifeste constat febrem sufficienter diuidi in ephemeram, putridã, & Ethicam, & tres esse primas febrium species. Etiam Alexander Trallianus lib. quinto capitulo primo ait. Febres aliæ quidem accenduntur in materia, nempe humorum qualitatibus, quæ uulgo febres putridæ dicuntur. Aliæ uero internis ac solidis partibus, quas ethicas uocant. Aliæ ex in temperie uitalis spiritus in statum calidiorẽ atq; aridiorem uergente consurgunt, puta die caloris. Trifariã itaq; in summa febres ingruunt, in spiritibus uidelicet, humoribus, & membris solidioribus. Vbi spiritus tantũmodo immodice succensus febrem excitauerit, uniuersum inflãmatur corpus, appellaturq; id febris genus græco nomi

Febrem sufficiẽter diuidi ĩ ephemerã, putridã, & ethicam.

ne ephimera, latine Diaria. Ex humorũ autẽ putredine bifariam accenduntur, in uenis scilicet & extra uenas. Si intra uenas quidem humores cum sanguine mixti quum putruerint, febrem ardentem, cui nomen ab ardore causos, & continuas febres, quas synechis græci nuncupant, inducunt. si extra uenas per diuersas corporis partes putridi humores discurrunt, febres quæ statuta intentionum remißionumq; circuitu ingruunt, per se diuersæ quas tipicàs uocant, impetunt. Quot si mẽbra quæ in corpore firmissima sunt, febrilem calorem ut habitum susceperunt, Ethicæ febres dictæ, quæ carnes omnes consumunt, eueniunt.

TEX.

Lau. HIC Ergo calor pręter naturam, quem febrem appellamus, alias ex alio de prędictis incipit. Occupat autem ac simul afficit cum eo qđ affectũ est, reliqua duo genera.

Leoni. INCIPIT Hic igitur pręter naturã calor quẽ febrẽ nominamus, alias ex alijs eorũ quę nuper diximus: spargitur autẽ atq; unà cum patiente afficit duo reliqua gña.

COMMEN. 7.

INFERT *Ex prædictis, q, calor præter naturam aliquãdo habet primo factum esse in una prædictarum materierum, de inde spargitur & afficit simul cum patiente materia duo reliqua ge-*

Trãsitus *nera, idest duas alias materias. Et sic transitum*

concedit unius generis febrium in aliud genus: nam una materia in calefacto eſſe calefaciens aliam, poteſt illam ponere in calefacto eſſe: quoniam quælibet alteratio exiſtens in aliquo ſubiecto in fieri, quum perdurat, illud perducit ad terminum alterationis, qui eſt eſſe factum, & has febres eſſe complicabiles uoluit, dicens. Ac ſimul afficit cum eo quod affectum eſt reliqua duo genera, & ephemeram eſſe cauſam putridæ, & putridam ephemeræ. Poſtea ibi. *unius generis febrium, in aliud genus.*

TEX.

FACILIME Ergo calor ex humoribus ad ſpiritum tranſmeat: minus uerò prompte humores cum ſpiritu accenduntur: atque etiam ſolidum corpus promptius tribuit calorem humoribus aërięq; ſubſtantię, q̃ ipſum ab ills accipiat. Omnis enim ſubſtantia tenuis facilius q̃ craſſa alteratur. Tenuiſſimus autem aër, craſſiſſima autem corpora ſolida ſunt: humores medio genere ambigunt. Lau.

FACILIMA Igitur ab humoribus ad ſpiritum caliditatis tranſumptio, non ęque autē prõpte unà cum ſpiritu accēdũt humores. Corpus ẽt ſolidũ humoribus atq; aëreæ ſuƀę facilius calorem impartitur, q̃ ipſum ab eiſdem ſuſcipiat: omnis ſiquidē ſubſtãtia tenuis prõptius alteratur, q̃ craſ- Leoni.

ſa. Eſt autem tenuiſſima quidem aëris, craſſiſſima vero corporum ſolidorum, media humorum eſt ſubſtantia.

COMMEN. 8.

Quis trãſitus facilior calefacti eſſe de una materia in aliã.

OSTENDIT *Quis tranſitus ſit facilior calefacti eße de una materia in aliam.* Et dicit q̃ *facilima eſt tranſumptio caliditatis febrilis ab humoribus ad ſpiritum, & q̃ non ita prompte accenduntur humores ideſt ponuntur in calefacto eſſe à ſpiritu, & q̃ corpus ſolidum facilius tribuit calorem humoribus & aëreæ ſubſtantiæ, q̃ ipſum ab eiſdem ſuſcipiat.* Et *huius cauſam reddit: quoniam omnis ſubſtantia tenis promptius alteratur, q̃ craſſa: sed tenuisſima eſt aëris ſubſtantia, craſſisſima uero corporum ſolidorum, & media humorum, cum nõ ſit craſſa ut membrum, nec ita ſubtilis, ut ſubſtantia ſpiritus.* Ergo &c. Et *ſic præcedente* Ephemera & *contra uult ephemeram poße componi cum putrida, & ethicam cum illis: non põt aũt intelligere hanc facilitatẽ tranſitus caloris ab humoribus ad ſpiritum, q̃tũ ad calefieri, cum loquatur de calore præter naturam, quem febrem nominamus: eadem etiam facilitate, quãtum ad fieri, tranſit calor in febre* Ephemera *de ſpiritu ad humores, ſicut in putrida, de humoribus ad ſpiritum: quoniam quanto cito aliqua febris eſt in corpore, omnes materiæ ſunt in caliditate præter naturam, eſto q̃ una in*

Ephemerã poſſe componi cũ putrida, & ethicã cũ illum.

facto

facto, & alia in fieri: esto etiam q, in eodem tempore calefieri in una fiat sub maiori gradu, q̃ in alia. Et ideo caliditas citius perducitur ad calefactum eſſe in una materia, q̃ in alia. Si igitur faciliter tranſit calefactum eſſe ab humoribus ad calefactum eſſe ſpiritus, cum calefactum eſſe humorum nõ ceſſet, tũc erit compoſitio febris ephemeræ cum putrida. Sed contra dices. Si exiſtente caliditate in ſpiritu, accendatur caliditas in humore, aut membro, cum ſpiritus ſit corpus uaporoſum faciliter alterabile, ſtatim in ſpiritu fit caliditas ſecundum ſimilem modum, qui perfluit ab humore uel membro. Vnde non permanet in eo amplius caliditatis modus, qui conuenit ephemeræ. Et ſic nec febris ephemera: ſed tranſcendit, aut in Ethicam, aut humoralem. Item ſpiritus calidum eſt membri proprium. Ergo alterato mẽbro in caliditate, ſecundum ſimilem modum alteratur, & ſpiritus. Quare ſi in membro aliquis fit calor putridus, aut ethicus. Similem modum caloris habebit & ſpiritus, propter quod in ipſo non amplius erit caliditatis modus, qui ephemeræ conuenit. Item ſpiritus minorem caliditatem in facto eſſe non poteſt ſuſcipere, ea quæ eſt in humore: quoniam agentia naturæ agunt ſecundum ultimum ſuæ potentiæ. Ideo humor calefactus agens in ſpiritum, ſemper aget ad introductionem ſuæ ultimæ caliditatis quã habet. Et ideo

ſpiritus ab eo nullam adeo paruam caliditatem potest recipere q, in illa ſiſtat in actu & calefacto eſſe: ſed ſemper erit in permutari ad ulteriorem gradum ſuæ caliditatis, qui eſt in humore putrido. Item in habente ephemeram, ſtatim putrida, uel ethica ſuperueniente, ceſſat omne accidens, & omne ſignũ ephemeræ. Dicendũ ad primũ, q, ex complicatiõe ephemeræ cũ putrida, ſpiritus plus calefit, q̃ ſi illa putrida non eßet, et q, tunc in toto corpore non ſentitur caliditas mitis, quæ eſt caliditas ephemeræ, quando non eſt complicata cũ alia: tamen hoc non obſtante, dũmodo ſpiritus ſit in calefacto eße, facit ephemeram. Ad ſecundum, ſimiliter non ſequitur: quoniã dato q, ſpiritus cõparetur membro, ſicut proprium eius calidum: tamen omne calefactum eße ſpũs facit ephemeram. Etiam dato q, mẽbrum ponatur in alterari à putrido humore, & ſpiritus ab illo calefiat: tamen q̃ cito ſpiritus tantum caloris ab humore receperit, q, amplius ab eo non dependeat, ita q, ſi humor remoueretur, adhuc illud remaneret, ſtatim eſt ephemera. Ad tertiũ, humor eſto q, continue agat in ſpiritum, tamen poteſt ducere eum ad calefactnm eſſe aliquod, quod amplius ab humore nõ dependeret: ita q, ſi humores pro poſſibili à ſuo calore remouerentur, adhuc remanerent ſpiritus calefacti & ephemera: quoniam non oſtẽditur ephemera facta in ſpiritu quia am

plius à calore ſpiritus intendi non poſſit, immo dicitur ephemera per hoc facta in ſpiritu: quoniam amplius ab agente in conſeruari non dependet, ut patet de ethica quæ ad ulteriores gradus intendi poteſt. Humores igitur poſſunt ponere calefactũ eſſe in ſpiritu, & cõtinue poſt illud intendere eos in caliditate. Et poteſt unũ calefactũ eſſe, eſſe reliquo intenſius. Et cũ dicitur, q naturale agens agit ſecundũ ultimum ſuæ potẽtiæ: dicitur q hoc nõ eſt sẽper uerũ: sed poteſt eſſe aliter ſecũdũ diuerſitatẽ patiẽtiũ, secũdũ q unũ poteſt plus recipe, et aliud minus. Ad quartũ dic, q ſigna ephemere cõfundũtur à putrida. Et ſic ephemerã ceſſare quo ad cognitionẽ, putrida ſuperueniente, uoluit Gal. infra cap. 7. ibi. Materia ſuperflua in ephemeris immoderatum calorem contraxerit atque hinc putreſcẽdi principiũ acceperit alteram ſpeciem febrium ſuccendit, priore deſinente: quoniam ſigna ephemeræ à ſignis putridæ offuſcantur, ſicuti minus à maiori. Sed quært aliquis, ſi ſimul ſpiritus, & humores, & membra ſupercalefiant in tali gradu, q lædantur operationes, & nullius iſtorum calor dependeat à calore alterius, sed omnium calores ab eadem pendeant extrinſeca cauſa, quæ febris erit? Dubitatur ſecũdo, quoniã uidetᷣ q eadẽ febris poſſit eſſe ethica, ephemera, et humoralis. Sit. n. unus gradus caliditatis in corde, qui per ſe nõ lædat, alius in hu=

Putrida, uel ethica ephemeræ ſupueniẽte, ſigna ephemeræ confũdũtur.

Dubitatio

moribus, alius etiam in ſpiritibus, qui non lædat. Tunc dabitur una febris ex iſtis tribus: quoniam iſti tres gradus aggregati lædent operationes, ſeparati non poſſunt lædere. Et ita hæc febris, neque erit una ethica, neq; una humoralis, neq; ephemera. Igitur diuiſio febris in tria genera mala.

Tertia. Dubitatur tertio, nam uapores ab humoribus putridis ſunt ſicut ſpiritus. Igitur caliditas, quæ eſt in ſpiritibus, erit ſicuti caliditas in uaporibus humorum putridorum. Quomodo ergo diſtinguetur humoralis ab ephemera. Quarto uidetur poſſe dari una febris in ſubſtantia cordis, quæ ſimul erit ethica & humoralis: quoniam ſi putreſcat particula cordis, & ſit infixa caliditas in ſubſtantia eius. Tunc erit una febris confuſa ex ethica, & putrida in cordis ſubſtantia. Dic ad primum, q; erunt tres febres, Ethica, humoralis, & Ephemera, Dic ad ſecundum, q; caſus eſt immaginarius. Et ſi in corde addatur ùnus gradus, qui nõ lædat operationes, non faciet morbum. Si uero alij duo gradus, in humoribus & ſpiritibus, agãt in cor: uel caliditas iſta eſt impreſſa in eius ſubſtantia, uel non. Si ſic, tunc efficitur unus calor ethicus. Si uero non imprimantur in corde, & lædant ex ſui caliditate, erit humoralis & ephera, Si uero caliditas in ſpiritibus, & quæ eſt in humoribus, & quæ in corde læderent per ſe. Tũc eſſent tres febres ſimul. Dic ad tertium, q; calor

ille qui peruenit ex uapore putrido est sicuti fumus tactum errodens: non sic autem est illæ qui ex spiritibus. Dic *ad quartũ, ꝗ ibi erit* Ethica, *& putrida, sed in distinctis partibus: quoniam caliditas* Ethicæ *erit fixa in humido radicali & substantia cordis intrinseca: putrida uero, in illis uaporibus & humiditatibus putridis, & sic non una erit febris confusa, sed duæ, & esse unius erit penes caliditatem in uaporibus putridis infixam, qui ex substantia cordis recedunt ad eius concauitatem.*

TEX.

NEC Quicquã refert pręsenti loco, spiritum uel aërem appellare. Nam de his alibi fusius definitum iam est. Lau.

NIHIL Autẽ in pręsenti opere differt, siue spiritum siue aërem dicamus. Nam de hisce omnibus alibi diligentissime definiuimus. Leoni.

COMMEN. 9.

SPIRITVM, *Cum sit corpus calidæ & humidæ naturæ, uocat Arist. secundo de generatione animalium, aërem calidum.* Et *est subtile: quoniam aliter non esset corpus facile mobile secundum animæ appetitum.* Ideo *dixit* Galenus *de inæquali intemperie.* Promptus *ad alterandum spiritus est, ex tenuissimis constans partibus.* Et *tertio de potentijs naturalibus circa finem.* Leuissi- *Spiritus calidæ, et humidæ naturæ*

mus inter omnia quæ ſunt in corpore, primum quidem eſt ſpiritus, ſecundo uapor, & poſt hunc tertio, quidquid ſanguinis eſt exquiſite elaboratum atq; attenuatum. Sed haly. 3. artis medicinalis cōmēto. 15. dixit q̃ ſpūs, et calor innatus sūt duo uapores naturales in corpore, corpora uidelicet aërea, ſubtilia, īter quę exiſtit diferētia, eo q̃ ſpūs ſubtl'or eſt calore īnato, et calor īnatus craſſior et pluris humiditatis. Et Auer. 2. colliget cap. 2. dicit. *Mēbra ſup q̄ dominatur calor et humiditas, sūt caro, sanguis, et ſpūs: sed calidius oībus eſt ſpūs, et poſt illum eſt ſanguis, et poſt illum caro.* Et *p iſtam eandem uiā incedunt humiditates: ideo q̃ ſpūs eſt de genere aëris, et aër eſt humidior aqua, ſicut declaratum eſt in naturali philoſofia.* Deinde cū dicit. T E X.

Lau. NVNC Vero ſufficiet illud tantumodo ſcire, quod (puto) Hyp. indicans dixit, continentia, ac contenta, & impetum faciētia. Continentia quidē appellans, ipſas corporis partes ſolidas: contenta autem: humores: impetum uero facientia ſpūs.

Leoni. NVNC Autem hoc tantumodo ſufficiat intelligere qđ & Hyp. (ut arbitror) oſtēdit his uerbis: Continētia, contēta, & impetētia. Cōtinētia quidē ſolidas corporis partes appellans, cōtēta uero humores, impetētia aūt ſpūs.

COMMEN. 10.

DECLARAT Quod ſuppoſuerat Hyppo=
cratis authoritate, tres eſſe in humão corpore ſub ſtãtias, in quibus accẽdi põt calor præter naturã in cõtinentia uidelicet, cõtẽta, et impetẽtia: cõtinẽ= tia quidẽ, ipſas ſolas pticulas corporis ſolidas ap pellans, cõtẽta humores, impetẽtia uero ſpũs, quo niã in tpe non pceptibili p totum fluunt corpus, et in illo penetrãt, eãdẽ diuiſionẽ poſuit in trac= tatu de tremorẽ cap. 5. p ſpũm intellige animalẽ et uitalẽ. De ſpũ naturali non inuenies eũ affirma= re eſſe in epate, ſicut de aĩali in cerebro, et uitali in corde, nã. 12. methodi cap. 5. ait. aĩalis ſpũs cere brũ ueluti fontẽ eſſe, clare oſtendimus, qui par= tim ex inſpirãdo, partim ex eo q, reticularis ple= xus ſuppeditat, irrigatur atq; allitur, Vitalis ſpũs nõ æque euidens demonſtratio erat. Sed tamen in corde eum et arterijs cõtineri exiſtimare, alienũ à rõne nõ eſt: eundẽq; nutritũ maxime qdẽ ex inſpi rando: sed tamen et ex sanguine, q, ſi natura= lis quoq; aliquis ſpũs eſt, utiq; is quoq; in iocino= re et uenis cõtinebitur. ſpũs uitalis aliqs eſt ã cor de trãſmiſſus ad mẽbra et ab illis alteratus. Ali= quis eſt in corde reſeruatus, qui ſecũdũ partẽ eſt in poroſitatibus cordis ſibi apropriatus ad pro= pria opa exercẽdũ, et ſecũdũ ptẽ ſub propria for ma cõi pmanẽs, aptus à corde ad alia mẽbra pel= li, et de iſto maxime intellexit. Eſt autem hic ſpũs

Tres ſubſtãtias in corpo re huma no, cõti= nẽtia, con tenta, & ĩpetẽtia in quibus accẽdi po teſt calo lor præ= ter natu= ram.

Nõ affir mauit Ga le. ſpũm naturalẽ ẽẽ ĩ epa= te, ſicuti de aĩali ĩ cerebro, & uitali in corde.

corde calidior, quia aëreæ substantiæ est, & cor terrestris, cum enim delator sit uirtutum, oportet ipsum esse subtilem, & mobilem. Quia ergo in nostro corpore tantũ. 3. sunt substantiæ corporeæ, in quibus accendi potest calor febrilis, tres tantum erunt species simplicium febrium, Ethi*ca scilicet, humoralis, & ephemera.* Po*stea cum dicit.*

TEX.

Lau. FEBRILIS Enim dispositio aliàs ex alio de prædictis incipit. Sed in primo genere affecti corporis minime permãet, sed occupat reliqua, duo: ac nisi prius soluatur, processu temporis illa similiter afficit. Atque hęc summa sermonis est.

Leoni. N A M Dispositio febrilis aliàs ex alijs eorum quę ante diximus sumit initium: At in genere primo iam læso nõ sistit, sed duo reliqua genere inuadit, nisi antea soluatur progressu temporis, illa quoque similiter afficit. Hæc quidem sunt totius sermonis capita.

COMMEN. 11.

REPLICAT *Quod dixit in textu septimo, & concludit, & per se notum est.*

Cap.

CAP. II. DE GENERALI NOTIFICATIONE FEBRIS EPHEMERAE.

TEX.



ED Oportet ea quę dicta sunt, demonstrare, notasque uniuscuiusque generis febrium percurrere. Statim itaque de generatione earũ dicere aliquid opus est. Ex lassitudine ergo, ira, mœrore, ustione, frigore, insomnia, cruditate, temulentia, ac satietate, quosdam febricitare cũctis hominibus perspicuum est, ab ipsa rei euidentia edoctis. Quinetiam pestilentẽ aëris conditionem afferre febrem, minime ignorant quicunque intellectu participant: quẽmadmodum & conuersari cũ his q̃ peste laborant, periculosum esse, Affici.n. periculum est, quasi a' scabie quadam aut ophtalmia. Periculosum præterea est conuersari cum his qui tabe tenentur: atq; in totum cum omnibus qui putridũ adeo expirãt, ut domicilia in quibus decumbũt, grauiter oleant. Constat pręterea ex longo rerum usu, ut qui consuetudinem exer- Lau.

citatiõis omiserint, ut aliis multis morbis, ita febribus corripiantur. Et itẽ, ut quę uocatur plethora generet febres, atq; etiã praui cibi, ac medicamẽta, & æstus circa Canis syderis ortum: & alia huiusmodi cunctis hoĩbus (ut ita dixerim) perspicuum est.

Leoni. ET Oportet quæ iam dicta sunt demonstrare, atq; uniuscuiusq; generis febrium dignotiones exponere: q̃ primum autem necessariũ est de earum generatione disserere. Quod igitur ex laboribus, ira, & tristitia, et solis ardoribus, atque frigoribus, vigiliis, & cruditatibus, ebrietatibus, & crapulis quidam febricitare conspiciũtur, nemo est qui ipsa doctus experientia non agnoscat. Et quidem quod aẽris pestilẽs status febrẽ afferre consueuit, nemo sanæ mentis dubitauit, sicuti & pestilenti morbo laborantiũ conuersatio periculosa, ne inde contagium contrahatur, quemadmodũ ex scabie & lippitudine. Est etiam eorum qui tabe correpti sunt cõsuetudo nequaq̃ secura, atq; oĩo eorũ qui putridum expirant, adeo ut domus quas habitant fœtidum exhalent odorem. Illud quoq; longa experientia cõptũ, qđ qui cõsueta exercitia omiserint, & aliis morborũ generibus & febribus maxime corripiuntur. Et quidẽ oẽs, ut ita dixerim,

hoĩes.

homines norũt, quod & quę plethora uocatur, & cibi vitiati, & medicamina, æstusque circa canis ortum, pluraque huiusmodi alia afferunt febres.

COMMEN. 12.

CVM Prædixit quot, & quæ sint genera prima febrium, & unde sumuntur, nunc proponit dicendum de modis generationis, & causis earũ, & de notis quibus ipsæ cognoscuntur: Sed tamẽ inquit, Prius opus est de earum generatione & efficientibus causis dicere. Et dicit febrem cunctis hominibus fieri ex causis euidentibus, ut lassitudine, ira, mœrore, ustione, frigore, uigilia, cruditate, ebrietatibus, repletione, et supple, cogitatione, gaudio, timore, dolore, fame, siti, et obstructione, ut Auic. prima quarti de ephemera febre, cunctis hominibus perspicuum est ab ipsa rei euidentia edoctis. Item ponens aliam causam dicit. Et ex statu aëris pestilentis febrẽ fieri minime ignorant, quicunque intellectu participant: sicuti conuersari cum his qui peste laborant periculosum, ne inde contagium contrahatur: quemadmodum extra scabie & lippitudine. Etiam periculosum est conuersari cum his qui tabe tenentur, atque supra in totũ cũ oĩbus ꝗ putridum adeo expirant, ut domicilia in quibus decumbunt grauiter oleant. Constat præterea (inquit) ex longo rerum usu, ut qui cõsuetudi-

nem exercitationis omiserint, ut alijs multis morbis, ita febribus corripiantur. Item & plethora generat febres, & ita de cacochimia intelligas. Et praui cibi, ac medicamenta, & æstus circa canis syderis ortum, & plura huiusmodi alia. Nota hic quid sit plenitudo, quam græci plethoram uocant, & quid cacochimia. Galenus tertio de tuenda sanitate finem uersus, & decimotertio methodi non longe à principio dicit, q plethora est humorum æqualiter se habentium redundãtia. Et cacochimia est uitiosi humoris copia. Et lib. 2. de cõpositione pharmacorum secundum locos non longe à principio dicit, fit plethora ex quatuor humoribus proportione auctis, aut solo sanguine: et cũ aliquis aliorum humorum adauctus fuerit, qui sunt pituita, flaua bilis, & atra, eiusmodi incrementum non simpliciter plenitudo dicitur, sed cum adiectione, ut pituita plenitudo, aut flauæ bilis, aut nigræ. Fit ergo plethora, non ex uitio unius humoris: sed quando omnes humores æqualiter augentur, uel fere æqualiter: quoniam etiam est plethora, quando cum humore uno dominante, simul est sanguinis abundantia. Et ita plethora est altero trium modorum, uel cum sanguis sumptus pro quarto humore est auctus, uel cum omnes humores id est massa sanguinea æqualiter est aucta, uel cum non æqualiter, sed ferè æqualiter omnes humores sunt aucti. Hanc sentẽtiã

Plenitudo qd sit

Plectora altero trium modorum.

tiam ſcripſit Gal. in tractatu de plenitudine his uerbis. Species plenitudinis cum in totum corpus æqualiter humoribus diffuſa fuerit, extenſaque, hoc modo diſtinguendæ ſunt. Rubicunda, *ſiquidem ſanguinis plenitudo eſt: ſubpallida uero, flauæ bilis, albeſcit ſupra naturalem habitum pituitæ plenitudo, quemadmodum nigreſcit atræ bilis.* Porrò *in ſingulis quæ cõmemorauimus, ſanguinem ſimul coauctum eſſe oportet: nam ſi pallida bilis, & flaua nominata aliquando ſuperauerit, ut in regio morbo elaborãtibus, non adhuc plenitudo, nec plethorica diſpoſitio, ſed uitioſus humor, cacochimia græce dicitur, huiuſmodi affectus eſt.* Hoc *pacto in atra bile & pituita dicendum eſt.* Vbi *uero ſicut antea diximus uel grauitas, uel tumor ſupra naturam ſit, plethorica quidẽ talis diſpoſitio dicetur.* Ex *colore autẽ præpolentis humoris ſpeciem cognoſcere oportet.* Verũ *ſola bilis, nullum plenitudinis inſeparabile ſymptoma efficere poteſt, neq; tumorem certe, neq; grauitatem. Scribit & parum poſt ſic.* Plenitudo *eſt humorũ corporis abundantia, neq; particularium tumorum, neq; uitioſi humoris ſpecies in hoc ſermone audire deſiderandum eſt: sed cũ uniuerſi uel iuxta priſtinam proportionem increuerint, uel exiguum quendam exceſſum unus inter eos acceperit.* Itaque *ſanguis in plethoricis diſpoſitionibus uehementer poteſt præ=*

Cacochimia qd.

Ex *colore ſpẽs p̃polentis humoris cognoſcitur.*

Cacochimia, uitiosus humor.

cellere: aliorũ humorũ nullus. Etenim cacochimia nũc, quã uitiosũ humorẽ interpretati sumus, hmõi non plenitudo adhuc, neq; plethora nominatur.

Lau

TEX.

QVAE vero ab ipsis in corporibus nr̃is fiat affectio ex q̃ febricitamus, minime sciunt, neq; pleriq; hominũ, neq; q̃dã medicorũ. Duplex aũt genus ignorãtiũ talia est: alterũ quidẽ, qđ ipsa experiẽtia tantũmodo nitit̃, tanq̃ nulla rei cuiusquã natura, rõne possit inuestigari. Alterũ aũt genus est eorꝫ qui sapiẽtes q̃dẽ uidentur: sed cum ignorent ęque q̃ priores, scientię tamen habent existimationem. Ignorare autem eos contingit, quia nullam habent rationalis disciplinę exercitationem, ex qua cognoscunt̃ ac discernũt̃ a' demõstratiuis sumptiõibus uerisimilia q̃dẽ, sed q̃ nihil ueri aut inuenire aut demõstrare possunt. Huic aũt inscitię insolentia accessit, ob quã nõnulli ex eis in tantã audaciam atque amẽtiam deuenerũt, ut nec ea quæ oẽs hoĩes cognoscunt, experientia ipsi edocti, febriũ cãs esse concedãt. De quibus cum libro de causis procatarcticis abũde docuerim, nihil opus est hoc loco mentionem facere temerarię loquacitatis eorꝫ. Neq;.n. cõtradicere, ne soluere sophismata hoc libro institui; sed institueñ ac

docer̃

docere, subijciēdo ea q̃ alibi à nobis sūt demōstrata, ac docēdo differētias febrium.

QVI Vero ab eisdē cāis, nr̃is corporibus aduēiat affectus, à quo febricitemus: hoc sané multos latet, & à plerisq; etiā q se medicos ꝑfitent̃, ignorat̃. Duplex aūt hæc ignorantiū medicoꝝ genus: Alterū eoꝝ qui soli expꝑiētiæ nitunt̃, aiūtq; nullius rei naȓam posse à rōne inueniri. Alterū est genus hominum, qui sibi nomen sapientię uindicarunt, & licet parem habeant cū prioribus ignorantiam, opinionem tamē scientiæ sūt aucupati. Sed eorū inscitia inde habet initiū, q̃ in rōnalibus sciētijs nequaq; sūt exercitati, q̃ nos distinguere ac secernere docēt eas propositiones q̃ demonstrandi uim habent, ab his q̃ probabilitatē quidē cōtinēt, nihil tamē ueri possunt aut inuenire aut demōstrare. Quū vero ad hāc ignorātiā accesserit arrogantia, ex ipsis quidē nonnulli ad tantā insaniā ac temeritatem peruenerunt, ut neque ea q̃ hoïes experientia magistra febriū cās esse didicerūt, velint ipsi cōcedere. De quibus quum à nobis sit in libro de ꝑincipiētibus cāis sufficiēter disputatū, supfluum esset eorūdem hoïum nugas hoc in loco repetere. Quum nō sit p̃ntis oꝑis institutū, aut alijs cōtradicere, aut sophisma- Leoni.

ta soluere, sed scientię potius doctrinæq́; intendere, quum hic suppositionū loco habeantur quę alibi nobis sunt demonstrata, ac febrium differentiæ doceantur.

COMMEN. 13.

MODVM *Secundum quem prædictæ causæ febrem causant ostendit. Et primo in hoc defectum & ignorantiam aliorū ostēdit. Et dicit, q̃ affectio quæ fit in nostris corporibus ab istis causis ex qua febricitamus minime sciūt: neque pleriq; hominum, neq; quidam medicorum. Duplex uero est hoc ignorantium medicorum genus. Alterum eorum qui soli experientiæ nituntur, tanq̃ nulla entium natura ratione possit inuestigari, de quibus loquitur Gal. 5. de locis affectis cap. septimo dicens. Quibus sine ratiocinatione, rudis dumtaxat experientia suffragatur: de his quæ rarò eueniunt experimenta habere nō possunt ueluti eorū quæ sæpenumero accidunt facile meminerunt. Alterum autem genus ignorantium est qui se sapientes opinantur: sed parem habent ignorantiam cum prioribus: quoniam solum habent quandam scientiæ existimationem. Et subdit Gal. Ignorare autem eos cōtingit: quoniam in rationalibus scientijs nequaq̃ sunt exercitati, quæ nos distinguere ac secernere docent eas præpositiones, quæ demonstrandi ui m habēt à probabilibus, quæ nihil ueri, aut inuenir e,*

Medicorū ignorātiū duplex genus.

aut

aut demonstrare possunt. Et subdit, q; huic ignorantiæ insolentia accessit, ob quã nonnulli ex eis in tantam audaciam, atq; amentiam deuenerunt, ut nec ea quæ omnes homines cognoscunt experientia ipsa edocti, febrium causas esse concedãt. Et de ista ignorantia iuncta cum superbia loquitur Gal. decimotertio methodi cap. 9. in fine, cũ dicit. Reliqui uero methodici cũ innumeros quotidie iugulent, adeo rationem curandi mutare adhuc nolunt, ut quæ à medicis sunt scripta, qui artis operibus uere insudarunt, ne uel semel experiri uelint, adeo indebile uitium uehemens ignorãtia est, præsertim si cũ superbia sit coniuncta. Deinde Gal. ab impugnatione istorum se excusat remittens nos ad librum de procatarcticis idest de primitiuis cãis. Et litera est clara. Nota q; ut (dicitur) primi medicinæ inuẽtores, de quibus conciliator differentia prima fuerunt, Appollo, filius eius Asclæpius græce dictus, latine autem Aesculapius, & Hippoc. Et hi tres uiri tres sectas relinquerũt. Prima fuit methodicorũ, ab Appolline producta, cuius sectæ authores fuerunt, secũdũ q; scribitur in libro sectarum, Thision, Thesalus, Dionysius, & Manilius, & alij qui sequuti sunt eos. Secunda fuit Empyricorũ, ab Eesculapio cõdita, & huius sectæ primi authores, ut ubi supra dicitur, fuerunt, Serapio Senior, & Appollo iunior, Eraclides, Glaudicus, & Minudoctus, &

Primi medicinæ inuẽtores.

Sectæ. 3. medicorũ

omnes qui ſequuntur eos, ſunt de iſta ſecta. Tertia fuit rationalium ſeu dialecticorum, & huius ſectæ authores primi fuerunt, Hippoc. Pythagoras, Diocles, Eraſiſtratus, Griſipilus, Dero ſilue, Theophaſcus, Aſclepiades, Democritus, Dias, Ariſtratus, Archigenes, Andromachus, & Galenus, & multi alij qui poſt Gal. fuerunt eos ſequentes, ſicut Alexander, Paulus, Serapio iunior, Halyabas, Raſis, Albucheſis, Zoar, Meſue, Auicena, Auerrois, & alij q̃ plurimi. Methodici particularia deſpiciebant, & ſolum uniuerſalia conſiderabant, & ſecundũ eos quãto magis aliqua erant uniuerſalia, tantò erant medicinæ magis neceſſaria, quod tamẽ eſt falſum. Empyrici uero dicti experimẽtatores oppoſiti ſunt prædictis, eò q̧ ſolum particularia conſiderabant uniuerſalia deſpicientes, dicentes alias ſcientias medico non eſſe neceſſarias. Dialectici uero ſiue rationales medici mediam uiam ueritatis obſeruãt, conſiderantes Particularia, pro ut ſub uniuerſalibus continentur: hi enim rationem cũ experiẽtia coniunxerunt. Nota ſecundo, q̧ boni medici & rationalis regulatur intellectus per ſcientiã, cogitatiua per experientiã, ſenſus cõis p̱ ſolertiã, memoria p̱ naturã ad bene retinẽdũ, et p̱ exercitium uis motiua p̱ ſolicitudinẽ. Iſte.n. debet eſſe ſolers, ſolicitus, & memorans. Solers qdẽ, ut in breui tp̃e q̱d operãdũ ſit cõcipiat: ſolicitus uero in ſtudẽdo et

uiſitando, et in applicãdo remedia non ponens in ducias. Memorans eſſe debet canonum uniuerſalium et particularium, ut non contingat in actiõe ſuæ curationis error. Sed dices. Iſtæ conditiões ad medicũ rõnalẽ requiſitæ, in quo melius repiuntur, uel in ſene, uel in iuuene. Dicitur q, ſolertia magis repitur in iuuene: quoniã oẽs opationes in ætate cõſiſtentiæ q̃ ætas eſt ætas pulchritudinis sũt pfectiores, q̃ in ætate ſenectutis. Etiã ſolicitudo melior eſt in iuuene q̃ in ſene. Memoria etiam magis perficitur in iuuene, q̃ in ſene: quia ſenes ſunt obliuioſi, & primum quod in eis deperditur eſt memoria. Sed dices, immo deberet eſſe totum contrarium: quoniam memoria perficitur ſicco, & ſenes iuuenibus ſicciores ſunt. Dicatis, q memoria nõ pficitur ſicco abſolute, sed etiã calido. Nec quælibet ſiccitas facit ad memoriã, sed certa & determinata: quoniam omnis immoderata diſcraſia deijcit actum propriæ uirtutis: modo ſiccitas quæ eſt in ſene eſt ualde intenſa. Ideo nõ facit ad memoriam, immo eam deſtruit. Senſus etiam exteriores ſunt perfectiores in iuuene, q̃ in ſene: quoniam ſenex neq; bene uidet, neq; bene tangit. Nocumentum etiã eſt in omnibus operationibus, & ipſi delirant: ſunt tamen ſenes doctiores iuuenibus, & habent de habitu experimẽtali lõgo tẽpore acqſito. Et uerificat̃ qđ dixit Ariſt. in problematibus. Senes multũ habẽt de intellectu. ſ. ſpe

Dubitatio,

Primum qđ in ſenibus deperdit̃ ẽ memoria.

nõ q̃libet ſiccitas facit ad memoriã: ſed certa & determinata.

Senſus exteriores perfectiores in iuuene q̃ in ſene.

culatiuo: quoniam lungo tempore studuerunt: nō tamen sunt apti ad discendum: quoniam si deberent addiscere, plus perficeret puer in duobus annis, q̃ senex in decem. Ecōuerso autem sunt pueri, parum habent de intellectu: sunt tamen apti ad discendum. Etiam potest esse, q; medicus iuuenis sit melior sene: quoniam ut dixit Rasis quarto ad Almansorem cap. ultimo. Potest esse, q; hic medicus iuuenis solers ob sui solertiam in duobus annis plus acquisiuerit de isto habitu experimentali, q̃ fecerit ille medicus senex in quatuor. Nota etiam secundū Gal. primo methodi non longe à principio, q; post mortem Aesculapij quatuor fuerunt medicorum sectæ. Vna in Rhodo insula, q̃ prima fuit. Alia in Gnido. Alia in Italia, in qua maxime floruerunt Philistion, Empedocles, Pausanias, & alij quā plures. Alia in Choo Insula, cuius princeps fuit Hippocrates. Et sic non est uerum, q; post mortem Aesculapij fuit deperdita medicina, & q; Hippo. ipsam restaurauit, ut nō nulli dicunt. Nec Hippo. fuit primus qui eam recte tradidit, bene ipse fuit primus, qui eam recte tradidit: priores enim prima principia rerum non cognouerunt: Nam Hippo. fuit primus qui quatuor esse elementa inuicem distincta inuenit, ex quibus omnia mixta constant. Bene etiam ante Hip. fuerunt multi qui de elementis loquuti sunt, sed indistinctæ: nam quidam omnia aquam esse cense-

Post mortē Aesculapij quatuor sectæ medicorum.

Hip. primus qui recte medicinā tradidit, et primus qui quatuor esse elemēta ī uicēdistincta inuenit.

bant. Alij omnia aërem. Nonnulli ignem, et omnia ex uno generari dicebāt. Sed Hippo. fuit primus qui posuit elementa esse quatuor, & inuicem distincta, ex quorum commixtione & alteratione omnia alia generantur. Vnde Gale. primo de uirtutibus naturalibus cap. 2. & secundo eiusdē cap. 4. & primo methodi cap. 2. dicit Hippo. fuisse primum inter omnes alios qui recte elementa quatuor disposuit, & secundus fuit, inquit Aristoteles. Idem dicit in de placitis Hip. & Plat. Et hinc est, quod Gal. faciens librū de elemētis, illum inscribit de elementis secundum Hip. ut ostendat illum primum fuisse, qui de elementis recte tractauit, & ideo Hip. fuit primus qui medicinā recta uia & ordine tractauit. Et licet ita sit, quædam tamen obscure dixit, & quædam indeterminate ualde. Et ideo Gal. postea declarauit & determinauit, ut patet in omnibus cōmentarijs ipsius supra Hippo. & præsertim in aphorismis, ut ipse dixit in commento illius sextæ particulæ. Dolores oculorum meri potio &c. Item quod Hip. diminute dixit Gal. compleuit, ut patet de pulsibus, de quibus parum dixit in tractatu de diebus decretorijs: Gale. autem multos libros edidit in quibus perfectam eorum cognitionem nobis tradidit. Item de anathomia ualde diminute loquutus fuit Hippoc. Galenus uero omnia compleuit in libris de usu partium, & in de anathomicis ad-

Hip. primus qui medicinā recta uia et ordine tractauit.

quod Hip. diminute dixit Gal. cōpleuit.

De pulsibus & anathomia, parum dixit Hippo.

ministratiōibus. Vnde primo de usu partiū cap. 8. dicit Gal. Me iudice nihil unq̄ falsi scripsit Hip. sed quædam obscure, quæ interpretabimur, & quædam diminute, quibus adijciemus secūdum traditas ab eo nobis Methodos. Et dixit sexto methodi cap. 4. Ego nāq; non eo consilio, ut nemo Hippo. libros legat, ad hoc opus scribendum accessi. Verum quoniam his mihi primus idonea usus esse uia uidetur, ne tamē eā totā cōpleuisse, cū q̄dā minime limitata, q̄dam imperfecta, obscuraq;, ab eo prodita inuenire liceat: Idcirco ipse tū omnia ea lucide explicare: tum quæ parū discreta sunt distinguere, tum quæ deficiunt supplere studui. Ex Galeno ergo, & Hip. possumus totam & perfectam medicam facultatem percipere. Nota etiā secundū Gal. primo de ratione uictus acutorum. 13. cōmento, q̄ longe maior certitudo de quæstionibus medicinalibus habet̄, q̄ de naturalibus. Nā q̄ Mundus sit unus uel plures, simil'r q̄ anima sit mortalis uel immortalis, nō pōt experimēto certificari: sed quæstiones medicinæ bene possunt experiri, seu experimēto certificari: quoniā medicina est habitus docens recte agere, & ad recte agēdū requiritur ratio, et ista nō sufficit: sed opus est ēt expimēto. Et ita ad hoc ut pfecte medicinā sciamus, opus est q̄ ratio experimēto iūgatur: quoniā ratio de se est ambigua. Nec expimētū est fallax, si obseruentur cōditiones requisitæ ad uerū expimēto.

Ex Galeno et Hippo. tota pfecte habetur medicina.

Lōge maior certitudo de q̄stionibus medicinalibus habetur q̄ de naturalibus.

Vt perfecte med. sciat̄, iūgi debet rō expimēto.

mētū positæ à Galeno primo de simp.med.cap.2. et.3.de tēpamētis cap.5.Et ab Auic.2.can. cap.2. Et sunt quatuor:prima est q̧ oportet experiri medicamen in corpore hominis,et nō in alio corpore. Secunda est,q̧ medicina sit in natura sua, non alterata:quoniā si calida esset calefaciet,cum sui natura frigefacere habeat. Tertia cōditio est, q̧ oportet cognoscere effectū,quem med. facit p̄ se, ab eo q̄d facit p̄ accidēs.u.g.q̧ aqua curat tethanū in æstate,q̄d est frigidū:hoc facit p̄ accidens: quoniā aqua cū sit frigida cutim infrigidat et calor ab intra reuocat̄,et neruos calefacit.Qūo aūt cognoscitur effectus qui fit à medicina p̄ se ab effectu p̄ accidens, docet Gal. hoc modo ibi cap.2. quoniā quotiescūq; uidemus q̧ actio quæ fit à medicina à principio,durat sēp usq; in finē, actio est p̄ se facta à med.et quotiescūq; ab eadē med. duo fiunt effectus, sēper q̄d prius fit est p̄ se, ut prius infrigidare aquæ est per se,p̄ accidēs uero calefacere.Sed instat Auic. contra hoc,loco citato:quoniā aqua calefacta prius calefacit & postea infrigidat : tamen prior actio,calefactio,non inest ei p̄ se,sed p̄ accidens.Et dicēdū ad hoc,q̧ aqua illa non est in sui natura : Gal. aūt intelligit, q̧ medicina sit in sui natura et nō alterata. Et ita hoc ipsi nō repugnat.et ideo effectus q̄ primo loco fit à med. in sui natura p̄manēte, sēper in est ei p̄ se: Secundus uero per accidens. Quarta conditio est,

Requisita ad uerū expimētum.

Quomodo cognoscitur effectus q̄ fit à med. per se ab effectu p̄ accidens.

Argumētū cōtra Galenū.

Solutio.

q, detur pharmacum in tanta q̃titate q, poßit agere: nam ſi ſit morbus ualde calidus, & dares frigida in modica quantitate, nulla fiet operatio. Et ita iſtæ ſunt quatuor conditiones ſeruandæ in completo & perfecto experimento, quibus ſeruatis nulla unquã adeſt in ipſo deceptio: aliæ uero conditiones quas ponit Auic. ſunt quibus cognoſcitur, quando medicina operatur per ſe, & quando per accidens, & non de requiſitis ad uerum experimentum.

CAP. III. DE CAVSIS EXTERIORIBVS FEBRIVM.

TEX.

Lau.



Vbiiciunt ergo, caliditatem, frigiditatem, ſiccitatem, atq; humiditatem eſſe elementa corporum, ac fieri primas ægritudines ex intemperie horũ, é quibus vna febris exiſtit, quoties calor quidã præter naturam in corde extiterit. Differentię autem ſecundum genus caloris, de quibus pręſens ſermo tractat, ab ipſa materie℞

terierum genere triplicium differentia ducuntur, suscipientium igneam caliditatem. Aut enim in ipso corpore cordis, aut in humoribus prima ipsa accenditur, ut dicebamus, aut in spiritu.

SVNT Igitur suppositiones hę, calidũ, frigidum, humidum, & siccum, esse corporum elementa, primasque ex eorum intemperaturis constitui ęgritudines: ex quarũ numero febris est unà, quoniam in corde quędam præter naturam caliditas generatur. Caliditatis autem differentiæ, de quibus præsens transigit sermo, à materierum differentia sumebantur, q̃ febrilem caliditatem suscipiunt. Quum autem earundem triplex sit genus: uel enim in ipso cordis corpore accendi dicebantur, uel in humoribus, uel in spiritu. Leoni.

COMMEN. 14.

AD Declarandum modum secundum quem causæ primitiuę sunt causæ febris, supponit primo calidum, frigidum, siccum, & humidum esse elementa corporum. Et intelligit non accidentia, ut caliditatem, frigiditatem, humiditatem, siccitatem. Sed corpus calidum, frigidum etc. scilicet ignem, aquam, terram, & aërem, quæ sunt materia compositorum. Caliditas uero, frigiditas, siccitas, & humiditas, sunt uirtutes elemẽtorum,

Calidi=tas, frigiditas, siccitas, & humidi=tas elemẽtorũ uirtutes.

quia sunt causæ instrumentales corũ. 4. cœli. 40. supponit secũdo primas ægritudines fieri in intẽperie horũ ex quarum numero febris est una, cum calor præter naturam fuerit in corde. Et subdit repetens dictum & declaratum superius, q; differentiæ secundum genus caloris febrilis de quibus præsens sermo tractat ab ipsa materierum tripliciũ differentia sumuntur. Et ostendit Gal. ad sẽsum in tract. de elementis, q; elementa sint corpora prima: quoniam uidemus, q; humores sunt ex cibo & potu: cibus uero sunt carnes & panis, q̃ generantur ex herbis uel à terra. Igitur humores fiunt ex eis quæ in terra oriuntur. Unde ex semine proiecto in terra, & si paruum sit, fit magna planta, quæ fit ex terra & aqua simul cum calore aëris & ignis. Igit̃ cũ humores fiant ex istis, et ex humoribus generẽtur mẽbra, sequit̃ q; mẽbra fiant ex elemẽtis, quæ non uidemus fieri ex alijs prioribus. Et ideo ea appellamus corpora prima quæ non apparent componi ex alijs, et resolui in alia. Ideo dicebat Gal. q; sunt partes minimæ corporum ex quibus omnia alia fiũt. Et patet ex definitione elemẽti posita quinto metaph. tex. cõmẽti. 4. scilicet ex quo cõponitur aliquid et est in eo, & indiuisibile in alterã speciem. Nec soli materiæ primæ competit hæc definitio, ut ex textu patet declarante de syllaba et de aqua &c. Et cõfirmatur ex definitiõe elemẽti posita. 3. cœli. Elementũ

Elemẽta esse corpora prima, sensu manife=stum.

Elemẽta ptes mi=nimæ corporum.

Elementi definitio.

mentum corporũ est ad quod alia corpora diuiduntur intus existens, potentia aut actu indiuisibile in alteram speciem. Et exponitur ab Auer. 3. cœli cõm. 41. elemẽtum est simplicissimũ eorum q̃ existũt in cõposito. Et cõm. 65. Est illud in qđ ultimo diuiditur res. s. mixtũ essentialiter, & primo cõponitur essentialiter. Quòd uero elementa quatuor sint et non plura, sic probatur ab Arist. secũdo de generatione tex. cõ. 16. 23. et. 34. quoniã tãtũ quatuor sũt qualitates primæ. s. calid. frig. hum. & siccitas, quæ tantũ sex modis combinabiles sũt. Ipsis intellige in sua simplicitate remanẽtibus, quorum duo modi sunt in cõpossibiles, scilicet calidum, & frigidũ, & humidũ, & siccum, ob eorum cõtrarietatem: calidum aũt & siccũ ignis est, humidum & calidum, aër, frigidũ, et humidũ, aqua, sed siccũ, et frigidũ, terra. Hũc modũ arguẽdi hẽs à philosopho secũdo topicorũ cõ. 19. nõ in cõuenit tamẽ elemẽtis uiolentiã passis in eis qualitatũ remissionem & cũ cõtrario ad mixtionẽ reperiri. Aliam habes rationem ab Arist. 4. cœli tex. cõm. 44. & 2. de generatione. 22. Tantum quatuor sunt motus recti simplices. Ergo tantum quatuor sũt corpora simplicia rectarũ dimensionũ. Argumẽtũ patet ex essentia motus sup naturã mobilis. Probatur antecedens. Tãtum quatuor sunt loca per motus simplices acquisibilia. Ergo, &c. Patet cõsequẽtia, quoniã specificatur motus

Elemẽta 4. esse & nõ plura

à termino ad quem. Antecedens probatur. Duo ſunt loca contraria maxime diſtantia, & duo media: quia tantum quatuor ſunt naturæ ſimplices, quarum quælibet in proprium locum effectiue inclinat: leuitas.n.ſimpliciter in locum ſimpliciter ſurſum inclinat, qui eſt lunæ concauum: leuitas uero ſecundum quid, ſurſum inclinat, ſed in locum ſecundum quid ſurſum, grauitas ſecundum quid, in locum deorſum ſecundum quid inclinat: grauitas uero ſimpliciter, in locum ſimpliciter deorſum inclinat, qui eſt centrum mundi. Circa etiam hoc primum ſuppoſitum uidendum quomodo elementa remaneant in mixto: ſed primo uidendum quæ ſint eorum formæ ſubſtãtiales. Alexander Aphrodiſeus, ut ſibi tribuit Auer. octauo metaph. commẽto quinto, uult, qualitates, ut caliditatem, frig. humid. ſiccitatẽ, eſſe elementorum formas ſubſtantiales. Et huius opinionis uidetur Gal. in primo de elemẽtis ſecundũ Hippo. ubi reprobat dicentes qualitates ipſas ſolas eſſe elementa, non autem corpora ipſis prædita, ut ꝙ ignis non eſt elementum, ſed ſumma caliditas. Dicit Gal. iſti ignorant elementum à principio differre. Item dicit ſumma caliditas ſimplicior eſt igne, et hac innaſcente materiæ primæ ignem facit. Item dicit principium generationis ignis eſt materia ſubiecta uniuerſis elemẽtis qualitatis expers. Item materia iſta ingenita & incorruptibilis

De formis ſubſtantialibus elemẽtorũ.

corruptibilis est : id autem quod generatur in ea & interit qualitas est . Item elementum eiusdem est generis cum elemento : principium autem nõ. Item dicit corpus humanum componi ex partibus singularibus, quæ fiunt ex humoribus, ex cibo & potu, & hæc fiunt ex elementis : elementa autem fiũt ex materia et qualitatibus primis. Igitur principia elementorum non sunt nisi materia & qualitates primæ eorum : Nec loquitur Gal. ut medicus : quoniam ut dicit Auic. prima primi, cum ipse loquitur de elementis, non loquitur ut medicus, sed ut philosophus . Item primo de usu partium cap. 9. & primo de iuuamẽtis membrorũ cap. secundo dixit complexionem esse propriam substantiam & naturam corporis, quod non potest esse si primæ qualitates sint accidentia & nõ substantia . Nec Gal. distinxit complexionẽ ab anima : de natura enim animæ dubitauit quinto de accidenti cap. quinto , & tertio de locis affectis cap. 6. Nec animam intellectiuam distinguit à sensitiua in homine : Ideo intellectum posuit organicum utentem medio cereberi uẽtriculo. Et ꝙ hæc opinio uera sit sic ostenditur . Nam arguit Arist. contra Platonem, in plantis non esse sensum, quoniam in plantis nulla est operatio sensus, sic similiter arguitur . In igne nulla est operatio alterius formæ . Igitur sola qualitas est eius forma . Item uidetur hæc opinio ad mentem Arist. nam secũdo

Complexionẽ nõ distinxit Gale. ab aĩa nec ĩtellectum à sẽsitiua

secundo.

de partibus aĩalium cap.1. ubi ponit tres eße cõpositiones, unam ex elementis &c. inquit melius est dicere, ex uirtutibus elemẽtorum. Virtutes autem sunt qualitates, ut ibi dicit. Tertio sic arguitur. Id quo primo substantia agit est eius forma substantialis: sed qualitate elementũ primo agit: est enim per eam in actu, & per eam generat elementum. Quarto omne principium essentialiter distinguẽdi est principium essendi: sed qualit. primæ essentialiter distinguunt. igitur qualitates primæ sunt principium essendi. Itẽ oẽ id, quo intrinsecæ constituitur species substantiæ est substãtia: sed per cõtrarietates primas intrinsece constituitur species substantiæ: patet per Arist. 2. de generatione tex. cõm. 7. ubi inquit. Manifestum q, non omnes contrarietates corporis species & principia faciunt, sed solum quæ secũdum tactum: causa. n. effectiua & finalis potius ad indiuidua cõparantur, q̃ ad species, sed huiusmodi cõtrarietates ad speciem comparantur. Ideo rationem habent intrinseci principij, & nõ extrinseci. Item id quo posito ponitur elementum, & quo remoto remouetur, est eius forma, Arist. 2. de anima tex. cõm. 8. Sed posita complexione ponitur substantia, & remota, substantia membri remouetur. Igitur complexio est membri forma. Item signum sũptum à complexione est signum sumptum à substantialiter inhærentibus. Sed contra hanc opinionem

Tertio

Quarto.

Quinto.

Sexto.

arguit Auerrois loco citato: quoniam quod est accidens in uno, in nullo est substantia, primo phisicorum textu cõm. 27. sed caliditas est accidens in mixtis. Igitur & in elementis. Secundo ignis est substantia, aut igitur caliditate tantum, aut siccitate tantum, aut utroq;. Si primum, siccitas est in eo accidens, si secundum, caliditas. Si tertium. igitur non est ignis corpus unum simplex. Tertio tunc ad substantiam esset per se motus, quod est contra philosophum primo phisicorum textu cõm. x. Et consequentia patet, quia ad caliditatem est per se motus. Quarto tunc substantia eßet primo tangibilis à tactu inquantum tactus est, quod est contra philosophum secundo de anima textu cõm. 65. Patet consequentia, quoniam caliditas est primum sensibile tactu inquãtũ tactus est. Ad primũ aliqui reflectũt argumẽtũ cõtra Auer. q tenet formas substãtiales elemẽtorũ intẽdi et remitti, sic. Forma substãtialis elemẽti intẽditur, igitur accidit mixto. Sed dicẽdũ, q formæ substãtiales elemẽtorũ intẽduntur et remittuntur, Sed nõ p motum quẽadmodũ qualitates. Pro quo intelligẽdũ, q forma substãtialis dupl'r accipi potest. Vno modo ĩ se, et sic ipsa nõ suscipit magis et minus, et intẽsionem, et remißionem. Et sic dixit Auer. in prædicamẽto subæ, substantiã nõ suscipe magis et minus: quoniã ipsa non prædicat̃ magis de uno indiuiduo q̃ de altero, neq; magis de uno in

Argumẽta Auer.

Secundo.

Tertio.

Formæ substantiales elementorũ intendũtur & remittuntur nõ p motũ quẽadmodũ qualitates.

uno tempore q̃ in alio : quoniam eſſentia conſiſtit in indiuiſibili : quia ipſa dicit certam diſtantiam à non gradu entis, à qua quomodocunq; intendatur uel per intenſionem, uel remisſionẽ, uariatur eſſe ſpecificum. Sed in formis accidentalibus concrete acceptis non ſic eſt : quoniam ipſarum multæ de indiuiduis ſubſtantiæ cum aduerbio magis uel minus prædicantur. Alio modo accipitur *forma ſecundum* ꝙ *eſt in materia.* Et *ſic ſi ipſa recipit magis & minus, hoc eſt ſecundum* ꝙ *eſt in materia.* Diſtinctio *hæc eſt* Auerrois octauo *metaph. com.x.* Non *tamen omnis ſubſtantialis forma recipit magis uel minus, ſed ſolum illa quæ intenſiuam habet quãtitatem, ſecundum quã ſecundum modos eſsendi intenſum & remiſſum uariantur.* Dic *ergo,* ꝙ *materia non dicitur intenſior, quia plus habeat de forma quã prius : quoniã comparatiuum illud non applicatur non habẽte quãtitatem intenſiuam qualem materia non habet, neq; aliqua forma mixti : sed tantum ſubſtãtialis forma elementi quantitatem habet intenſiuam : elementorum enim concreta denominatiua ſecundum magis & minus prædicantur : ut magis aëreum eſt hoc : quia in eo dominantior eſt aër, ex quo modo loquendi non notatur formæ elementalis intenſio, neq; remisſio, ſed dominium illius in mixto maius uel minus, quod dominium q̃titatem elemẽti ſequitur, uel abſolute, uel incõparatione*

q̃uo forma ſubſtantialis r̃cipit magis et minus.

paratione ad alia elementa. Ad secundum dicūt, q̄ non dicitur corpus simplex, quia habeat unam formam tantum: sed quia non est resolubile in aliud corpus. Contra indiuiduum speciei tantum sub una specie continetur. Ergo tantum unā formam substantialem habet: consequētia patet, quoniam si duas formas habet à indiuiduum, ipsum in duabus speciebus est. Patet cōsequētia: quia substantialis forma dat esse specificum. Item aut cali ditate a ignis est in specie ignis, aut non, si sic igitur non indiget illud indiuiduum siccitate ad hoc ut sit ignis. Si non. igitur datum indiuiduum est in duabus speciebus. Item ignis est tantum unius quiditatis. Igitur non multas substantiales formas habet. Patet consequentia, quia forma quiditas est. Et sic multarum formarū indiuiduum erit multarum quiditatum indiuiduum. Et sic ignis erit quid et quid. Ad tertium reflectunt argumētum contra Auer. quoniam formæ substantiales secundum ipsum intenduntur & remittuntur. Sed declaratum est quomodo intenduntur & remittuntur, et q̄ non per motū sicut qualitates. Quod autem complexio nō sit forma substantialis mixti probatur: quoniam tunc grauia elementa in mixto essent infra, & leuia supra: quoniam non esset ibi alia natura alium ordinem requirens, q̄ natura elementaris. Nam complexio est quatuor qualitates primæ determinato modo se habētes.

q̄ cōplexio nō sit forma substantialis mixti.

Secundo tunc anima eſſet ex elementis: quia elementorū formæ in certa nobili proportione congregatæ eſſent anima: cuius oppoſitū uult philoſophus primo de anima textu cōm. 82. et. 3. de anima tex. cōm. 6. Tertio, *quoniā tunc mixtū nō haberet aliquid qđ elemēta inuicē cōtineret.* Et *ſic ipſa diſtraherētur: quoniā grauia deorſum, & leuia ſurſum inclinarētur.* Argumētū *eſt philoſophi 2. de anima tex. cōm. 39. ad probādū nutritionē aut augmētationē non eſſe à natura elemētari.* Diſtin*guatur igitur ex. 2. de anima ſenſus ab intellectu.* Diſtinguatur *& ſecundo ſenſus à complexione, tanq̄ principiū ab inſtrumēto.* Ideo *gloſſat* Cōcil. *differentia. 17. complexio eſt ſubſtātia. i. principiū inſtrumētale operationū.* Iac. Forl. *dicit complexio non eſt forma ſubſtātialis: quia ipſa eſt immediatū principiū operationum: ſed ſubſtantia non,* Deficit Iac. *quoniā ſubſtātia immediate principiat motū localē.* Fiat *igiť ratio de alteratione, quæ mediate à ſubſtātia eſt, immediate uero à qualitate.* Cōplexio *nō eſt materia: qa cōplexio eſt principiū actiuum opationū, materia uero nō, ſed paſſiuum.* Et *ſic cōplexio nō eſt natura proprie.* Cō*plexio nō eſt cōpoſitū: quia ſubſtātia nō īmediate alterat, ſed bene cōplexio.* Et *ē qualitas,* Auic. *prima primi, 2. ſufficiētiæ, 12. aīaliū,* Halyabas *primo theoricæ.* Itē *qualitates primæ ſūt in elemētis ut in ſubiecto et cōplexio in mixto.* Itē *formæ mixti*

nõ sufficienter præparat materiam qualitas prĩ ma, sed bene cõplexio. Ergo ipsa nõ est qualitas prima, sed qualitates primæ. Dicit plusq̃ cõm. Cõplexio ẽ qualitas secũda ĩmediate sequẽs qualitates primas. Dicit Dynus. Cõplexio ẽ qualitas secũda mediate sequẽs qualitates primas: sed ipsa est immediate media duarum contrarietatum, quæ immediate sequuntur qualitates primas, priusq̃ se ad certum gradum deduxerunt. Gentilis, etiam Iac. Forl. dicit. Complexio est media duarũ cõtrarietatum, scilicet calidi, & frigidi, humidi, & sicci: quia tactus sunt plures, secundo de anima cõmento. 108. Non ratione animæ plurificatæ, sed ratione organi, ut patet. Igitur ratione temperamenti, quod est aliud & aliud. Iac. deficit: quoniam diuisio non est sufficiens: sed remanet obiectorum multitudo penes quam uirtus distinguitur. Item media sunt alia, & alia, extremis existentibus alijs & alijs. Ad argumenta in oppositum, quando dicitur. in igne nulla est operatio alterius formæ à qualitate. Hoc negat, patet de ignitione, cuius particulare agens est forma substãtialis et nõ accidentalis, et de motu simplici recto à grauitate et leuitate. Si aũt ignis solũ caliditatẽ produceret, et non igneitatem, oporteret igneitatẽ ab extra uenire. Et sic igneitas inducere tur, et nõ educeretur de potentia materiæ, qđ est in quo Arist. Platonẽ, & Auer. Auicenam depre=

hendit. Ad secundum & tertium, ignis potest ad duos effectus comparari, ad ignẽ productum, & tunc forma substantialis est particulare agens, et principale, & caliditas instrumentale, & ad caliditatem productam, & tunc caliditas est principale, et forma substantialis uniuersale regulans alterationem ad terminatum finem, quãuis caliditas ipsa non habeat esse per se, sed in alio: licet enim natura possit motum localem immediate producere: non tamen ipsa potest qualitatem producere, licet illam possit sibi determinare. Ad quartum elementa considerantur uno modo, ut partes uniuersi. Et sic naturis recte localiter motiuis distinguuntur, quæ sunt differentiæ intrinsecæ & eßentiales elemẽtis. Alio modo, ut miscibilia sũt. Et sic qualitatibus primis distinguuntur: quoniã illæ sunt principia actionis & transmutationis: non autem grauitas & leuitas, nisi remote. Distinctio hæc est Auerrois tertio cœli commento ultimo, & in prohemio quarti cœli. Dic etiã duplicẽ esse distinctionem, essentialem, & accidentalem. Tunc distinctio elementorum per qualitates, est per aliquid quod est accidens, sed non per aliqd quod sit substantia. Ad quintum elementa habẽt definitionẽ in qua intrat qualitas propria illi pro differentia: & sic eßentialiter aliquo modo distinguuntur elementa per qualitates: sed tamen illa differentia est circumlocutiua. Est etiam prin

cipium elementi qualitas licet non intrinsecum, sed extrinsecum, quia effectiuum conseruando uel producendo instrumentaliter, ut Auer. dixit. 3. cœli cōmēto. 67. & 4. cōmēto. 40. Ad aliud negatur maior, patet de proprijs passionibus. Arist. autem consimilem probationem fecit de primo, quo posito ponitur compositum, & quo remoto remouetur, non autem de secūdario, sicut ipsa formatur nunc. Et ideo ponitur membrum primo ad positionem suorum principiorum substantialium, secundo uero positione suorum instrumentorum, cuiusmodi est complexio. Ad ultimum signum à complexione sumitur à substantialiter inhærentibus sanitati uel ægritudini, non autem membro. Modo uidendum de quæsito. An elementa formaliter remaneant in mixto. Et tenendo opinionē Galeni & Alexandri, q̧ qualitates elementorū sint formæ substantiales, facile est soluere quæstionem. Sed difficultas est apud alios tenentes formas substantiales elementorum esse distinctas à qualitatibus. Aliqui enim dicebant elemēta manere in mixto in suo esse integro in substātia et accidentibus quæ sibi naturaliter determināt. Sed istud esse elementorum in actu in mixto, est quod negauit philosophus tertio cœli tex. com. 32. & 2. de generatione textu com. 48. Et reprehenditur hic modus primo de generatiōe tex. cō. 90. quoniam tunc mixtio esset ad sensum tātum quē-

Dubitatio de elemētis An formal'r remaneant ī mixto.

admodum est de pipere & zinzibere tritis et simul permixtis: hæc enim talia sunt admixta, & non uere mixta, & non sunt unum, nisi congregatione, & eorum permixtione: non autem substantialiter: patet consequentia, quoniam minima elementorum sunt positione distincta: non enim se penetrant, & per te suum esse & substantiale, & accidentale integrum seruant. Item arguit ex natura mixti: quoniam tunc non quælibet pars mixti integralis esset mixta, uel una pars partis mixti essentialis esset elementum purum. Et patet consequentia: quia aut forma mixti est de qualibet parte materiæ extracta, & tunc habetur secunda pars, aut non, & tunc habetur prima, etiam habetur forma indiuisibilis, quæ non est intellectus, quod est impossibile apud philosophũ.

Auicenæ opinio de remanentia elemẽtorum in mixto.

Alia est opinio Auic. ut refert Auer. 3. cœli cõ. 67 & ut extrahi potest ex prima primi doctrina de complexionibus, q̄ uult elemẽta manere in mixto in esse integro secundum formas substantiales, et secundum qualitates in esse refracto: nam ut. 6. suæ metha. inquit, si elemẽta nõ remãerẽt, tunc ipsa nõ plus haberent rõnem elemẽti respectu mixti, q̃ unũ elementum respectu alterius, cum in cõuersiõe unius ad aliud, in genito nihil formæ corrupti remaneat. Si igitur ibi remanent, cũ formæ substãtiales nõ recipiãt magis et minus, oportet q̄ ibi sint sub esse actuali cõpleto: cũ aũt nõ poßint

ibi remanere qualitates eorũ sub esse actuali cõpleto: cum secũdum qualitates sint contraria. Habẽt igitur ibi esse refractũ. Et reprehenditur hæc opinio ab Auer. ibi. Quoniã tunc mixtum nõ esset unũ ens substãtial'r et generatio mixti nõ adduceret formã substãtialem. Consequentia probatur. Duæ specificæ formæ substantialiter cõpletæ nõ sunt cõpossibiles in eadẽ numero materia, ex qua extrahuntur. s. forma substantialis mixti & elementi. Si igitur præexistunt formæ elementorum, & permanent, tunc non aduenit forma substantialis mixti. Et sic non remanet materia mixti sub una forma: sed ex pluribus ex quibus, cum sint in actu, non fit una substantia, immo remanent quatuor elementa extra. igitur etiam sequitur q; generatio mixti non adduceret formam substantialem in actum. Sequitur etiam q; mixtum non substantialiter differt ab elementis, sed tantum in accidentibus, quod manifeste est falsum. Item non est possibile formam elementi posse dare indiuiduo elementi esse, nomen, definitionem, operationem, & subsistentiam, & postea ea non uariata substantialiter non amplius dare esse illi non actuabile per ulteriorem substantialem formam. hæ rationes Auerrois contra Auic. sunt fortiores contra prætactam opinionem propter remißionem accidentium, quam concedebat Auic. quæ non tenetur ab

illa. Et ulterius ostendit Auer. q; non possit ibi esse refractio qualitatum, ut imaginatur Auic. quoniam si forma substantialis posset ibi conseruari in sua perfectione cum caliditate remissa, eadem ratione poßet etiam stare sine caliditate: patet consequentia, quia caliditas est eiusdem rationis in suis gradibus. Ergo quãtum est ex parte caliditatis ipsa non est magis ab igneitate inseparabilis in uno gradu, q̃ in altero: nam inquit. si formæ elementorum remanent in composito in suis perfectionibus, contingit, ut in composito sit ignis in actu: ignis enim non est ignis in actu nisi in calore & siccitate quæ sunt in summo. Si autem amittant quandam partem istarum qualitatũ propter mixtionem, & formæ tantum remanent perfectæ: possibile est ut formæ eorum denudentur ab his qualitatibus secundum totum: Idem enim iuditium est partis & totius. Alia est opinio cõmunis, Diui Thomæ, Scoti, Egidij, plusq̃ cõmẽtatoris, & multorũ aliorum, dicentium q; nihil de substantia elementi remanet in mixto, uel elementorum nisi materia prima. Et dicit Thomas de Garbo, q; forma mixti est uera forma simplicissima, & q; nullo modo in ea sunt formæ elementorum, quæ perfectior est formis elementorum, media inter eas, quoniam ei attribuuntur operationes elementorum remissæ. Similiter forma complexionalis est forma simplicissima, sicuti quælibet

Opinio diui Tomæ, Scoti, Egidij, & plusq̃ comẽtatoris.

extremarum

extremarũ qualitatum tenens mediũ earum:quoniam operationes illarum habet remissas ex quo compositum appellatur. Nam inquit, si non esset uera forma simplicissima in essentia, iam contraria, quorum unum uere non est aliud, dicendo: hoc non est hoc, eßent in eodem subiecto, quod uidetur absurdum. De qualitatibus uero dicunt aliqui, ꝙ in mixto non sunt qualitates elementorum: quoniam si non manent elementa, neq; eorum qualitates: sed sunt qualitates quæ fuerunt elementorum: quia remansit subiectũ inhæsionis, scilicet materia. Alij dicunt qualitates mixtorum similes esse qualitatibus elementorum. Dicunt alij uirtus elementi saluatur: quia qualitas secunda, quæ est complexio, quæ uirtute continet qualitates elemẽti saluatur. Alij, saluatur uirtus elementorum: quia forma mixti saluatur quæ uirtualiter perfectionaliter continet formas elementorum. Alij, saluatur uirtus eorum: quia mixtum quod est medium per conuenientiam cum elementis, non per participationem. Sed horum positio defendi non potest, & primo patet ex definitione elemẽti posita tertio cœli tex. com. 3. elementum corporum est ad quod alia corpora diuiduntur intus existens potentia, aut actu indiuisibile in altera specie. Et dicit Auer. tertio cœli elementum est simplicissimum eorum, quæ existunt in composito, Et com. 65. dicit. Est illud in quod ultimo diuiditur res sci-

Elementi definitio.

licet mixtum essentialiter, & primo componitur essentialiter. Conuenit igitur hæc definitio quatuor corporibus simplicibus, ut dicit Auer. in libro canticorum com. 6. Si igitur oppositum tenetur, sequitur elementa non esse elementa: quoniam non conuenit eis elementi definitio: quoniã ipsa nõ manent in illo, quod cõponitur ex illis. Itẽ non est elemẽtum nisi elementati tertio cœli cõm. 21. et. 31. et. 68. quoniã corpora simplicia non sũt cuiuscunq; corporis elementa: non enim aliquod eorum est alterius eorũ elementum: quãuis materia unius remaneat in altero, cum unum in alterum substantialiter transmutatur. Item correlatiuorum altero destructo, alterũ destrui necesse est. Item mouetur mixtum à prædominanti elemento. Ergo elementum est in eo. Itẽ si nõ sunt elemẽta in mixto perit ratio philosophi secũdo de anima tex. cõm. 39. ad probandum animam esse cãm augmẽti. Nam sic arguit, si nõ, elemẽta distraherẽtur: quoniã leuia sursum, et grauia deorsum traherent. Si autẽ ipsa elementa non sunt in mixto, q̃uis anima non augeret, nõ distraherentur elemẽta. Perit et ratio eius secũdo de generatiõe animalium. Si ex qualibet corporis parte, tã similari, q̃ dissimilari, semẽ decideretur. tũc ex elementis ẽt decideretur, & patet consequentiã tenere propter inexistentiã elemẽtorũ ipsi animali. Perit & tertio demonstratio eius secũdo cœli tex. cõ. 22. et

tertio

tertio cœli tex.cõ.68.ad probandũ elemẽta nõ habere determinatã figuram: quoniã aliter non sub quocũq; mixto saluarentur: quoniã in mixtis illis suã figuram non seruarent. Itẽ et quarto perit rõ eius secũdo de anima tex.cõ.52.ubi queritur, propter qd sensus nõ sentiunt elementa animalibus inexistẽtia, Respõdet philosophus, qa sẽsibus qui sũt in potẽtia immediata ad sẽtire defficit mediũ intrinsecũ uel extrinsecum: quoniam sensibile positum supra sensum nullam facit sensationem. Debuisset autem philosophus respondere: quia elemẽta ad mixtionem uenientia corrumpebantur: ideo non sentiuntur in mixto. Est uero opinio Auerrois, qui uult formas substantiales elementorum remanere in mixto non integras, sed ruptas, similiter & qualitates: quoniam remittuntur primę qualitates, ut ex eis fiat complexio. Ergo remittuntur substantiæ elementorum, ut ex eis fiat mixtum: patet consequentia, quoniam elemẽta remanent in mixto, & non in eorum esse substãtiali integro. Ergo remanẽt in eorũ esse substãtiali rupto, argumentũ est Auer. tertio cœli. 67. Pro quo nota primo, q, elementis aduenit duplex ruptura, Vna per diuisionem eius in partes quãtitatiuas, quæ tritura appellatur, & hæc pro mixtione est necessaria. Et non sufficit elementorũ diuisio in magnas partes: sed oportet, q, ad minima diuidantur, & q, plurimum unius tangat

Auerrois opinio.

Duplex ruptura ĩ elemẽtis.

Non omnis elemẽtorũ ruptura suffi cit ad mixtionẽ facienda.

minimum alterius: sed hæc ruttura non sufficit ad mixtionem faciendã: dixit enim philosophus primo de generatione.86. Neque secundum parua saluata oportet quæ miscentur dicere mixta esse: compositio enim erit. & non mixtio, tunc enim contigeret, q̃ non à qualibet parte carnis generarentur ignis & aqua. Alia est ruptura p alterationem, quæ est uariatio in forma substantiali uel accidentali: contraria enim iuxta se posita sine impedimento agunt rumpendo suas qualitates, ad quarum rupturam formæ elementorũ substantiales etiam remittuntur: hoc uoluit philosophus secundo de generatione.48.dicens. Quæ miscentur corrumpunt intentiones .i. formas ab eis intentas ad inuicem: tunc neq; materia erit, neque illorum contrariorum actu simpliciter, sed medium. Item si aër exẽpli gratia calefieri habet in hora: tunc in medietate horæ maior erit illius leuitas q̃ prius. ergo ignis leuitas magis recipit, & minus. Sunt autem grauitas & leuitas elemẽtorum formæ substantiales, ut dixit Auer. tertio cœli.17.in fine, & in prologo quarti cœli, & in com.primo eiusdem quarti, & dicuntur naturæ dixit in com.secundo: natura autem omnis substãtia est secundo physicorũ tex.com.quarti, & primo cœli cõm.17.& dicit primo cœli.17.Grauitas est natura, quæ est forma ex qua procedit descẽsus. Item secundo de anima com.108.graue & leue sunt

Leuitas, et grauitas formæ substãtialis elementorum.

ue sunt

ue ſunt in prædicamēto ſubſtātiæ, et quarto cœli com. 20. in fine. Impoſſibile eſt ponere grauitatē & leuitatem ſub accidente: Aliquādo tamen grauitas & leuitas ſumuntur pro grauitatione, & leuitatione, iuxta id Auer. quarto cœli com. 29. Grauitas & leuitas quas habent elementa in ſuis locis non eſt niſi uelocitas motus ad ſuperius & ad inferius ab eo qui facit uiolentiā. Et ſic iſto modo grauitas & leuitas eſt operatio formæ ſubſtantialis & motus. Nota ſecundo, q quia elementa in mixto non dant eſſe nomen, & definitionem ipſi mixto, dixit Ariſt. tertio cœli. 32. & ſecundo de generatione. 48. illa eſſe in mixto in potētia: quia ab actu ſumuntur, nomen, eſſe, & definitio ſecūdo philo. tex. com. 11. Idem dixit Auer. primo de generatione com. 90. et primo canticorū com. 56. & quia per eſſe elementa in potentia in mixto poterat intelligi, q ſolum materia elementi maneret in mixto: ideo dixit elementa manere in mixto uirtualiter, quod materiæ non conuenit, & quia per uirtutem elementi poterat intelligi non ſubſtantia elementi, sed aliud, ut ſupradictum eſt, q̄uis elementum eſſet totaliter corruptum, dixit Auer. q hoc eſſe uirtualiter eſt forma elementi remiſſa. ſunt igitur elementa in mixto in potentia oppoſita actui integro, & in actu remiſſo. Sed contra hanc Auerrois poſitiōem obijciunt primo, quoniā ponit formas ſubſtantiales elementorum habere

Grauitas et leuitas prograuitatiōe et leuitatione, ē opatio formæ ſubalis, & motus

Qūo elementa dicūtur ēē in mixto in potentia et uirtualiter.

contrariũ,qđ est cõtra Arist. in prædicamẽtis, et patet cõsequẽtia, quoniã cã magis et minus est ad

Secundo. mixtio cõtrarij.5.phy.tex. cõ.19. Secũdo seq̃t ad subam ẽẽ motũ,cõtra philosophũ.5.phys.tex.cõ. 10.patet cõsequentia,ex successiua acq̃sitiõe ul' ꝑditione formæ subalis. Tertio sibi cõtradicit,q̃a.

Tertio. 5.physi.tex.cõ.21.dicit,q̃ ĩ generatiõe nõ est ꝑfectio diminuta de genere eius ad qđ est motus, q̃a forma est indiuisibilis. Quarto põit formas ele-

Quarto. mẽtorũ medias inter subam et accidens,qđ est inter cõtradictoria dare mediũ.s.iter eſse ĩ subiecto et nõ eſse ĩ subiecto. Quinto seq̃tur formã mixti

Quinto. esse accidẽs:quia aduẽit materiæ informatæ forma elemẽti,et quælibet forma q̃tũcũq; imꝑfecta

Sexto. dat m̃riæ esse simpl'r. Sexto tunc non sufficit pro forma mixti extra hẽda præparatio qualitatiua aut q̃titatiua,sed requiritur substãtialis ꝑ formas elemẽtares,& sic in minimo elemẽti inexistenti mixto erunt duæ aut plures formæ elementorũ, quod est impossibile,patet consequẽtia:quia in minimo elemẽti existit forma mixti:quia đ qualibet parte materiæ minimi elemẽti educta est forma

Septimo. mixti,& quãlibet partẽ illius informat. Septimo hæc positio destruit naturam formæ:quia conuertit illam in naturam materiæ,quia ponit duplex esse simpliciter, scilicet actuale, & potentiale.

Octauo. Octauo subiectum generationis est ens in potẽtia primo physi.cõ.54. et primo de generatiõe tex.cõ.10.ergo formæ elemẽtorũ non manent in mixto,cõsequẽtia patet,quoniã generabile ẽ mix

tũ,cuius generationis subiectũ debet eſse ens in potẽtia,et nõ ens in actu p formas elemẽtorũ. Nono seqtur,q, agens generatiuum elemẽti aproximatũ mixto subdominanti nõ generaret ex illo elementũ.consequens est cõtra expientiã:patet cõsequẽtia,qa elemẽtũ ibi præexiſtit. Decimo tũc generatio unius nõ erit alterius corruptio: mixtũ enim generatur,et tamẽ in eius generatiõe nõ corrũpunt elemẽta. Vndecimo tũc ĩ trãsmutatione subali maneret aliqđ sẽsibl'e,ut subm,cuius oppositum dix. Ari.1.de generatione tex.23. cõseq.probat,qm̃ uult ipse Auer.1.physi.cõ. 82. elementa. ẽẽ mr̃ias secundas mixtorũ, et mr̃iã secundam remaner, ut subm ĩ trãsmutatiõe,qm̃ ex ipsa p se fit mixtũ.Dic ad pri.q, subas cõtrariari secũdum formã ẽ dupl'r. Intrinsece cõtrarietate fundata sup forma,et sic cõceſsit Alex.Aphro.cõtrarietatẽ ĩ formis elementorum,qa uoluit caliditatẽ eſse formam sublẽ ignis,et repræhẽditur ab Auer. 1. physi.cõ.52.et extrinsece cõtrarietate fundata sup qualitatib. Et sic formas cõtrariari cõcedit Auer.Dix.ẽt Aue.5.phy.cõ.10. cãæ cõtrariorum sũt cõtrariæ extrinseca denoĩatiõe sũpta ab effectib.sed in trinseca denoĩatiõe sũt,aut cõtraria, aut dispata,sũt ãt formæ elementorum dispatæ. Ad Secundum negatur cõseq. quia motus proprie est in subo ente in actu, mutatio autem qua crescit aut decrescit elemẽ. est in subo ente in potentia. Etiã motus est de subo in subiectũ.5.physic.

Nono. Decimo. Vndecimo. Quomodo cõceſsit Auer. forãs elemẽto. cõtrariari. Mot.proprie ẽ in subiecto ente ĩ actu, et mutatio qua crescit elemẽtũ aut decrescit est ĩ subo ente ĩ potentia.

tex.com.8.Sed mutatio intensiua formæ elementi est de non subiecto, quia est ex materia prima. Ad tertium, generatio simpliciter est duplex, cõpleta, & incompleta, cõpleta generatio est, qua res incipit esse, sed incompleta est, qua res non incipiens esse incipit esse in tanto uel tanto gradu. in generatione completa non est actus fluens scilicet imperfectus: differunt enim fluxus ab esse, & fluxus à non esse, generatio completa est fluxus à non esse, sed simpliciter incompleta est actus fluens & ab ipso esse. Differunt etiam istæ generationes, quia completa subita est, saltem cũ generatur minimũ: Et propter hoc dixit Auerrois ibi, formam esse indiuisibilem, non quia forma nõ habeat gradus: quia inter substantiales formas forma elementi habet eos: sed quia in sua cõpleta generatione non habet successionem per eos, aut in ea non sunt gradus. Ad quartum Auer. nõ dat medium inter substantiam et accidens: sed inter formam perfectam, & accidens, & tunc medium est forma imperfecta, quæ conuenit cũ forma substantiali perfecta, quia dat esse simpliciter, & cum qualitate, quia ipsa habet gradus. Ad quintum negatur consequentia, & ad probationem, esse simpliciter est dupliciter: proprie, & est cũ de toto aut parte quãtitatiua uerificatur prædicatum sumptum à forma dante esse, & sic ignis ante aduentum formæ mixti habet esse simpliciter

Generatio simpliciter duplex, cõpleta, & incõpleta.

forma elementi gradus habet

Inter formã pfectã & accidẽs dat Gal. medium.

citer

citer, quia demonstrato eius indiuiduo, hæc eſt uera: hoc eſt ignis. Alio modo improprie, & eſt cũ de toto, aut parte quãtitatiua non uerificatur id prædicatum per hoc uerbum eſt, ſed per hoc uerbum inexiſtit: unde demonſtrata illa parte ſaltẽ ad intellectũ, de qua prius uerificabatur ignis, & poſt non uerificatur, per aduẽtum formæ mixti de illa uerificatur, huic inexiſtit ignis, quoniã ignis eſt pars partis eſſentialis mixti. Forma igitur adueniens materiæ habẽti eſſe ſimpliciter primo modo eſt accidens: sed ſi materia non habet eſſe ſimpliciter primo modo, sed bene ſecundo modo, non oportet formam illi materiæ aduenientẽ eſſe accidens. Et ſic forma mixti non eſt accidẽs. Et ſic dicas, q͙ per eandem reſponſionem & eandem diſtinctionẽ ſoluitur ratio Auer. cõtra Auic. dicentem formæ corporeitatis ſuperuenire formam ſpecificam, contra quem Auer. infert, q͙ forma ſpecifica eſſet accidens. Dicendum q͙ Auice. ponebat corporeitatem cui non adueniebat remiſſio. Etiam uolebat Auic. nullam formam ſubſtantialem remitti: Et uolebat corporeitatẽ eſſe æternã, & ſi poſuiſſet eam remitti, poſuiſſet eam corruptibilem. Ideo cõtra Auic. procedit argumẽtum ſpecifica forma aduenit materiæ informatæ forma, quæ non remittitur, neq; deſinit eſſe. ergo forma ſpecifica eſt accidens: sed non contra Auer. quoniam forma mixti aduenit materiæ informa-

Auic. opinio ꝺ corporeitate

tæ forma elemēti quæ est in esse remisso: sic q, illa nō simpl'r actuat, sed relinquit subiectū possibile actuari simpl'r p formam mixti. Sed contra dices, licet Auer. & Auic. differāt, quia Auic. uult formas induci, & Auer. uult eas educi, & Auice. non ponat corporeitatem remitti, & Auer. ponat formam elementi remitti, adhuc corporeitas non simpliciter actuat materiam, neq; actuare potest: sed sēper compositum ex materia & forma corporeitatis est inexistens habenti formam specificam, sicut pars illius essentialis. Ergo omnino consequentia Auerrois contra Auic. non ualet, & si ualet, euidentius ualet contra Auer. quia forma elementi aliquando substantialiter & simpliciter actuauit, ubi nunq̄ forma generica simpliciter actuauit apud Auic. Dicitur, q, fundamētum Auer. est formarum remissibilitas: quoniam aliter saluari non potest formam unam posse reponere in esse specifico indiuiduum in actu, & eadem remanente extrahi aliam formam ex eadem materia, qua aliud indiuiduum actu habet esse specificum determinatum: hæc enim eße formarū remissibilium proprietas posse scilicet actuare materiam cum ipsæ integræ sint, cū uero ruptæ sint, posse expectare actum ulteriorem materiei earū perfectiuum, quod formis non remissibilibus repugnat: modo hac uia non potuit Auice. euadere: quia eße substantiale datum à forma corpo-

Nota argumētū.

Fundamētū Auer.

reitatis remanet in se inuariatum dum aduenit forma specifica apud ipsum. Ad sextum dicunt aliqui, formas elementorum existere in qualibet parte materiæ adequate: ut forma ignis & aquæ sunt simul in eadem materia adequate, ad hoc ut quælibet pars mixti quantitatiua mixta sit, & dari possit mixtum uniforme, tam substantialiter, quã quãtitatiue, q̃uis elementa sint actualiter in mixto. Sed ex ista responsione multa sequuntur impossibilia, ut q; sub tam modica materia, quanta est minimi, posset forma terræ existere, Et plura corpora esse in eodem loco adequate, scilicet quattuor elementa, & naturaliter contraria esse simul: quia ad formas elementorum naturaliter sequuntur qualitates primæ intensæ in gradibus, in quibus naturaliter sunt incompossibiles, Et formas elementorum se penetrare, Et unum elementum materiam alterius elementi ad sui naturam conuertere, & tamen nihil corrumpere, patet: quoniam unum elementum, dum fit mixtio, producit suam formam in materia alterius elementi, à qua non expellit præexistentem formam elementi. etiam ad multa alia inconuenientia deduci posset. Dicendum igitur formas elementorum determinatas partes materiæ diuersas formare, sic q; in mixto materia minimi ignis formam mixti recipit secundũ partem, non secundũ totum, &

nullius elementi formam recipit: sed formæ elementorum materiam præparant ad formã mixti: nõ autem generaliter præparant quatuor elemẽtorum formæ cuilibet parti minimi mixti, Et sic conceditur q, tota forma substantialis mixti maiorem substantialem præparationem requirit q̃ certa eius formæ pars. Ad septimum duplex est actus existendi scilicet, & inexistẽdi: Ruptio adueniens formæ substantiali tollit actum existẽdi: quia nõ amplius sensus dicit, hoc est ignis exẽpli gratia. Sed non tollit ruptio talis actum inexistẽdi, qa uere potest intellectus dicere, mixto inexistit ignis, & sic non reuertitur forma in puram potentiam: quia adhuc est ibi actualitas inexistẽtiæ: licet uersus naturam potentiæ reducatur forma p rupturã aliquid actualitatis abijcientem. Ad octauum Respondet Auer. 3. cœli cõ. 67. principium uniuersale generationis & materiale oportet esse puram potentiam & omnem actum excludere, Sed in mixtorum generationibus materia nõ sic omnem actum excludit, sed actum sibi dantem esse specificum, cuiusmodi non sunt formæ elemẽtorum in mixto. Ad nonũ dic, q, in casu agens intendit formam elementi, donec illam ducat ad esse actuale, & tunc forma mixti corrumpitur, & tunc agente super totam materiam dominante, aliam in sui naturam conuertit. Si autem non dominatur, soluta ligatura, reintegrantur elemẽta

Formato ta substãtialis mixti maiorẽ substãtialẽ præparatiõem reqrit, q̃ certa eius formæ pars

& in eorum loca naturalia abeunt absente impedimento, et istud resolutio mixti appellatur. Ad decimũ duplex est corruptio. Totalis, & est qua aliquid desinit esse. Partialis & secundum quid, & est qua desinit res esse, sed nõ totaliter. Tunc elementa ad mixtionem nõ simpliciter corrumpuntur, quia eorum formæ, & etiam materia in mixto manent, sed corrumpuntur secundũ quid, quia illa minima elementorum si essent diuisa & separata durare non possent, quoniam eorum formis aduenit tanta ruptura, q̃ illæ earum materias actuare non possunt. Cum igitur dixit Aristo. generationem unius esse corruptionem alterius, intellexit ad minus oportere unum corrumpi complete uel incomplete. Similiter in resolutione mixti in elementa corrumpitur mixtum et generatur elementum, non tamen simpliciter generatur, quia præfuit in esse remisso, sed generatur secundum quid: quoniam incipit forma elementi complete actuare posse materiam, quam prius actuare complete non poterat, sed incomplete actuabat. Dicendum etiam, q̃ generatio comparari potest ad terminum generationis à quo, & ad quem, & sic generatio & corruptio non opponuntur, immo sunt idem: quoniam generatio termini ad quem, est corruptio termini à quo, & de termino à quo intelligitur priuatiuo. Potest etiam generatio cõparari ad termi um à quo positiuum comitantem

qũo generatio & corruptio opponũtur, & qũo non.

terminum priuatiuum, ut in generatione hominis ad ſanguinem menſtruum uel embrionem, & tũc generatio & corruptio ſe comitãtur, aut una ſuccedit alteri. Opponuntur autẽ generatio, & corruptio, cum terminus à quo unius eſt terminus ad quem alterius, & etiam terminus ad quem unius eſt terminus à quo alterius, & ſic unum non eſt alterum. In nutricatione autem hominis generatur pars hominis per inceptionem partis cogitatiuæ, & corrumpitur forma cibi ut ſanguinis, aut cambij: à philoſophis enim diſcordant medici ponentes ſanguinem ulteriorem tranſmutationem pati antequam nutriat, ut in humiditatem cambialem. In corruptione uero hominis cogitatiua deſinit eſſe, & cadaueritas incipit. Quod ſi generatio ſit forma nunc primo exiſtens in materia, tunc illa eſt corruptio priuationis oppoſitæ illi formæ: quia præſentia formæ eſt abſentia priuationis eiuſdem formæ, & conſequenter eſt abſentia formæ incompoſſibilis præſentiæ illius formæ. Generaliter igitur uerum eſt, q generatio eſt corruptio, ſic intelligendo, q generatio termini ad quem eſt corruptio termini à quo, & ſic generatio & corruptio ſunt idem re, & differunt ſecundum eſſe, ſeu ratione. Ad undecimum dicunt aliqui, uoluit philoſophus generationem nullum ſenſibile ſibi denominare: quia ſi ſic, tunc in omni ſubſtantiali trãſ-

In nutricatiõe hominis generat̃ ps hoĩs per inceptiõẽ ptis cogitatiuæ, et corrũpit̃ forma sãguinis aut cambij.

Quomodo generatio & corruptio sunt idẽ re.

mutatione oporteret aliquid sensibile manere, quod non est uerum: quoniam licet in generatione mixtorum sensibile remaneret, & etiam in generatione simplicium simbolorum, non tamen remanet in generatione simplicium non simbolorum: sed hæc responsio non est secundum uerba textus. Philosophus ibi ponit differentiam inter generationem & alterationem, Et dicit alteratio est quando manente subiecto sensibili ente transmutatur in contrarijs entibus, aut medijs, ut corpus quod sanum est & rursus laborat manẽs idem. Et cuprum quandoque est rotundum, quandoq; angulare manens idem: sed quando totum transmutatur non manente aliquo sensibili ut subiecto eodem, transmutatio est substantialis, & ita exponit Auerrois dicens, trãsmutatum in substantia est, cum nihil in actu remanet ex illo, ex quo est transmutatio, quod sit subiectum illius rei quæ ex eo fit essentialiter, & non accidentaliter, uerbi gratia, ut cum sperma transmutatur et fit sanguis secundum totum: aut aër transmutatur secundum totum, & fit aqua. Et ideo stat argumẽtum. In generatione mixti remanẽt elementa quæ sunt subiectum, ex quo per se fit mixtũ, igitur nõ est uerum q, in substantiali transmutatione nihil in actu remãeat ex illo ex quo est transmutatio. Melius igitur est dicere, q, ruptura in elemẽtis tollit actũ existẽdi: quoniã nõ amplius sensus attin-

Quõ intelligit. i substãtiali transmutatiõe nõ mãet aliqd sensibile, ut subiectũ.

git ad dicēdum, hoc eſt ignis exēpli gratia, & ſic in generatione mixti non remanet aliquod ſenſibile ſeu in actu ut ſubiectū. Quod ſi dicas in trāſmutatione aëris ex aqua, aut ignis ex aëre, materia manens ſub qualitate ſimbola eſt ſenſibilis, & remanet ut ſubiectum. Dicitur, q̃ materia in eo q̃ ſenſibilis non eſt ſubiectum, neq; in eo q̃ ſubiectū eſt ſenſibilis: ipſa enim præcedit tempore qualitatem ſimbolam. Deinde Gal. in ſecundo ſuppoſito dicit ægritudines primas fieri ex intemperie quatuor primarū qualitatū ex quarū numero febris eſt una: nam in nobis triplex eſt compoſitio, in de morborum differentijs cap. 3. ſcilicet ſimilarium partium ex elementis, organicorum ex ſimilaribus, & totius corporis ex organicis, & in primis conſiſtit natura complexionalis, & in ſecundis natura organica: Et quia natura complexionalis eſt cauſa organicæ, ideo ægritudines ei attributæ dicuntur primæ. Et uidetur innuere febrem eſſe ſolum intemperiem ſimplicem calidam, cum ſubdit. ex quibus una febris exiſtit, quoties calor quidā præter naturam in corde extiterit: ſed de hoc dictum eſt ſatis. An autem dari poſſit cōplexio ſimplex excedens tēperamentum in una ſola qualitate, tenet Auer. q̃ non, ſecūdo colliget cap. primo & ultimo: quoniam menſuræ duæ qualitatum actiuarum ſequuntur ex mēſuris duabus qualitatum paßiuarum, quia formæ propriæ habent

In nobis triplex cōpoſitio

Quarē ægritudines in cōplexione dicuntur primæ.

An dari poßit cōplexio sīplex, in una ſola qualitate excedens tēpamentum

materias

materias proprias sub eis, qualitates autem actiuæ tenẽt locum formæ: paßiuæ uero locum materiæ. Secundo arguunt alij. Complexiones ad hoc sunt, ut seruiãt uirtutibus naturalibus, sunt enim instrumenta uirtutum naturalium: sed nulla earũ quicquam agit cum complexione simplici, immo attractiua per calidum & siccum, expulsiua per frigidum & humidum, retentiua per frigidum et siccum, digestiua per calidum & humidum. Similiter nutritiua augumentatiua & generatiua. Itẽ nulla complexio hominis æqualiter habet de elementis humidis & siccis, neque æqualiter de calidis & frigidis. Ergo nulla complexio est æqualis in aliqua, assumptum patet, quoniam omnis homo est terreus à dominio, plus habens de terra, quam de omnibus alijs elementis. Oppositum tenet Gal. primo de temperamentis, & Auic. prima prmi, q dant in spetie hominis complexionẽ temperatam, & quatuor distemperatas compositas, & quatuor simplices: sic enim arguit Gal. calidum stat cum sicco excedenti, ut in complexione calida & sicca, & calidum stat cum humido excedenti, ut in complexione calida & humida. Igitur potest stare cum temperamento humidi & sicci: patet consequentia, quoniam ex quo stat cum extremis, potest stare multo magis cum medijs: cũ mediũ plus appropinquetur calido, excedẽti, quã humidũ distemperatũ, cum quo ponitur cali-

Secundo

Tertio.

dũ ſtare. Et ſimiliter ratio formari poteſt de frigido, humido, & ſicco. Intelligendũ q, per æquale ad pondus intelligit Gal. illud in quo eſt æqualiter de multitudine graduum qualitatum contrariarum ſiue gradus iſti ſint in mixtione æque potentes, ſiue non, & hoc non negaret Auer. poſſe inueniri, ut patet in alteratione ſumme calidi ad sũme frigidum, & in æquali comixtione, ut fecit Gal. loco citato. Et hoc conceßit inueniri in cuti temperati hominis, ſimiliter & Auic. prima primi, ubi dicit de cuti. Et fortaſſe caliditas uenarũ & ſanguinis & aliorum frigiditates in ea æquantur. Gal. ergo primo de temperamentis cap. ultimo, & ſecundo cap. primo dat æquale ad quod omnia comparantur, habens tantum de caliditate quantum de frigiditate & humiditate & ſiccitate: quoniam quid quid dicitur calidũ aut frigidũ, dicitur in comparatione huius, quod dicitur æquale in uniuerſa ſubſtãtia : & hoc eſt æquale pondrale, quod uult dari in cute uolæ manus hominis temperatißimi & precipue in extremitate digitorum. Et hoc æquale eſſe probat Gal. ratione, & experimento, quoniam cutim uolæ manus noſtræ fecit organum & regulam ſenſus tactus, organũ autem quo debemus iudicare extremas qualitates, debet eße uere mediũ in uniuerſa ſubſtãtia, ad quod quelibet res mundi comparatur. Experimẽto patet, quoniam ſi æqualiter miſceantur, extreme

q̃d equale in uniuerſa ſubſtãtia.

me frigida, & extreme calida, ut aqua feruens et glacies aut nix, fit medium inter calidum & frigidum. Similiter si aquæ & pulueris partes equales misceantur, fiet medium inter duritiem et mollitiem. Tunc dicit Gal. si tangas hoc mixtũ æquale, habebis ex eo cognitionem rei mediæ in uniuersa substãtia inter calidum & frigidum, humidum & siccum. Postea si tangas alios uidebis quosdam calidiores, & frigidiores, quosdam humidiores, & quosdam sicciores respectu huius: & si tangas cutim temperati hominis, uidebis talẽ æqualitatem in calido & frigido, humido & sicco. Vult quoque Gal. q̃ in quacũq; spetie sit inuenire unã complexionem æqualem, que non est æqualis põderalis in uniuersa substãtia, sed est media in spetie illa, ut in spetie canis, & hæc uocatur complexio æqualis quo ad iustitiam. Et hæc cognoscitur, inquit Gal. ex operationibus, quæ ipsũ animal cõsequuntur, nam homini decens est ut sit sapientißimus, cani ut sit humilißimus, Leoni ut sit fortißimus, & oui ut sit mitißima. Et sic homo ille erit æqualis quo ad iustitiam, qui omnium est sapientißimus, & in spetie canis, ille est æqualis, qui est fortißimus & humilißimus, in spetie leonis, qui est fortissimus, & in spetie ouis, que est miteßima. Notat tamẽ Gal. q̃ hæc mixtio, quefit à nobis nõ est mixtio uere æqualter secundũ se, sed solũ secundũ sensum: quoniam hanc solus Deus potest fa

Equale quo ad iustitiam quid.

cere. Et ideo quia Deus cutem uolæ manus homi
nis temperati uere mediam creauit inter omnes
extremitates ſcilicet inter calidum & frigidum,
durũ & molle. Ipſa uere æqualis in uniuerſa ſub
ſtãtia erit. Sed dices ex fundamento Auer. impo
ſibile eſt fieri unum ex contrarijs in determinata
ſpetie, niſi alterum uincat & habeat rationem for
mæ. Dici poteſt primo hoc fieri à qualitatibus
elementorum in gradu æqualibus, & ab una in
uirtute dominãte ſcilicet caliditate. Dici poteſt et
aliter, ꝙ dictum Auer. ueritatem habet in mi=
xtis non animatis, modo in cuti eſt ipſa anima, à
qua habet eſſe in determinata ſpetie, & non à
forma dominãtis elementi. Ad argumentũ Auer.
dic ꝙ qualitates pasſiuæ ſe habent modo materiæ
ad actiuas, sed non taliter ꝙ actiuæ ſibi determi=
nent paſsiuas cum tali preciſione & adequatione,
ꝙ actiua intẽdi non poſsit, paſsiua remiſſa uel per
ſiſtente in ſuo gradu. Ad ſecundum uirtutes natu
rales agunt cum naturali calore coaſiſtentibus ei
tribus alijs qualitatibus magis & minus ſecundũ
uarietatẽ ſuorum effectuũ. Ad tertium negatur
argumentum, quoniam ſi per dominium membro
rum frigidorum corpus hominis recederet ab
æquali, illa poſunt calefieri, et econtra: nam toti
naturali complexioni conſideratæ ex coalterna=
tione partium etherogeni poteſt correſpondere
in uno conſimili complexio conſimilis, ſecundum
Gal

Gal. primo de temperamentis, & Auic. prima primi ubi posuit ꝗ qualis est complexio resultās ex coalternatione partium, talis est complexio similis ut cutis. Postea cum inquit.

TEX.

PRAEVENIVNT autem omniū febrium constitutionem non nullæ causæ omnibus manifestæ, de quibus paulo ante docuimus, ex quarum obseruatione Empiricus quidem medicus ad curationem non nihil iuuatur. Rationalis vero ad ipsam rei naturam accedens, per indicationes ab illa in futurorum præsensionem atque inuentionem curationis, iuuatur: vtēs omnibus quidem experientia ipsa inuentis, adiiciens autem ipsis multa ex docendi via rationali. Quæ ergo sint per vtranque partem inuēta (experimentum intelligo ac rationē) alio loco docuimus. Lau.

PRAEINCEPERE autem in omnium febrium cōstitutione causas, quæ ab omnibus manifeste noscuntur, quas etiam antea commemorauimus, in quibus medici, qui se ab experientia Empiricos vocāt, ex obseruatione ad curationem aliquid ꝓficiunt. Rationales autem ad ipsius rei naturam uenientes, quum indicationibus utātur ad prænoscendi futura, atq; ad curatio Leonic

nis iuuantur inuentionem, neq; eorũ usum p̃termittunt, que ex experientia fuerint inuenta, sed multa ex rationali doctrina illis adiungunt. Quæ nam vero sint quæ utraq; inueniantur uia, experientia scilicet ac ratione, alibi est à nobis demonstratum.

COMMEN. 15.

OSTENDIT *diferẽtiam inter medicos* Em*piricos & rationales ex cognitione causarum quæ preueniunt ante febrium constitutionem & omnibus sunt manifestæ, dicens q, ex obseruatione harum causarum* Empiricus medicus *ad curationem aliquid iuuatur.* Rationalis *uero ad ipsam naturam rei idest infirmi accedens, per inditia ab illa scilicet naturæ cognitione in futurorũ præsentionem, atq; inuentionem curationis iuuatur, utens omnibus experientia inuentis, & adijciens ipsis multa ex docendi uia rationali: deinde remittit nos ad librum de sectis dicens.* Quæ *uero inueniuntur per utranq; partem scilicet experientiam & rationem, alio loco docuimus.* Per *causas præuenientes omnibus manifestas, intelligit* Gal. *non solum primitiuas, sed etiam alias de quibus non est occultum q, sunt causa febris, sicut est plethora, de quibus supra.* Nota *secundo, q, rationalis medicus ex cognitione naturæ infirmi iuuatur non solum in futurorum præsentionem, sed & inuentionem curationis: quia infirmi comple-*

Rationa*lis* Medi*cus ex cognitione*

xio

xio est unum à quo summitur intentio curatiua, nono methodi cap. 14. hanc enim debet medicus cognoscere, ne calefaciendo uel frigefaciendo corpus extra suum naturale temperamentum reduceretur, nam cognitio naturalis temperamenti corporis facit coniecturari quamtitatẽ discessus eius à temperamento suo, ut si corpus sit calidum, & morbus frigidus, innuit magnitudinem discessus à dispositione naturali. Si autem sit morbus calidus, innuit paruitatem discessus. Et ex hoc dat cognitionem electionis quantitatis, & graduum medicinæ. Ideo Gal. primo medendi cap. 2. Morbi non commode curantur, si corporis uniuersi natura ignoretur. Et. 12. cap. 4. Ante omnia considerandum est, qualis nam ægrotantis natura sit. Nota tertio q, rationales medici rationem cum experientia coniungunt: quoniam ratio de agendis certificari non potest nisi experimento consequatur. Vnde secundo de ratione uictus acutorum undecimo dicit Gal. impleuritide, quando materia deorsum tendit exibendum est pharmacum, si uero ascendat, sanguis mittẽdus, & hoc ex ratione Hyppo. prima aphorismorum. Que ducere oportet, quo maxime natura uergit, eo ducere. Et ita in pleuritide cum dolor descendit ratio dictat, q, exibendum est pharmacum, tamen nõ es certus de hoc, nisi prius expertus sis in multis, nam dicet aliquis, si tu exibeas pharmacum do

nature ĩ firmi iuuatur in futurorũ presẽtionem. & ĩ curationis inuẽtionẽ.

Quare Rationales medici cũ experiẽtia rationẽ iũgũt.

lore descendente in pleuritide, quia materia fluit deorsum, erit periculum, ne attrahatur ad locum læsum plus de materia, quam ex pharmaco resolui poßit, & maius fiat nocumentum, quam iuuamentum. Et ita ubicūq; potest esse iuuamentū & nocumentum, ibi non potest certitudo haberi, nisi experimento cum ratione addito. Nec dictum Hyppo. de emißione sanguinis in pleuritide est dictum sola ratione, immo credendum est ipsum coniunxisse rationem cum experimento. Et ideo semper preceptis Hyppo. & Gal. credendum tanquā approbatis ratione et experimēto. Et ideo dicebat Gal. in primo de ratione uictus decimotertio, q̀ longe maior certitudo de quæstionibus medicinalibus habetur, quam de physicis: quoniā medicina est habitus docens recte agere, & ad recte agendum requiritur ratio & experimentum. Et ideo ut perfecte medicinam sciamus, opus est q̀ ratio iungatur experimento: quoniam ratio de se semper est ambigua. Et propterea dixit Hyp. in principio aphorismorum. Iuditium, quod est ratio de agēdis esse difficile, immo ut dicit Gal. adeo est difficile, quod ad hoc usq; temporis est dubiū. Sed hic dubitatur. Cui nam magis credendum, an medico ualde experto sine ratione, an rationali sine experimento, Siquis enim habeat utrumq; non est dubium, q̀ erit optimus omnium, sed queritur cui magis confidendum. An habenti rationem

Vbicumq; pōt ēē iuuamentū & nocumētū, ibi nō po test certituto haberi nisi expimento cū ratione addito.

Semper p̄ceptis Hyppo. & Gal. credēdū tāq̄ Ratione & expimēto approbatis.

ſolam ſine experientia. An habenti experimentum ſine ratione. Ariſt. primo Metaph. in prohemio dicit, q; in agendis plus ualet homo, qui habet experimentum ſine ratione, quam habens rationẽ ſine experimento, & hoc, quoniam experimentũ eſt circa ſingularia, ratio uero circa uniuerſalia: sed ſingularia conſiderare eſt magis proprium operis & artis. Ideo magis credendum in agendis artifici experto ſine ratione, quam rationali ſine experimẽto. Oppoſitũ huius uidetur dicere Gal. in primo de diebus creticis. 11. ubi dicit, q; ſi quis uelit recte pronoſticari dies criſis, oportet uerſari in libris Hyppo. & poſtea adeſſe multis infirmis. Sed melius inter iſta eſt uidiſſe Hyppocratẽ. Et ideo magis, inquit, confidendũ eſt in hoc illi q recte uiderit Hyppo. quã qui quottidie fuerit uerſatus cum infirmis, & nullam habeat rationem. Idẽ uidetur dicere Raſis quarto ad Almanſorẽ cap. ultimo ubi habet q; qui uiderit recte dicta antiquorum, & uerſatus fuerit cum infirmis multis, alijs preferri debet. Et q; melius eſt capere medicum uerſatum longo tempore in doctrina Hyppo. & bonorum authorum q̃ illum qui uerſatus fuerit toto uitæ ſuæ cũ infirmis & nullã habet doctrinam. Et hæc repugnare uidentur Ariſtoteli. Pro quo dicunt, aliq; q; tẽpore quo regnabãt ſectæ Empiricorũ, qui ſe fundabãt omnino in experimentis, multi erant libri in quibus Empiri-

Quãr lõge maior certitudo de q̃ſtionibus medinalibus habetur q̃ de naturalibus. Ratio de ſe sẽper ambigua

An Magis credẽdũ medico ualde exrpeto ſine ratiõe. An ratiõali ſine expĩmẽto.

ci ipsi suas habebant regulas, & de signis, & accidentibus morborum singulorum, licet absq; ratione, sed ex multis experimentis ab antiquis lõgissimo tempore confirmatas, ut uerbi gratia ꝙ quotiescunq; sunt ista quinque signa, dolor pungitius, feb. ardens, difficultas anhelitus, pulsus tensus, & tußis, est unus morbus q̄ dicitur pleuritis. Postea *dicebant, hæc remedia adhibita fuere, & sequuta fuit sanitas, et sic illa applicabant.* Hoc *stãte dic, ꝙ* Arist. *cum dicit magis confidendum esse* Empirico, *q̃ rationali, loquitur de* Empirico *docto in sua secta & qui perfecte legerit libros suos & expertus fuerit circa singularia.* Et *isti, inquid, magis confidendum, quam illi, qui solũ uiderit rationes antiquorum & nullam habuerit, experientiam:* Gal. *uero &* Rasis *loquuntur de* Empirico *ignorante qui uersatus circa infirmos ex suo tantum exercitio acquisiuit illud parum quod habet de medicina ipsa, & huic, inquit* Gal. *et etiã* Rasis *minus esse credendum quam rationali.* Di*cendum etiam, ꝙ* Gal. *loquitur de pronosticatione, ideo dicit ꝙ melius pronosticabit ille qui fuerit exercitatus in doctrina* Hyppo. *sine experimento, quam ille qui diu fuerit circa infirmos uersatus & nullam habeat rationem.* Arist. *uero loquitur de cura dicens, ꝙ melius curabit* Empiricus *eruditus tamẽ, quam rationalis sine aliquo experimẽto, et ita nõ sunt discordes authores isti ut uidebatur*

batur : quoniã loquuntur de diue rsis.

TEX. Lau.

QVÆ uero dispositio ab vnaquaq; causa pcatarctica in corpore cõsistat accẽdens febrem, nunc docere instituimus. Cũ ergo uideamus non unum modum, neq; generationis, neq; auctionis caliditatis (quando ne ipsius quidem ignis modus vnus est) sed gignitur, aut propter motum, aut propter putrefactionem, aut propter conuersationem alterius caliditatis, aut pter suppressionem calidi effluuij, aut propter permixtionem calidæ substantiæ, tanquam de fonte quodam ebullientis aut genitæ scilicet ad nostrum sensum, aut augentis caliditatem, necesse est omnium febrium causas in prædictos modos reuocari.

AT quam singulæ preincipientes causæ Leonic in corpore faciant dispositionem, que febrem accẽdant, nunc ostendere intendimus. Quoniam non unum uidemus modum generationis aut augumentationis caliditatis. Si quidem neq; ignis ipsius, sed uel propter motum, uel propter putrefactionem, uel propter adhęsum alterius caloris, aut propter retentionem calidi effluxus, aut propter mixtionem calidę sub stãtiæ, quodam ueluti ex fonte efferuescen tis,

que quo ad nostrum sensum uel generet, uel augeat caliditatem, necesse omnino & febrium causas reduci ad eos quos diximus modos.

COMMEN. 16.

NVNC *exequitur ostendendo modum secundum quem à predictis causis procatarcticis efficiatur febris, & primo premittit quod intendit: postea inquit, quod sicut ipsius ignis nō est unus modus generationis & augmentationis, ita & caloris in nobis, non est unus modus generationis & augmentationis. Et dat hos modos diuersos dicens, aut augetur calor propter motum, aut propter putredinē, aut adhasum calidi, aut propter pororum, constipationem, qua retinentur uapores calidi, qui à nobis continue debent affluere, aut propter permixtionem calidæ substatiæ, ut cibi, & potus acris & calidi, ueluti de quodam fonte ebulientis, que quo ad nostrum sensum uel generet uel augeat caliditatē, necesse est omniū feb. causas ad predictos quinq; modos reduci. Et de* Causæ procatarticæ, quæ. *his modis scribit in de morborum causis. Per causas procatarcticas intelligit causas primitiuas quæ in corpus imprimnnt extra corporis substantiam existentes, sicut sunt sex genera rerum non naturalium. & reliqua que non necessario alterant, de quibus Gal. 3. artis medicinalis cap. secūdo: hæ enim à causis antecedentibus & coniūctis*

differūt

differunt secundum Auic. secunda primi doc. secũda summa prima cap. primo. Quoniam antecedẽtes et cõiũctæ sũt res corporeæ intra existẽtes. s. humorales, cõplexionales, & cõpositionales, sed cõiũctæ dispositionẽ causant immediate, ut putredo febrem. Antecedentes uero mediante coniuncta, ut membri caliditas, aut crassities, uel uiscositas, in humore causant febrem mediante putredine. Intelligendum secundum Gal. secundo de tuẽda sanitate circa medium, q̃ exercitium auget calorem innatum nulla re extrinseca concurrente, sed intrinsece ex se ipso. Et si ex cibo augetur calor innatus, hoc est extrinsece, quia ex cibo generatur sanguis, & spiritus: alia uero omnia extrinsecus calefacientia calefaciunt calore acquisito, ut sol, medicinæ, balneũ sed quomodo p̃ exercitiũ augeatur innatus calor nullo extrinseco concurrente, declarari potest ex sententia Auic. prima parte suæ canticæ. 183. ubi habet, q̃ forte exercitium aut fortis motus est causa infrigidationis & extinctionis caloris naturalis, & q̃ qes immodica etiam extinguit ipsum calorem naturalem, sicuti flama non euentata à fumo extinguitur. Ita dicendum q̃ si calor naturalis nõ euentetur extinguitur, sicuti flãma lucernæ, que si non euentetur conuertitur in lichinum, & extinguitur, & sicuti flãma quando euentatur conuertit oleum in flmmam, & ipsum disponit

Quomodo p exercitiũ augeatur ĩnatus calor, nullo extrinseco cõcurrẽte.

ad generandum continue flamam ipsam, ita calor naturalis cum euentatur disponit sanguinem ad nouam spirituū generationem. Modo si corpus exerceatur & moueatur, augetur anhelitus, et ex auctione anhelitus maior fit euentatio ipsius caloris innati: ex maiori autem euentatione, augetur calor innatus, sicut ex euentatione carbonum augetur calor ignis: sed si corpus quiescat nō augebitur anhelitus, neq; poterit sufficienter calor innatus euentari. Et ita exercitium hoc modo auget innatum calorem, cibus etiam auget calorē, quia ex cibo generatur sanguis & spiritus: sed istud fit ab extrinseco. Illud autem quod fit ab exercitio fit ab intrinseco, hoc est nullo extrinseco concurrente. Aliæ uero res calefaciunt, non augendo sanguinem aut spiritum, sed solum calorem inducendo et corpus ipsum alterādo, ut calor ignis, aut solis, balnei, aut medicinæ.

TEX.

Lau. QVEMADMODVM æstus est, siue ex ipso sole actio talem habeat appellationem, siue affectio, que in corpore efficitur, siue ea que iam effecta est. Nam & ea ipsa calor est preter naturam, nondum tamē febris, nisi cor ipsum concalefecerit. Sane totum hoc gn̄s cause ex conuersatione efficitur rei calefacientis, siue sol, siue ignis, siue medicamentum fuerit id quod calefacit, ex

trinsecus

trinſecus attingens, aut propinquans, aut conuerſans, aut quouis alio modo libeat appellare.

VELVTI ſtatim exuſtio, ſiue ipſa ſolis operatio talẽ ſortiatur appellationem, aut qui ab eodem fit in corpore affectus, ſiue ille qui iam effectus eſt, nam & hoc ipſum calor preter naturam, nondum tamen febris exiſtit niſi cor unà calefiat. Omne quidem huiuſcemodi cauſæ genus fieri conſtat ex rei calidæ adhæſu, ſiue ſol, ſiue ignis, ſiue medicamẽtũ calidum contingat extrinſecus, aut proximum fiat, aut adhæreat, ſiue quouis aliquo uocabulo quiſpiam uti uoluerit. Leonic.

COMMEN. 17.

PARTICVLARITER *declarat hos modos caloris*. Et *primo modũ q fit ex adhæſu rei calidæ, ſiue ſol, ſiue ignis, ſiue medicamentum ſit id quod calefacit, & per hunc modum dedit intelligere modum q fit ex permixtione ſubſtantiæ calidæ*. Et *cum dicit*. *Siue ex ipſo ſole actio. &c*. Hoc *intẽdit: ſiue calefacio ex ipſo ſole appelletur æſtus ſeu exuſtio, ſiue caliditas in corpore inſieri, que proprie dicitur paſſio, ſiue que iam facta eſt: nã & id caliditas eſt preter naturam. Secũdo ibi*.

TEX.

AT vero ira quaſi ebullitio quedã ac mo Lau.

tus uehemens eſt iraſcibilis facultatis in ipſo corpore cordis reſidentis. Concaleſcit autem interdum cum ea ſpiritus, atq; inter dum ſanguis. Et ſi prompte ſe habeãt ſuſcipientia corpora ad continendum diutius caliditatem, quamuis ipſius cordis motus deſtiterit, hæc permanent calida præter naturam, tuncq; febricitare hominem neceſſe eſt. Hęc ergo febris principiũ habet, motum atq; ebullitionem natiuę caliditatis. Febris autem que ex mœrore cõſiſtit, non in ſuper ebullitionem, ſed motum tantummodo principium habet.

Leoni. IRA autem eſt ueluti quidem feruor quidam, ac uehemens motus potentię iraſcibilis in ipſo cordis corpore ſita, ſimul autẽ cum hoc feruore calefit ſpiritus aliquãdo, aliquando ſanguinis ſubſtantia. Quod ſi ita contigerit, ut ea corpora quę in ſe caliditatem admiſerunt, longo eam tempore retinere natura apta ſint, licet motus cordis ſedetur, in hiſce tamen remanet calor preter naturam, atq; hominem febricitare eſt neceſſarium. Huiuſcemodi autem febris habet originem à motu atq; feruore natiuę caliditatis. Quæ autem ex triſtitia fit, ex ſolo motu, non autem ex feruore generatur.

Declarat

COMMEN. 18.

DECLARAT modum augmentationis caloris in nobis propter motum. Et primo propter motum qui fit in animæ affectibus, & primo de ira, dicens q cum sit ueluti feruor caloris in ipso corde cum hoc feruore calefiunt aliquando spiritus, aliquando substantia sanguinis. Et sic licet ipsa ira intrinsece nulla alia re extrinsecus concurrente augeat in nobis calorem innatum, non tamen auget quantitatiue, quemadmodum exercitium, ut paulo ante fuit declaratum ex sentētia ipsius Gal. secundo de tuēda sanitate, ubi ita scribit. Ergo omnis exercitationis commune illud est, q animali ipsi ex ipso caloris augmentum excitat. Quippe calefiunt corpora nostra & balneis, & calidarum aquarum lauacris, & cū per calidiores tempestates insolamur, & cum igni fouemur, & cum calidis medicamentis perfricamur. Cæterum ab externo est omnis eiusmodi calor adscitus, nec de proprio principio, sed aliūde accensus auctusq;. Exercitando uero, insiti caloris augmentum animalibus ex ipsorum corporibus excitatur. Atq; is omnium exercitationum communis effectus est, proprius tamen earum effectus non est, si modo & iratis, & perturbatis, et pudore effectis naturalis etiam calor augetur: quāquam ira haud quāquā auctus, sed ueluti feruor est caloris in corde. Declarat postea Gal.

Quando calor ex motu irę ē febris.

quando calor qui fit ex motu iræ est febris dicēs. Et si prompte se habeāt suscipientia corpora ad continendum. & c. id est si sanguis aut spiritus fuerint apta ad retinendum diutius caliditatem, & quamuis ipsius cordis motus destiterit, hæc permaneant calida preter naturā, tunc supple, erūt in calefacto esse, & febricitare hominem erit necesse. Et propter hoc dixit Auic. in deffinitione feb. Et inflammantur inflāmatione quæ nocet operationibus naturalibus, non sicut caliditas iræ, aut laboris, cum non ultimatur, quoniam caliditas iræ non ultimata non nocet operationibus.

Quomodo generat̄ feb. p motū q fit ī affectu tristitiæ.

Postea declarat Gal. modum generationis caloris & febris per motum qui fit in alio animæ affectu scilicet tristitia. Et dicit q febris que fit ex merore nō habet ebullitionem principium, sicut ira, sed motum tantum, & causa est, quoniam in tristitia causatur febris ex multo tractu spiritus ad intra. Hic nota qualem motum corporis assumunt animæ passiones, quæ sunt, gaudium, tristitia timor, ira, spes, diffidentia, amor, odium, solicitudo, inuidia, & huiusmodi, ut scias quomodo ex his accidit calefieri, uel infrigidari, ex his maxime immoderate existentibus, nam si parua & debilia sint neq; multum prolixa uix impressionem faciunt apparentem. Sunt autē passiones eius partis animæ, quæ dicitur appetitus, secundum quas ē principium mouens corpus ad imitationem, uel

Qualem motum corporis assumūt aīæ passiones, ut gaudiū, tristitia, amor.

fugam,

fugam, uel uindictam. Et genera harum paßionũ uidentur gaudium, tristitia, et ira, timor enim quedam tristitia uidetur, spes uero gaudium preconceptum, sicut diffidentia preconcepta, tristitia, amor est gaudium quoddã, odium uero tristitia, & similiter inuidia, & solicitudo: uerecundia uero paßio est composita ex timore & ira, mouet autem appetitus ad imitationem per gaudium, ad fugam uero per tristitiam, ad repulsionẽ per iram. Cum ergo gaudium & tristitia sint principia quare appetitus moueat ad habendum & amplectendum, coextendit corpus totum, & ampliat spiritum & calorem paulatim à corde dilatans ad exterius, ex quo membra distrahuntur, & extenduntur impleta spiritu, & calore, ex perceptione namq; rei conuenientis & connaturalis, conueniens & naturalis accidit motus calori qui est à cẽtro ad circunferentiam, propter quod minima est transmutatio corporis ad extra naturã propter gaudium: contingit tamen debiles corde & pauci caloris & spiritus mori ex magno gaudio subito nunciato, propter exalationem totius spiritus ad extrema, & depauperationem cordis ab eo. Tristitia autẽ per oppositum deffinitur, & est principium motus qui est ad fugam, propter quod ex perceptione rei inconuenientis, & corrumpentis, accidit inconueniens & in materialis motus calori & spiritui: quia ex circunferen-

passiões apetitus quæ.

Verecundia passio composita ex timorẽ, et ira.

Debiles corde, et pauci caloris & spiritus aliquãdo moriunt ex magno gaudio subito nũciato.

Tristitia quid.

Quare ex magna tristitia accidit calorem extingui et suffocari.

tia ad centrum. Et ideo ex magna tristitia accidit calorem extingui & suffocari ex nimia sui cõstrictione, constringuntur autem ab hac fuga caloris & spiritus omnia membra, ut ab humidis & mollibus inter ea, sicut cerebro et oculis exprimatur & mucus & lachryma, propter quod infrigidat & desiccat tristitia, sicut gaudium calefacit & humectat. Ira autem est ueluti feruor caloris in corde, cuius accessorium est, non eius essentia, ultionis appetentia, secundo de sanitate tuẽda. Cum enim percipitur id quod nocet et iniuriã infert, queritur uindicta & repulsio: ex quo accidit spiritum & sanguinem uiolento motu ad extra per repulsionem facto accendi, subita uero & inopinata conceptio nociuorum, timorẽ infert.

Ira quid

Quare fugiẽs uirtus apud principium fugam facit, & caloris & spiritus ab extremis. Et uidetur timor contrarius motus iræ, nam sicut ira est uiolentus motus ad repellendum, ita timor uiolentus motus est ad fugiendum, propter quod superflua caloris constrictione frequenter occidit, de ira autem nequaquam inuenitur ꝙ occidat, eo ꝙ calorẽ exauget, amor uero & spes consimiliter gaudio mouent, inuidia autem & solicitudo & odium similiter tristitiæ, uerecundia autem primo mouet propter timorem ad intra, quasi quidam timor existens, deinde redeunte ratione & consilio uigoratur

Timor uiolẽtus motus ad fugiẽdũ

Non inuenitur, ꝙ ira occidat.

Verecundia primo mo-

goratur anima, quare impellit ſpiritum & calorem ad extra propter defenſionem ad ſimilitudinem motus iræ. Dixit autem Haly tertio artis medicinalis com. 15. quod anima per iſta accidentia exercet ſpiritum ſicut primum animæ inſtrumentum, mouendo ipſum intra & extra, ſicut contingit, appetitui: quando autem ſpiritus expanditur aut retrhaitur mouetur ſecum caliditas innata et ſanguis, & etiam eſt ſententia Galeni ſecũdo de cauſis symptomatũ capitulo quinto. Vbi ita ſcribit. Etenim animæ eſſentiam: in alia quapiam tractatione definire: audax fortaſſe facinus putabitur. In hoc uero opere preter audaciam etiam ſuperuacaneum uidetur. At quæcunq; tandem ipſa fuerit: e duobus alterũ fateri oportet: aut quod ad omnes functiones ut primis inſtrumentis utitur & ſpiritu & ſanguine, & uel alterius uel utriuſq; calore, aut quod in his ipſis conſiſtit. Porro ipſius motiones facile deprehendũtur: tum ex multis alijs: tũ maxime ex animalibus pathematis, cuiuſmodi ſunt timor, & ira, ꝑ timorẽ & ſpiritus & ſanguis intro, & ad ſcatebrã ſuã reducuntur, cõtrahũturq;, quo fit ut algeãt partes in ſupficie poſitæ: ꝑ irã uero, et diſtẽdũtur et effũdũtur et caleſcũt. Certamẽ uero (ut uocãt) ex utriſq; cõflatũ inequales hẽt motiones. Iã & cordis & arteriarũ pulſatiões & minime et ꝑq̃ ꝺbiles, ĩ timẽtibus apparẽt maxime et ualidiſſime, in iratis

uet ad intra, poſtea ratione et cõſilio uigoratur anima et mouet ſpiritum ad extra Quando ſpiritus ex pandi tur aut retrahitur mouetur ſecũ caliditas inata & ſanguis.

in certamine et inequales. Per uerecundiam animalis facultas, in primis quidem ad interiora mouetur: sed rursus affatim redit ad exteriora. Quòd si nõ redierit iam non uerecundia, sed timor censeri debet. Quippe uerecundia de repente fit, animata facultate nihil mali perpessa. Euenit autem (ut ita dixeris) ob mollitiem, natiuumq; timorem quum quis prestãtioris conuersationem ferre nõ potens: fugam parat, & procul (si liceat) abesse percupit. Vnde fit ut recedat duntaxat ad intima, ueluti subterfugiens, idq; citra refrigerationem, excitante impellenteq; ratione. Patibilem animæ partem, nempe eam quę et timet et uerecundatur, mox reditferturq; foras eo maxime motionis modo quo calor reuocatur ijs qui in frigida se lauerunt. At in timore, neq; excitante, neq; impellente ratione patibilem animæ partem magis ac magis calor extinguitur, ut nonnulli rigore q̃ infestentur. Vt in timore autem confertim, ita in mestitia paulatim fit motus magnitudine dumtaxat ac uehementia, non toto genere differentibus inter se pathematis. Atqui nonnulli ob timorem subitaria morte perierunt, ubi debilis suapte natura animula sub ualido pathemate oppressa confertim & extincta, & suffocata est. Etenim extinctio pathematis naturam sequitur ob refrigerationem eueniens. Suffocatio uero quum uniuersus sanguis ad principium confluit deferturq;

ob timorẽ nõnulli subitaria morte perierunt.

deferturq́; . At ex iratis nemo mortuus eſt, utpote quibus neq; calor refrigeratur, neq; robur diſſoluitur . Pre gaudio autem nonnulli, ſupramodũ puſillanimes mortui ſunt, haud aliter quam timentes . Sed non ita ualido motu aut feruore ad exteriora fertur animata facultas: quin econtrario ſi quid antea fuit ei roboris, id nunc exoluitur laxaturq́; . Quum enim nimio gaudio laxata petit exteriora, diſcutitur atq́; diſsipatur . Iam dolor e diuerſo cogens animam moueri haut leuiora q̃ maximus timor afferet symptomata. Quippe laborãtes decolores apparẽt, refrigerãtur, rigore cõcutiuntur, tremunt, pulſus minores redduntur et abolentur, tandem ueluti syderati attonitiq́; moriuntur. Nã & in ijs fugit intimus calor ad principium. Ac anima ſoluitur ſimul atq́; extinguitur. Itaq; cum mortem inferre poßint huiuſmodi pathe, haud mirum uideri debet: ſi animi quoq́; deliquium inducant, ac preterea ea symptomata quæ ad animi deliquium ſequi conſueuerunt, tum alia, tum eas excrementorum ſecretiones, que uoluntatis imperium non eſpectãt. Poſtea cũ dicit.

Ex ira Nemo mortuus eſt.

Pre gaudio mortui.

TEX.

SI autem ex laſsitudine efficiatur, principium quidem habet motum ampliorem muſculorum, ac nerulorum, & ligamentorum, & articulorum, que quidem prima calefiunt, calor autem continenter cordi di

Lau.

ſtribuitur, ac tunc febricitant.

Leonic. EIVS autem qui labores ſequitur, principium eſt, muſculorum, neruorum, copularum, & articulorum nimia confricatio, quę quidem primo quendam calorem concipiunt. Hinc uero continuatim calor aſcẽdit ad cor, atq; inde homo neceſſario febricitat.

COMMEN. 19.

DECLARAT *quomodo generatur febris propter motum corporum, & litera ẽ clara. Sed in de morborum cauſis ita ſcribit. Si ab exercitatione quiſpam fuerit fatigatus is immodicum ſuſtinere calorem dicetur maiorem inquam q̃ pro naturali habitu, tum in muſculis, tum in articulis. Quippe ad hos in primis mouendi munus pertinet: q; ſi calor nõ ultra progrediatur, ſed prius q̃ per totum animantis corpus fuerit ſparſus ſoluatur affectus ita genitus. Laßitudo dũtaxat fuerit. Si uero in totum extendatur corpus, morbus ipſe febris nominari debet: quippe quę totius animantis calor immodicus eſt.*

Quomodo ex motu corporis generatur febris.

TEX.

Lau. VBI vero febris propter denſitatem cutis accenditur, qualis maxime aſtrictis, refrigeratisq; fieri ſolet, collecto in corpore mordaci effluuio, conſiſtit. Difflantur.n. ſemper animalium corpora duobus modis

dis emissis foras quotidie uaporosis, fumosisq; excrementis, attracta uero intro aerea substantia refrigerante, atq; uentilante naturalem caliditatem. Vbi ergo fortis causa condensando cutem prædictos meatus astringat, sæpe plethoram inducit, quoties vaporosa ac benigna materia de corpore effluit, interdum febrem committit, quoties acris ac mordax fuerit. Quando calor potissimum augetur, ubi refrigerans aer intra corpus minime trahitur.

QVAE autem ex densitate cutis accenditur febris, qualis maxime frigefactis atq; astrictis corporibus solet accidere, mordaci effluxu in corpore acceruato contingit. Semper enim animalium corpora difflantur, idq; duplici modo effusis ad exteriora uaporosis atq; fuliginosis superfluitatibus, ac rursus intus attracta refrigerante, ac uentilante natiuum calorem aerea substantia. Quum igtur aliqua causa potentior eos de quibus diximus meatus angustiores effecerit, sæpius in plethoricam dispositionem incidit corpus. Quando & uaporosum & optimum quod effluit, extiterit. At quum acre fuerit, satisq; mordax, nonnunquam in febrem, quo tempore maxime, quoniam intra corpus quod refrige- Leoni.

randi uim habet non attrahitur, calor augetur.

COMMEN. 20.

DECLARAT *nunc alium modũ, ſcilicet quo modo detentio calidi effluxus generat febrem. Et pro intellectu huius patris intelligendum ſecũ dum ipſum in libro de utilitate reſpirationis, q. flammæ omnes duplici motione mouentur, altera à materia unde incẽdũtur, altera uero cõtraria huic, ad principium ſuum ueluti radicem.* Nam ut *inquit, ſi lampadis amplisſimæ ſuperam oram incedens ad inferam celeriter ignis perueniet.* Et *ſi lucernarem flammam reſtinxeris ſuperoq; extremo funiculi non carentis fuligine alterum ad hibueris ignem, rurſus incẽdi lucernæ funiculum uidebis, nullum autẽ talium effici poteſt, ſi tantum ignis ad ſuperam partem moueretur.* Vnde *ait: quoniam autem omnis flamma uelocißime corrũpitur (nãſemper ad continentem aerem diſpargitur) ob id ut & ea uelocißime oriatur eſt neceſſe, alioqui nec in paucißimo tempore duraret.* Cum *ergo cor ſit in corpore uelut quedam flamma accenſa, oportet q. habeat hos duos motus temperate, motum ad extra exalatiuum, ut ſuper fluitātes fumoſas calidum deſtruentes expelleret, & motum quo attrahit aerem frigidũ, ut ipſum refrigeret, & ſuper materiam ex qua conſeruatur conuertet.* Dicit *ergo* Gal. *q. difflantur anima*

Quomodo detentio calidi effluxus generat febrem.

Flammæ duplici motione mouẽtur

Cor ĩ corpore ueluti quedã flama accẽſa.

lium

lium corpora duobus modis: emissis foras uaporosis fumosisq; excremẽtis: attracta autẽ aerea substãtia intro refrigerante, atq; naturalẽ caliditatẽ uentilante. Vnde dicebat loco citato, q simile ẽ de nostro corpore sicut de lucerna accensa, nam oleum ex quo nutritur calidum lucernæ proportionatur sanguini, ex quo nutritur calidũ cordis, funiculus, cordi. Et ideo si uentosam poneres perforatam super lucernam similaretur pulmoni, qui circuniacet cordi, ad instar uentosæ. Ergo sicut uentosa perforata conseruat flammam lucernæ & obturata extinguit, ita pulmo qui bene potest euentari & transpirari conseruat calidum cordis: cum autem constringitur ipsum suffocat: cum uero dicit. At cum acre fuerit &c. uult q non sẽper contrictio conducit ad febrem: sed tunc maxime, quum illud quod ex cõstrictione retinetur fuerit acre & mordax, cum uero est benignum causat plethoram. Et in de morborum causis ita scribit. Nam cum arteriæ constipantur aut à plurimo sãguine (ut nuper diximus) aut obstructis earum osculis, ut haud quaquam transpirare possint: necesse est calorem quidem extingui, corpus uero ipsum emori. Quòd si modica fuerit constipatio, natiuus calor ob ipsam non necessario afficietur. Quumq; in animantis corpore ueluti fuliginosa quedam aut fumosa excrementa continentur, tamen aliud natiui caloris pathema consistet, aliud

Simile q̃ nr̃o corpore, sicut de lucerna accensa.

Cõstrictio cõduducit ad febrẽ, qñ illud q̃d ex constrctiõe rĩtineturi est acre, & mordax.

uero si uaporis suauis utilisq; naturam referat. Horum uero utrunq; bifariá discriminatur. Etenim optimus in corpore sanguis nullius uitiosi excrementi permixtione turbatus: quum calefactus est, uaporem redit optimum, qui nihil secum ferat, neq; igneum neq; acre: hiusmodi corpus si modice cõstipetur, breui uel plethoricum idest opple tum, uel calidius q̃ pro naturali habitu reddetur. Plethoricum quidem quum per ignauiam exercitationem neglexerit: ita enim retinentur in corpore ea quæ per motum excerni oportebat. Calidius uero quum exercitatur, utpote aucto ad motum natiuo calore, qui ob corporis constipationem non transpirat. At si corpus fumoso excremento refertum constipetur: tum aut febris excitabitur ob clausum intus fuliginosum uaporem, aut prefocabitur estinguetur q; calor natiuus. Atq; utrunq; horum consequitur, & excrementi multitudinem, & cõstipationis fortitudinẽ. Quippe si plurimum fuerit fumidum excremẽtũ quod indigebat uacuatione, & constipatio uehemens ne sub excremento prefocetur, extinguaturq; insitus calor, periculum est. Si uero paucum sit excrementum & non ita uehemens constipatio, febris accendetur. Atq; hinc perspicuum est, quod & naturales & aduenticios corporis affectus p quos uel fuliginosum, uel fumidum uel uapore refertum sit id quod transpirat nosse oportet.

TEX.

EXCERNITVR autem excrementum acre ac mordax, aut ijs qui ſunt natura malis humoribus pleni, aut ijs qui malos cibos ingeſſerunt, aut ſæpe non bene cõcoxerunt. Præſertimq; ijs qui præterquam quod cibis dictis ueſcuntur, etiam limoſã, aut lutoſam, aut cœnoſam, aut paluſtrem, aut ſtagnantem, aut alio quo uis modo corruptam & putrefactam aquam bibunt. Eodem modo euenit, ubi immoderate laborent, aut uigilent, aut angore afficiãtur, aut acria medicamenta frequenter ingeſſerint. Cibos autem malos intelligo, & qui ex natura tales ſunt, ut allia, cœpe, naſturtium, porrum, braſſica, ocymũ, urtica, & alii qui cũq; nominãtur agreſtes, ut lapſanæ apud nos: atque etiam qui boni ſunt ex natura, ſed ob putredinem quandam prædictis æquale, aut maius ſepenumero uitiũ acceperunt, ut ordeum, ac triticum, & aliæ omnes fruges. Partim ob temporis longitudinem ad putridam diſpoſitionem deductæ: partim ſitu quodam repletę, quia praue repoſitæ ſunt, partim ex prima generatione ab ipſa rubigine uitiatæ. Tales igitur cibos etiam nunc pleriq; comedere coacti p̃ fame, uel febribus putridis ac peſtilentibus Lau.

mortui ſunt, uel puſtulis ſcabioſis aut le-
proſis correpti.

Leoni. ACRIS autem ac mordax defluit ſuper fluitas his qui aut natura uitioſos habēt humores, aut prauis cibis utuntur, aut ſępius cruditatem patiuntur. At tum preſertim quum poſt huiuſmodi cibos aſſumptos fæculentam, uel lutulentam, ſiue paludibus, uel piſcinis, ſiue quo uis alio, uitiatam ac putreſcentem biberint aquam. Idem his quoq; accidit, qui ſupra modum laborant, aut uigilant, aut cogitant, aut medicamina acuta iugiter ſumunt. Voco autem prauos cibos, quibus hoc ipſum eſt a' natura inſitum, ſicut allia, cæpe, naſturcia, porros, braſſicas, ocyma, & urticas, & quęcunq; alia agreſtia dicunt, ueluti quę apud nos lampſanæ uocantur, & quę pręterea natura quidem optima ſunt, ſed ob quoſdam putrefactionis modos ęquale, aut maius aliquādo uitium contrahunt, ueluti frumenta, hordea, atq; omnes aliæ fruges, quę ad uſum cibi aſſumuntur, Quarum nonnullę temporis longitudine ad putreſcibilem ducuntur diſpoſitionem, aliæ quoniam male repoſitæ fuerint humiditate replentur, quędam uero & in primo ortu rubigine deprauantur. Tales cibos hodie quoq; urgente fame

me plures coacti comedere, nonnulli quidem à putridis ac pestiferis febribus interierunt, nonnulli autem pustulas instar scabiei ac lepræ in corpore contraxerunt.

COMMEN. 21.

NVNC *declarat á quibus superfluitates mordaces & acres defluunt, & dicit quod hæ defluũt ab his qui sunt natura malis humoribus pleni: aut his qui malos cibos ingesserunt, aut non bene con coxerunt*. Et *subdit* ꝙ *hoc accidit his præsertim qui cum post huiusmodi cibos assumptos limosam aut lutosam &c. bibũt aquam: uel sic legatur præsertim his* ꝙ *præterq̃* ꝙ *cibis dictis uescũtur, etiam limosam aut lutosam aquam bibunt*. Accidit *etiam hanc acrem superfluitatem multiplicari his qui immoderate laborant, aut uigilant, aut angore afficiuntur, aut acria medicamenta frequenter ingesserint*. Et de *aquis dixit primo de Tuẽda sanitate. Cauẽdæ sunt quæ ex stagnis hauriuntur, & quæ turbidæ, & quæ male olentes, & quæ salsæ: deniq; in quibus aliqua qualitas gustu deprehenditur*. E*a uero* optima est, *quæ penitus non gustui modo horum, uerũ etiam olfactui omnis qualitatis expers uidebitur*. Et de optima *dixit tertio de uictus ratione acutorũ com*. 39. ꝙ *multo tempore in uentriculo manet & fluctuationes plurimũ parit: quo fit ut cum biliosus fuerit uentriculus, corrumpatur & illa*.

A quibus sup̃fluitates mordaces & acres defluunt.

Aqua optima.

TEx.

Lau. VBI igitur corpus fuerit plenum talibus humoribus, nulla autem obstructio in uisceribus fuerit, atque aer in cute tota libere difflctur ac refrigeretur, sanum quidem existit: sed breuem, lubricamque obtinet sanitatem. Vbi uero exterior terminus aut astringatur, aut in profondo meatus obstruatur: si astringatur, nunc dictum febrium genus: si oppiletur, id quod paulo post dicendum est, consistit. Nihil igitur mirum uideri debet si ex cruditate, hi quidem febricitent: illi nihil eiusmodi patiãtur. Etenim ijs qui malis iam humoribus pleni sunt, ac male difflantur, aut intempestiue laborant, aut lauantur temere, promptum est febricitare. Iis autem qui bonis sunt pleni humoribus ac probè difflantur, & quiescunt, ac fouent ad iecur & uentriculum attinentes partes, impossibile est febricitare (in iecore enim ac uentre manet quicquid corruptum ē, ac tẽporis spatio paullatim concoquitur, atque efficitur benignum) Quemadmodum & ijs qui motus fortiores substinuerint, aut in sole æstiuo steterint, aut in balneum calidũ dulciũ aquarũ descenderint, cibi corrupti in uniuersũ corporis habitũ transsumũtur: sic eos quibus corrupta cibaria deorsum

ſum deferuntur, febris minime ſequitur, ni ſi propter aliam cauſam: ut ſi ſæpenumero ſurgendo in laſsitudinem inciderint, aut uentrem ipſum inflammatio tentauerit.

QVVM igitur plenum fuerit corpus huiuſcemodi humoribus nulla uero obſtructio aliquod ex uiſceribus obſidet, libere autem totũ animal per cutim difflatur, ac refrigeratur, ſãitate quidẽ fruitur anmal, ſed dubia ac momentanea. Quoniam autem conſtringi terminum exteriorem, aut obſtrui penitiorum partium meatus contigerit: in conſtrictionibus quidem, quod nuper diximus, febrium genus conſequitur: in obſtructionibus autẽ, quod paulo infra dicemus. Nihil ergo mirũ, ſi ex his q crudıtatẽ paſſi ſunt, nonnulli quidem a' febribus correpti fuerunt, alii uero minime. Nã hi qui iam humores habẽt uitiatos ac male difflãtur, aut intẽpeſtiue laborant, aut balneis ſuperfluis utuntur, hi facile febribus corripiuntur. Et qui boni habitus ſunt ac bene difflantur ac quieſcunt, & ventriculum atq; epar calefaciunt, his febrire eſt impoſſibile. Nam in eiſdem reſidet ventriculi atq; epatis partibus quodcunq; corruptum eſt, ac paulatim per tempus coquitur, atq; optimum fit: ſicuti & his qui ſe uehementiori Leonic.

bus motibus exponunt, aut æstiuo soli, aut balneis calidis dulcium aquarũ, quicquid uitiatum est in habitum corporis recipitur Sic & quoscunque ex ciborum corruptione febris inuasit, subsequuta non esset, nisi alia causa accessisset: aut quia supramodum fatigati essent, aut frequentius surgendi necessitatem habuissent, aut inflammationẽ in ventriculi partibus subtenuissent.

COMMEN. 22.

Maior rquiritur obstructio et magis in pfũdo, ad hoc ut febris fiat putrida, q̃ ad faciendum ephemeram.

INFERT *ex dictis, q, cum corpus fuerit plenũ talibus humoribus malis, & nulla obstructio in uisceribus fuerit, & animal libere in cute difflatur & refrigeretur, tunc ipsum est sanum, tamen breuem & fallacem habet sanitatem ob multitudinem dictorum humorum, quibus corpus redditur propinquum labi in morbum. Sed ubi tunc exterior, idest terminus corporis, ut cutis astringatur, aut in profundo meatus, ut uenarum obstruũtur, si astringatur cutis, generatur dictum genus febrium scilicet ephemerarum. Si uero uenæ obstruantur, generatur aliud genus scilicet putridarum, de quo paulo post ibi. Cœterum si meatus oppilentur &c. Nã ad hoc ut fiat febris putrida, maior requiritur obstructio, & magis in profundo, q̃ ad faciendum ephemeram. Postea ostendit Gal. propter quid aliqui patientes cruditatem & indigestionem non febriunt, & aliqui*

Propter

sic

sic. Et dicit q̃ his qui malis humoribus pleni sunt & male difflantur & laborant importune, et balneis superfluis utuntur, facile est febrire. Sed his qui boni sunt habitus & bonorum humorum, & bene difflantur, & quiescunt ac fouent partes attinentes ad iecur & uentriculum, febrire est impoßibile. Et causa huius ultimi est, dicit, quoniam in his bene transpirantibus, quod corruptum est in iecore & uentriculo manet, non transiens ad habitum membrorum, cum membra sint sana & fortia, & paulatim temporis spatio concoquitur, & efficitur benignum. Sed in aliis dictis, quid quid uitiatum est, in habitum corporis transumitur. Sic eos quibus non detinentur corrupta cibaria, sed deorsum deferuntur, febris non sequitur, nisi ob aliam causam, ut si sæpenumero surgendo in lassitudinem inciderint, aut in uentre ipso inflãmatio fuerit.

q̃d Aliq̃ patiẽtes cruditatẽ & indigestionẽ nõ febriũt, & aliq̃ sic.

TEX.

CAETERVM si meatus obstruantur atq; humores stipentur (nam de ea re docere distuli) animalia putridis febribus tentãtur. Promptissime enim putrescunt, quęcunq; calida & humida, & multa sunt in locis calidis, nisi difflentur ac refrigerentur.

Lau. prõptissime putrescũt, quæ calida & humida.

IN obstructionibus quidem foraminum atq; humorum intrusionibus (nam de hoc dicere distuli) ex putredine patiuntur fe-

Leoni.

brem animalia. Promptisſime enim putreſcunt quæcunque calida ac humida, atq; in calidis locis, niſi difflari ac refrigerari contigerit.

COMMEN. 23.

CVM declarauit Gal. qualiter ſit febris in nobis per adhæſum calidi, & qualiter per motum, tam animalem, q̃ corporalem, & qualiter ex retentione effluxionis calidæ, uult nunc declarare qualiter ex putredine, quod erat aliud membrum. Et quia poſuit cauſas febrem diariam generãtes, quæ maxime ſunt tres prædictæ, nunc ponit cauſas generantes feb. putridam. Et quia ſuperfluitates detinebantur ex conſtrictione pororum, & ex oppilationibus, & retentio ſuperfluitatũ erat potisſima cauſa febris. Ideo poſtquam declarauit qualiter febris fit ex conſtrictione pororum, nunc declarat qualiter fit ex oppilationibus, dicens. Si meatus obſtruantur, atq; humores ſtipentur. &c. Poſtea cum dicit, promptisſime.n. putreſcunt, declarat quæ corpora ſunt ad putredinem magis parata. ſ. quæ calida et humida ſũt, & ſæpe in locis calidis, niſi tunc difflentur ac refrigerentur. Vnde .11. methodi cap. octauo quicquid in rebus ſubſiſtit, id gliſcit, roboratur, ſanum eſt, ac uiuit, dum proprio calore regitur: ueluti nimium ipſa animantium corpora tametſi plurimã naturæ ſuæ portionem humidam & calidam ſunt

Qualiter febris ex obſtructionibus

ſortitia

sortita, magnum tamen annorum numerum sine putredine, ac sana uiuaq; exigunt, si seruetur eorum proprius calor, in cordis quidem corpore, per respirationem, in reliquis omnibus partibus, tum per comunitatem quam habent cum corde, tum per alteram respirationis speciem, que per totam agitur cutem, & transpiratio per spiratione dicitur: his uero lesis: una etiã naturalis calor lædit. Et intellige secũdũ ipsum. 11. methodi cap. 10. q; putredinis causa immediata est prohibita transpiratio, et causa immediata prohibitæ transpirationis est obstructio. Et proptea dicit ibi Gal. quod quemadmodũ á putredine duę nascunt indicationes, ut q; putredinis causa factũ est, sanes, & q; in generatione adhuc est, sistas, ita quoq; ab impedita pspiratione duæ alię nascũtur, ut q; retentũ est uacuetur, tũ qđ retinendũ est prohibeatur, his præsidijs quæ obstructioni medẽtur, nam semper inter causas incipiẽdum est ab ultima inuenta per resolutionem. Et dixit cap. octauo, cum prohibitio transpirationis causa sit putredinis, hanc submouere oportet At ea cum uarijs generibus est orta, & densatis exiguis meatibus, & constrictis corporibus, & humoribus, tum abundantia, tum crassitudine, tum lentitia sua obstruentibus, siugolæ harum affectionum curandæ per contraria sunt. Densitas per ea quæ rarefaciunt. Constrictio, per ea

Putredinis causa immediata, p hibita trãspiratio.

A putredine dua nascuntur indicationes, similiter á prohibita transpiratione.

Inter causas semp incipien

quæ fundunt. Abundantia, per ea quæ uacuant. Craſſitudo, per ea quæ diſſecant, & lentor, his q̃ detergent & c. Eſt autem, inquit ibi, natura putredinis. Mutatio totius putreſcẽtis corporis ſubſtantiæ ad corruptelam á calido externo. Et Ariſtot. dixit. 4. metheo. eſt corruptio in humido proprio caliditatis naturalis à caliditate extranea, nullum enim corrumpendum, ſicut ipſe, & Ariſt. ante eum dicit, corrumpitur á ſuo proprio calore cum ab illo regatur & conſeruetur: ſed potius ab externo. Per hoc ergo quod dicit mutatio ad corruptelã innuit, quod putrefactio rei non eſt omnino ipſius corruptio, ſed uia ad corruptionẽ, eo quòd eſt corruptio ſuæ propriæ caliditatis qua ſubſtineri habet, non ſicut á ſubſtantiali forma, ſed ſicut ab eo quo diſponente forma ſubſtantialis inheret. Propter quod ad ipſius corruptionem ſequitur in poſterum deperditio formæ & compoſiti diſſolutio, dixit autem cuiuſdam corporis, quia humidi compoſiti & commixti, nullum enim ſimplicium putrefit, niſi commixtionem paſſum alterius. Et eſt intelligendum ſecundum philoſophum in libro de reſpiratione, q̃ duæ ſunt caloris corruptiones in quolibet uiuẽte, ſicut et ignis, ſcilicet marcedo, & extinctio, Marcedo autem, ſicut dicit, eſt corruptio quæ fit á ſe ipſo, extinctio uero ea quæ fit a contrarijs, uocat autem corruptionem á ſe ipſo eam, quæ eſt naturalis, quam,

dicimus

dum ab ultima inuẽta p̃ reſolutionem.

Denſitas curanda p̃ ea quæ rarefaciunt. Cõſtrictio, p̃ ea quæ fundunt. Abundãtia, p̃ ea quæ uacuãt. craſſitudo, p̃ ea quæ diſſecãt. & lẽtor, his quæ detergẽt

Putredo quid.

Nullum ſimpliciũ pu-

dicimus senectutem, fit autem talis corruptio ex deffectu alimenti ob calorem esse iam refrigeratum & in non poße suscipere alimentū. Extinctionem autem uocat eam quæ á causa extranea quam dicimus uiolētam. Dixit autē philosophus, q̄ accidit ambas corruptiones fieri propter idem, Nam corruptio naturalis accidit ex defectu alimenti propter calidum debilitatū non posse se ipsum enutrire, uiolenta uero est ex contrario digestionem prohibente, quale est frigidum: sed frigidum faciens digestionem cessare, prohibet nutrimētū, & sic idem uidetur causa utriusq; Adhuc autem accidit calorem marcescere sicut carentem alimento propter exaugeri calorem ex non respirare, neq; infrigidari. Quare multum congregatum calidū consumit alimentū & præuenit consumens anteq̄ adsit euētatio. Et hoc modo marcescit innatum calidum, quemadmodum paruus ignis secus plurimum, & parua flamma posita in maiori flamma, eo q̄ maior flamma præoccupat accipiens alimentum minoris, tale autem augmentum caloris est contrarium prohibens digestionem, & ex hoc causans extinctionem, contrariatur enim calori innato non solum frigidum: sed & superfluum calidum. Quare manifestum est, q̄ ab eodem utraq; contingunt. Manifestum est ergo quòd calor innatus marcescit per amplius congregatum ca-

trefit nisi passum alterius commixtionem.

Duæ corruptiones caloris inquolibet uiuente.

Marcedo qd & qd extinctio

Contrariatur calori innato, non solū frigidū, sed et sup̄fluū calidum

lidum, & quod congregatur amplius calidum propter non respirare neq; infrigidari. Et sic patet, quod hoc modo accidit putrefactio in humore corporis humani faciens febrem. Et q, corpora prōptissima ad putredinem, ut hic dicit Gal. & ottauo methodi cap. septimo, sunt calida & humida, in his enim & tempore sanitatis, etiam magis quā in aliis fetent sudores & urinæ, maximè autem si humidum calido dominetur, magis autem & si accidentale & aqueum fuerit quod abhorret calor innatus, quale à fructibus assueuit generari; in tali enim de facili maxime occūbit calor innatus, ad huc autem sicut ipse dicit undecimo methodi, immediata causa putrefactionis est prohibitio disolutionis quæ continue fit à corpore, sed cum à corpore nō dissoluitur, qđ dissolui consueuit eius humidum augetur plus & plus donec superat calorem innatū. Et sic semper & omnino uictoria passiuarum super actiuas est causa putrefactionis, quum enim calor innatus impotens sit ad humidum digerendum & ipsum ad debitum finem deducendum. Tunc humidum relictum habet eum qui in putrefactionem est transitum per corrumpi tunc calorem eius proprium de facili ab extraneo. Nota etiam q, non semper putredinis causa immediata est prohibita transpratio; quoniam putrefactio aliquando accidit humoribus, quia calidum naturale à calido

Victoria qualitatū passiuarū sup actiuas, cā putrefactiōis.

Nō semp putredinis cā immediata ē probi=

do

do extrinſeco, ut extraneo continentis aeris corrumpitur, & aliquando à deſſectu caloris noſtri non potentis eorum malitia humores gubernare aut uirtutum debilitate, quãdoq; enim humor ex ſe ipſo aptus eſt putredini. Nota etiam, quia ſibi uidetur Gal. contradicere. Nam hic & octauo met. ſeptimo cap. dicit corpora magis parata ad putredinem eſſe corpora calida & humida, & tamen cap. octauo dicit, q̃ magis parata ad febrem ſunt calida & ſicca, & poſtea calida et humida. Tomas de Garbo dicit corpora calida & ſicca ſunt magis preparata ad febres ephemeras, & cholericas & ad ethicas, cum iſtis natura eorum proportionetur. Corpora autem calida & humida ſunt magis ad febres alias putridas. Et dicit q̃ Auic. prima quarti comparans hæc corpora in calido generali ad febres omnes, dixit q̃ corpora calida & humida uehementer ſunt preparata ad febres, deinde q̃ calida & ſicca ſunt iterum preparata ad febres calidas. Et loquens de iſtis non dixit, deinde poſt illa, ſed dixit, iterum ſunt preparata, & quia forte in ſuo iuditio erat, q̃ calida & humid: eſſent magis parata ad putridas, quam illa ad ſibi proportiõales, ut ephemeras, et cholericas. Ideo primo poſuit illa. Gal. autem octauo metthodi uer̃ loquebatur de ephemeris febribus ad quas ſunt plus preparata calida & ſicca corpora. Ideo ea in primo ordine poſuit: sed

bita trã ſpiratio

Gal. contradictio

Solutio.

dicamus nos, q̃ aliud est querere qđ corpus magis sit paratum ad putredinem, & aliud quod magis sit paratum ad febres: nam non est dubium, q̃ quantum attinet ad febrem quæ est complexio calida & sicca, q̃ calida & sicca corpora plus cæteris ad febres absolute sunt magis præparata ob caliditatem excessiuam suæ complexionis & siccitatem eorum, quæ est lima caloris, deinde calida & humida, in qua caliditas est fortior humiditate, postea calida tantum, deinde sicca tãtum, & postea temperata. Sic cõplexiones ordinauit Gal. in preparatione ad febrem octauo methodi cap. octauo ubi ita scribit. Cum uero octo intemperies in uniuersum sint, ut ostẽdimus, opportunissima ad febres est calida et sicca, propinqua huic est, præsertim quod ad febrem attinet, quamuis ad alia sit deterior, calida intemperies & humida. Tertia ab his est simplex illa in qua oppossitio altera recte se habet, utiq; q̃ ex humido & sicco constat, in altera calidũ exuperat. Quippe opportunior est hæc q̃ cæteræ quæ sequũtur, tũ ut omnibus supradictis occasionibus lædatur, tũ ut ex diarijs in pluriũ dierũ febres trãseat. Huic proxima est q̃ in calido & frigido debitũ modũ seruat, cæterũ siccũ elemẽtũ habet humido præualẽs. Ab hac deinceps media omniũ est.s.q̃ mediocritatẽ in utraq; oppositione seruat. Sed intẽperies quæ maxime omniũ

Calida & sicca corpora ad febres magis parata, đinde calida & humida.

putredinis morbis est exposita hic dicit ẽẽ calidã & humidã, & propterea q, per ipsam sanitatẽ proxime putredinẽ accedit ueluti, tũ ex sudoribus cõijcere est q̃ grauiter his olẽt, tũ uero ex urinis deiectione, atq; etiã ipsa respiratiõe. Etenim *qualis est hircorũ, talis est & taliũ naturarũ tẽperies. Auic. uero eam dixit ad febres esse magis preparatã & in uerbo aliorũ dicẽs.* Dixerũt *q̃dã, q, corpora uehemẽtius preparata ad febres sunt corpora calida & humida, & q̃d sentiat ipse non exprimit, deinde cum dicit.*

TEX.

ERGO neq; mirũ uideri debet, quamobrem febres sequantur plethoram: quoniã per eiusmodi dispositiones multæ obstructiones efficiũtur, ac totum corpus difficulter difflatur. Igitur ex plenitudine q̃ est ad ipsas uires, humores ipsi cito corrũpuntur, neq; euicti, neq; cõcocti probe, quippe q̃ uires cõficientes eos debiliores existant. Lau.

NIHIL igitur mirũ, si ex repletionibus febres eueniunt, etenim obstructiones multæ, atq; uniuersum corpus in huiuscemodi affectibus male difflabile. Sicuti igitur in altera multitudine, q̃ ratione potẽtię dicitur, cito ad corruptionẽ humores deueniũt, q̃m nõ bene cõtinẽtur, neq; cõcoquũtur, quum ea à qua conficiuntur, uis inualida existat. Leonic.

COMM EN. 24.

OSTENDIT quomodo plenitudo ſit cauſa febris, & de plenitudine quo ad uaſa, & de plenitudine quo ad uires: quoniam à plenitudine quo ad uaſa multæ obſtructiones fiunt, & ex plenitudine quo ad uires, humores ipſi cito corrumpuntur: quoniam non bene regulantur à natura. Et in de natura hominis commentario ſecundo non longe a principio ait. Plenitudo duplex, altera ad uires eſtimata, altera ad uaſorum capacitatem. Quæ ad uires eſtimatur, humores ad corruptelã ducit, & fluxionem particulis in corpore imbecilioribus transmittit. Quæ uero ad infuſionem cõſideratur uaſorum adaptiones et rupturas mollitur, iterim mortem ſubitaneam, cum corporis perſpiratus occluſerit. Scribit et in nono metodi cap. quinto ſic. Quòd autem & bis arbitror, & ter, et ſæpius, iterumq; dicendum eſt, qui ita laborant, ſi recte curabuntur, ijs ſanguinis miſſio eſt adhibenda, quando quibus corpus ex ſuccorum abũdadantia inhabile ad tranpirationem iam redditũ tantum caloris congeßit, ut inde iam febricitet, ijs tantum ſanguinis eſt detrahendum, quantũ uires tollerant. Pro certo quoq; habendum, niſi ijs qui hoc per naturã ſunt habitu, id adhibeatur preſidium, fore ut uel ſuffocentur, uel certe symcope omnino periclitentur, niſi (ut dictum eſt) eos uel uirium robur, uel plurimus ſudor, uel largum ſanguinis

Plenitudo, Altera ad uires, altera quo ad uaſa.

In plenitudine, tãtũ sanguinis ꝗ trahẽdũ quãtũ uires tollerant.

guinis ꝓfluuiũ à morte uindicet. At illud uel me tacente constat, ijs presertim qui librum de pleni tudine studiose perlegerunt, quamquam & nunc quoq; à me dicetur, non esse nunc nobis de ea abũ dantia sermonem quæ ad uirtutem comparatur, (quippe quæ nec sic obstruit uenarũ ora, ut refri- gerationẽ prohibeat, nec tunicas earum distendit, nec ruborem, nec tumorem inuehit, multoq; minus uel carnis uel cutis transpirationem moratur) ue rum de ea quæ contineri à uasis ultra non ualet, quæq; ob id ipsum tum perrumpere uasa, tum re- cludere solet, reliquaq; modo dicta symptomata in ducit, obstructionem, distentionem, tumorem, ru- borem, de hac in quam mihi omnis sermo, tum ha bitus ẽ, tum uero habendus. Et ex his patet, q̃ ma le exposuit Thomas de Garbo dicẽs, q̧ hic ꝑ ple- thoram quo ad uirtutẽ intelligit Gal. cacochimiã quæ est repletio ex humore peccante in quali. Error Tomæ de Garbo.

TEX.

QVOCIRCA quæcunq; cibaria gluti nosa crassaq; sunt, morbos cõmittere ma- gis possunt, obstruere enim atq; stipare hu morem ex illis facilius est. Sed non ne con traria scilicet extenuantia & acria, morbos committere possunt? Videtur enim qui al- terutro uictus genere frequentius utũtur, febre similiter prehendi: quia hæc omnia (ut ante diximus) malos humores gigne- Lau.

re assolent. Hæc ergo, ratione ea q̄ malos humores gignunt, febrium causa sunt, alia uero, ratione putredinis, quęcunq; glutinosa, crassaq; existunt.

Leoni. PROPTEREA autem quicunq; cibi glutinosi sunt ac crassi, sunt magis morbis obnoxii. Obstrui enim atq; intrudi eũ qui ab ipsis generatur humorẽ facilius existit. Quid igitur? Non ne contraria ratione acria atq; æstuantia morbosa? Videntur enim similiter à febribus infestari, qui utrãq; uictus rationem nimium seqũntur, quoniam & supra diximus omnes tales mali succi esse. Tali igitur ratione hi ob putredinem autem quicunq; glutinosi sunt ac crassi, febrium sunt causæ.

COMMEN. 25.

INFERT *ex dictis, q̄, cibaria quæ sunt glutinosa & crassa morbos committere magis possunt. Quoniam obstruere atq; stipare humorem ex illis est facilius. q̄, si dicas, non ne etiam contraria his scilicet extenuantia & acria, morbos committere possunt? Videntur enim qui alterutro uictus gn̄e frequentius utuntur, febre similiter prehendi, quia hæc omnia malos humores gignere solent. Respondet q̄, extenuantia & acria sunt causa febris, ea ratione qua malos humores gignunt, sed glutinosa & crassa ratione putredinis*

Glutinosa et crassa morbos magis cõmittere rõe putredi-

nis, deinde cum dicit. *nis.*

TEX.

NEC ſecus partes inflammatione afectę Lau. ratione putredinis accēdunt febrem. Impactus enim in eas qui influxit humor, ubi fuerit natura calidus, quia non bene difflatur, putreſcit. Vbi igitur decurrēs humor fuerit plāe bilioſus, caliditas ſacro igni ſubſimilis occupat partem, ubi ſanguineus inflammationi ſubſimilis, ex ambobus vero miſtus, vel eryſipelas fit phlegmonodes, uel phlegmone eryſipelatodes, nomen quidem ſumens ab humore dominante, denominationem uero accipiens ab altero. At uero ex his omnibus accēditur febris, ratione ſocietatis. Semper enim ſimul cum eo quod incaluit, pars continua calefit, quouſq; affectio ad cor ipſum peruenerit. Nam & continuæ carbūculis partes cum eis ſimul calefiunt, genitis ex ſanguine perq; calido, ſed magis melancholico propter aduſtionem.

PARTES etiam quę inflammationem Leoni. patiuntur, ratione putredinis febres accēdunt, intruſus enim in ipſis influens humor, quum non bene diffletur, putreſcit. Quum igitur fluxio hæc amaræ bilis exquiſite fuerit, caliditas eryſipelatoſa occupat

partem, quum vero fluat sanguis, phleg-
monosa, quum uero humor, ex utrisq; cõ
mixtus, uel fit erysipelas inflammationis
participans, uel inflammatio erysipelatis.
nomen quidem ab humore superabundan
te suscipiens, cognomen autem ab altero.
In hisce autem ominibus communicatio-
nis ratione febris accenditur, semper enim
calefactę proxima pars simul calescit, do-
nec ad cor communicatio pertingat. Nam
& in carbunculis id quod continuum exi-
stit unà calefit, fiunt autem ex sanguine
quidem satis calido, & ad atrę bilis naturã
propter adustionem conuerso.

COMMEN. 26.

DECLARAT ꝙ *etiam partes inflammatio
ne affectæ ratione putredinis febrem accendunt,
quoniam impactus humor qui in eas influxit cum
fuerit natura calidus: quia non bene difflatur, pu
trescit. Postea nomina imponit dicens, ꝙ quoniã
decurrens humor fuerit. &c.* Et *pro intellctu.* No
*taꝙ tumores qui ab humoribus fiunt, aut calidi,
aut frigidi sunt, aut mixti. Calidi, aut fiunt à san
guine bono, & hos phlegmonem Græci uocant,
latini inflammationem, aut fiunt à bile, uel feruẽ
ti & tenui sanguine, uel sanguine & bile calidio
ribus, & hos erysipelas Græci uocant, Latini
ignem sacrum. Si frigidi, uel à tenui pituita*

Phleg-mon. Inflãma tio. Erysipe la, Ignis sa crus.

fiunt

fiunt, & illi ædema uocant, nostri uero laxum tumorem uocare possunt, Auic. undimiam, aut ab humore atræ bilis, uel crassa & tenaci pituita, & hos Scirrus illi uocant, latini duritiem, Arabes Sephyros. Miscentur & aliquando simul hi tumores, & si alter alteri dominetur dominantis nomen preponitur, ut phlegmone dominante erysipelati, phlegmonem erysipelatoden dices. Et si pares sint per copulam coniunges, phlegmonẽ dices & Erysipelas, etiam si trium uel quatuor sit commixtio, secũdo de arte curatiua ad Glau. cap. primo. Postea declarat Gal. modum secundum quem fit febris ex putredine existẽte in parte illa, & dicit q͂ ex his sequitur febris ratione societatis, semper cum eo quod incaluit, pars continua calefit, donec affectus ad ipsum cor deuenerit. Postea in exemplo carbunculi, quem græci antrax uocant, dicit q͂ fit ex sanguine ualde calido, sed magis malancholico propter adustionem, & alia litera Leoniceni dicit ex sanguine satis calido sed cõuerso in naturam atræ bilis propter adustionem, atra bilis uero proprie dicitur quæ fit ex flaua bile superassata, aut ex sanguine crasso secundum Galenum tertia aphorismorũ com. 22. & quarta com. 21. & tertio de locis affectis cap. quinto. Sed 14. methodi cap. 10. carbunculum ita definit, est malum quod ex humore crasso feruenteq; nascitur. Et de eo ita scribit. Inci-

Aedema. Tumor laxus Scirrus. Durities Sephyrus

Quomodo fit febris ex putredine existẽte in parte inflãmatione affecta.

Carbunculus fit ex sanguine satis calido in naturã atr̃ bilis p adustionẽ conuerso

Atra bilis ex fla

uabile su- pera sa- ta fit, aut ex san- guine crasso

Carbũcu lus quid.

pit plerunq; á pustula, aliquando uero & sine hac. Cæterum inter initia in quibus hoc instat, scabunt particulam omnino, mox oritur pustula quædam, qua rupta, ulcus cum crusta gignitur. Sæpe uero non una oritur scabentibus pustula, sed multa exiles ueluti milij semina crebræ in particula residentes, quibus perruptis, similiter crustosum ulcus prouenit. In carbunculis uero qui p Asiam populatim sunt grassati, etiam citra pustulam nonnullis excoriata statim cutis est. Omnibus tamẽ, ut dixi, crustosum ulcus fit, modo crusta ipsa cineris colorem præferente, modo nigrorem. Omnibus præterea his circumposita, caro in summam peruenit inflammationem, non tamẽ colore aspicitur erysipelatis, immo qui adhuc phlegmones colore sit nigrior, ueluti si plusculo rubro minus misceas nigri. Quod autem necessario febricitẽt qui ita sunt affecti, idq; non minus, immo magisq̃ illi quibus trysipelatosa est phlegmone, id utiq; latere neminem potest. Auic. de eo scribit cap. de pruna & igne psico quarto cano. fen. tertia cap. nono, quæ duo dicit fieri de colera citrina adurente permixta melancholiæ, & propter illud accidit ex eis ambobus escara nigra, Et est ignis psicus plus cholericus, & pruna plus melancholica. Et propterea in igne persico est pustula de genere formicæ comestiua: adurens uesicans, in qua est aliquid ambulãs, &

Ex quo pruna, et ignis psi cus.

Quomodo diffe- rãt pru- na & ig nis persi cus

est

est materia cholerica paucæ nigredinis, paucæ concauitatis & cū pustullis plurimis paruis, sed pruna denigrat locum in colore carbonis absq; humiditate, & est nigra, cuius radix declinat ad igneitatem. Sic ergo uult Gal. hic q carbunculus fiat ex sanguine calido adusto, nam cum sanguis aduritur, ut secundo de crisi cap. 12. dixit, & ut infra patebit, pars eius subtilis cōuertitur in cholera, & crassa in melancholiam, quæ ambo p mixta causant hoc apostema.

CAP. IIII. DE FEBRE PESTILENTIALI.

TEX.



ALIDIORES preterea ambientis nos aeris cōditiones (quales sunt circa Canis syderis ortū) potissimum per inspirationem p spicue cor ipsum calefaciūt extrinsecus uero circunfusæ corpori, totū ipsum calidum reddūt, maximeq; arterias, vt quę non nihil substantię ipsius ambientis aeris attrahant. Ex quibus omnibus simul, afficiatur cor necesse est atq; ipsum in primis immodice calefiat, maximeq; febri- Lau.

li dispositione tentetur, atque uni corpori immittat oportet.

Leoni. CALIDIORES autem ambientis aeris status, quales maxime circa Canis ortũ contingunt, per inspirationes quidem manifeste cor calefaciunt, corpori autem extrinsecus circunfusi totum ipsum calidius efficiunt: sed presertim arterias, ut quę ipsius substantię aeris ambientis aliquid trahant, ex quibus omnibus simul cor affici ẽ necessarium, & quum supramodum incaluerit ipsum primum atque principiũ febrilem calorem suscipere, atque ad uniuersum corporis transmittere.

COMMEN. 27.

Quomodo ex cõdictione aeris fit febris in nobis.

INTENDIT *Gal. in hac parte ostẽdere quomodo ex conditione aeris fit febris in nobis, & hæc causa potest reduci ad genus causæ quod fiebat per adhæsum rei calefacientis.* Et *primo ostẽdit qualiter transmutatus secundum qualitatem.* Et *dicit conditiones aeris nos ambientis, quales sunt circa Canis sydus ortum, per inspirationem manifeste cor ipsum calefaciunt, extrinsecus uero circunfuse corpori totum ipsum calidum reddunt & maxime arterias, quoniam talis aer per arterias attrahitur, unde subdit, ut quæ aliquid substãtiæ ipsius ambientis aeris trahant, ex quibus omnibus, simul cor affici necesse est.* Et *cum immodi-*

ce incaluerit, ipsum in primis calorem febrilem suscipere est necesse, atq; ad uniuersum corpus transmittere, deinde cum dicit.

TEX.

VBI vero pestilentes subeant conditiones, inspiratio potissimum causa est. Interdum enim afficitur febris propter humores in corpore aptos in putredinem, quoties animal breuem quãdam occasionẽ ab aere circumfluente susceperit: sed magna ex parte incipit ex aeris circunfluentis respiratione, quem putrida exhalatio infecit. Lau.

IN pestilenti uero aeris statu, inspiratio plurimum est causa. Fit enim & aliquãdo ob eos qui sunt in corpore humores ad putrescendum paratos, quum breuem aliquã occasionem ad febris originem ab aere ambiente acceperit animal. Magna autem ex parte ex inspiratione incipit aeris circunstantis a' putrescibili euaporatione uitiati. Leoni.

COMMEN. 28.

OSTENDIT *qualiter aer transmutatus secundum substantiã generat febrem cum conditione pestilentiali, & qualiter fiat febris pestilentialis.* Et *dicit inspiratio potissimum est causa.i. attractio aeris in conditione pestifera maxime ẽ causa febris.* Fit & *aliquando febris propter humores qui sunt in corpore ad putredinem para* *Qualiter Aer secũdum substãtiã trãsmutatus febrẽ gene*

rat cum cōdictio ne pesti-lētiali Et qualiter fiat feb. pestilentialis.

tos, cum animal breuem quandam occasionem id est temporis opportunitatem ad ipsam ab aere ambiente susceperit, magna autem ex parte incipit ex inspiratione aeris à putrescibili euaporatiōe uitiati. Et *dicit* Auic. *prima quarti* Tract. *quarto cap. primo.* Q*uādo aer fit secūdum istū modum inspiratus perueniens ad cor causa putredinis eius, corrumpit spiritum uitalem in corde contentum, cui contrariatur per se & proprie uenenosus aer, & putrefit humiditas quæ circundat spiritum cordis, uidelicet sanguis qui continetur in uentriculis eius, et accidit excedens caliditas à natura egressa ob putredinem ad quam consequitur inflammatio spiritus & humorum et cordis, & spargitur dicta caliditas putredinalis in toto corpore, cum sit fluxibilis, infectiua uelociter serpens, & eius multiplicās uenenositatem* Et *erit feb. pestilentialis, maligna breui tempore ut plurimum occidens.* Po*stea cū dicit.*

TEX.

Lau. PRINCIPIVM autem putredinis, aut multitudo mortuorum est minime crematorum, quemadmodum in bello fieri solet: aut exhalatio palludis cuiusdam, aut stagni. Tempore æstiuo: atq; interdum immoderatus calor circumfluentis aeris ē principium, quemadmodum in pestilentia quæ Athenienses inuasit (ut Thucydides ait) uiuentes

Pestilentia ex immodera-

uentes homines in paruis tuguriis æstate corruptio afficiebat. Est autem initium pestilentis febris, eo quod humores corporis ex prauo uictu sint in putrefactionem parati. Forsitan autem accidit id propter cõtinuitatem, quod ex Aethiopia fluxerunt quedam mala inquinamenta, quæ iis qui habebant corpora læsioni parata, causæ febris extiterunt. *to calore aeris.*

PVTREDINIS autem principium, uel cadauerum multitudine non crematorum, quemadmodum in præliis contingere solet, aut ex aliquorum, uel lacuum, vel paludum ęstatis tẽpore euaporatione. Contingit autem quandoque præcedere ambientis aeris caliditatem immodicam, quemadmodum in ea pestilentia, quæ Athenienses inuasit, ut Thucydides inquit, Sed in tuguriis suffocantibus æstatis tempore habitantium corpora corruptione laborabant. At quia humores corporum ex uictus prauitate erant putredini obnoxii, hinc febribus pestilentibus origo data est. Forte autem per continuum ex Aethiopia quædã putredinis fluxere contagia, his quorũ corpora erant ad patiendum parata febrium causę futura. Leoni.

COMMEN. 29.

Modus secũdum quẽ aer fit pestiletialis. & causa unde pestilentia causatur

OSTENDIT modum secundum quem aer fit pestilentialis, & causas unde pestilentia causatur. Et dicit q, principium putredinis unde fit pestilentia est uel mortuorum non combustorum multitudo. &c. & interdum immoderatus calor aeris circũfluentis, quemadmodum in pestilentia, quæ Athenienses inuasit (ut Thucydides ait) uiuentes homines in paruis tugurijs æstate corruptio efficiebat. Postea quantum est ex dispositione corporis ait, q, initium pestilentialis febris est, eo q, humores corporis ex prauo uictu in putredinem sunt parati, cũ ad quemlibet effectũ causandum requiratur non solum fortitudo agẽtis, sed dispositio patientis, ut statim dicetur, uoluit utramq; causam tangere. Et forsitan id accidit (inquit) propter continuitatem, quia ex Ethiopia fluxerunt quędam mala inquinamenta, id est putredinis contagia, quæ his quorum corpora erant læsioni parata, causa febris fuerunt. Auic. uero tres assignat causas communes corruptionis aeris in sua substantia: prima est uentus aliquis deferens secum uapores malos aut fumos corruptos ad locum sanum à locis lõginquis fœtidis in quibus sunt loca stagnosa alterata ad putredinem, aut cadauera homnium corrupta in prælio, aut mortua ex peste non sepulta, aut non combusta. Secunda causa est loco propinqua in quo uenit aeris putrefactio, sicut male, foueæ plurimi fœtoris, corruptæ palludes, latrinæ clausæ

non

non habentes euentationem aliquam. Tertia causa est putredines aliquæ in uisceribus terræ, propter aliquas causas quarũ euẽtus à nobis ignoratur, quæ erumpentes interdum uersus terræ superficiem, aquas, & etiam aerem inficiunt. Et sic habes ex his, quomodo fit aer pestilẽtialis, quæ sint causæ facientes aerem pestilẽtialem, & quomodo aer factus pestilentialis facit febrem dictã pestilentialem. Modo uidendum quid sit pestilentia, & quid morbus pestilentialis. Auic. dicit secunda primi doct. secunda cap. nono, quod pestilentia est mutatio in substantia aeris ad malitiam seu corruptionem putredinalem, & est putrefactio quæ accidit aeri similis putrefactioni aquæ stagnantis fœtidæ, & sic sumendo pestilẽtiam, proprie dicitur pestilentia in aere, duas enim tangit ibi Auic. mutationes in aere, etiam prima quarti tracta. quarto cap. primo, Vna est in qualitatibus, ut cum ualde calefit sicut circa Canis ortum, uel ualde infrigidatur. Alia est quam uocat mutationem in natura sua & in substantia, & dicitur mutatio ad putredinem, sicut transmutatur aqua & fœtet & putrescit. Et in hac aeris putrefactione maligna non apparet necessario aeris excessus in calore uel frigore: sed malitia uenenositatis seu uenenosæ putredinis, & hæc proprie uocatur pestilentia aeris. Et est intelligendum quod aer fortius immutat corpus nostrum omni alia re non naturali, quia continue degimus in

Quid pestilẽtia, & quid morbus pestilentialis

Quid pestilentia aeris.

Aer fortius immutat corpus nostrum omni alia re nõ naturali

ipso, & sine eo inspirato non contingit uiuere, tũ quia circunferentialiter circundãs undiq; tangit nos, tum quia subtilitate substantiæ in profundũ corporis ingreditur per uniuersos corporis por ros dilatatione arteriarum atractus. Ipse etiam in se multas patitur mutationes, quoniam ex raritate suæ substantiæ est ualde conuertibilis. Dicũt.n. Astrologi spera solis mouet ignem, spera lunæ aquam, spera stellarum fixarum terram, reliquæ uero sicut Saturni, Iouis, Martis, Veneris, & Mercurii mouent aerem. Et sicut dicit Auic. secunda primi doct. secunda cap. secũdo accidunt aeri mutationes naturales, non naturales, & contra naturam, naturales sunt quæ accidũt ei secundum quatuor tempora anni, & ipsorum principiũ est trãsitus solis de quadrãgulo in quadrangulum sui circuli, maxime enim mutationes quæ à stellis fiunt non sunt nisi à quadraturis suorũ circulorum, ut dicitur tertio de criticis cap. quarto. Immutat autem sol & omnis stella aerem motu & luce, secundum q; in obliquo circulo accidit, & recedit à nobis. Mutationes aeris non naturales sunt quæ sequuntur impressiones cœlestes, & diuersitates terrarum, & maris uentorum, & puluuiarũ. Mutationes autem contra naturam in aere sunt, quæ fiunt ex corruptione eius in substantia, uel alteratione ipsius ad aliquam primarum qualitatum uehementer excessiuam. Intelligendum etiam secũ

Quæ mutationes aeris naturales, nõ naturales, & quæ cõtra naturam.

Sol & omnis stella aerẽ ĩmutat motu et luce

dum

dum Gal. primo de ratione uictus acutorum, q, quatuor sunt genera morborum, quidam enim sũt morbi Epidemij, quidã pestilẽtes, quidã Eudemii, & quidã disparsi, Epidemii sunt morbi qui in tẽ pore aliquo ex mala ãni cõstitutione in regiõe ali qua abũdãt, & hi si pernitiosi fuerint Epidemii pestilẽtes appellãtur, si uero mitiores, simpliciter Epidemii dicuntur, Eudemij uero morbi ab aliqui bus dicti regionales, sunt cõmuniter uagãtes in to ta regione, ut accidit in quibusdam locis, in qui= bus quocunq; tempore propter aquam uel uentũ uel alias loci conditiones homines fere omnes ea= dem laborant ægritudine, Sparsi uero dicũt mor bi omnes alij morbi particulares, ut pleuritis, ter tiana, quartana, qui differenter accendunt, ut eo= dem tempore aliquibus tertiana quibusdam quar tana & sic de alijs, sic enim scribit Gal. com. no= no. Hac oaratione ostendit Hypoc. multos morbos fieri uno tempore, quos si pernitiosi fuerint, pe= stem appellant. Si uero mitiores, altera quadã in= dicant appellatione, epidemos uel epidemios no= minantes. Vt epidemus morbus sit qui tempore anni aliquo in regione aliqua abũdet insolescatq;. Pestis uero, epidemia pernitiosa. Est autem & aliud morbi gñs commune multis quod in re= gione superuenit acceditq;, eudemumq; uel eude mium appellitatur quasi patrium dixeris, aut uernaculum. His autem omnibus aduersantur

Quatuor genera morborum.
epidemii
Pestilentes.
Eudemii
disparsi.

ſporàdes ideſt qui ſparſim priuatimq; præbendũt ægros diſcrepanter fatigantes: Neq; ſecundum cõ munem modum conſtantes. Et dicit primo de morbis uulgaribus non longe à principio. Meminiſſe oportet quoſdam morbos inuadere multos in cõmuni qui .ſ. communes appellantur. Quoſdã ſeparatim quemlibet, quos diſperſos nominauerunt. Inter communes alij publici ſunt, quos uocant eudimus Greci. Alij uulgares qui ab illis, tũ Epidimi, tum Epidimij uocantur, tam enim quatuor, q̃ syllabis quinq; & ſcribunt & enunciant. Horum perniciosiſsimi quiq; peſtilentes uocãtur, qui perinde ac totum uulgarium morborum genus ex cœli ſtatu proficiſcũtur. Inquit poſtea Gal. q̧ de Epidemijs in libro Epidemiorum morborum agitur, & de eudemiis in libro de aquis, aere, & locis. Nullum autem peculiarem librum de peſte confecit Hyppo. quoniam per libros Epidemiorum, illam eſſe unum ex Epidemijs demonſtrauit.

TEX.

Lau. HVIVS enim ſemper meminiſſe oportet toto hoc ſermone, ut nulla cauſa ſine corporis aptitudine efficer̃ poſſit, alioquin omnes qui in ſole diuerſantur æſtiuo, in febrem inciderent, & qui plus æquo mouentur, aut bibunt, aut iraſcuntur, aut moerẽt. Nec ſecus omnes egrotarent circa canis syderis

deris ortum,atq; in pestilẽtia perirent. Sed (ut est dictum)maxima pars generationis morborum est,afficiendi corporis preparatio. Subijciatur ergo pro exemplo in ipso aere inuehi quędam pestilentię semina, atq; eorum corporum quę uersantur in eo, hęc esse variorum excrementorum plena, paratorum quidem ex se ipsis putrefieri,illa sine excrementis ac pura. Atq; addatur prioribus inesse obstructionem meatuum vndiq;,ac plethoram appellatam,ac uitam otiosam in multis epulis & ebrietatibus & veneris usu immodico & cruditatibus:quę omnia prædicta necessario consequũtur. Alijs autem omnibus corporibus puris ac sine excrementis,insit ultra ea quę diximus commoda, bona facilitas spirandi in omnibus meatibus nequaq; obstructis neq; adstrictis, exercitatio uero moderata,ac uictus ratio moderata·Deinde his ita subiectis, cogitabis quo nam modo consonum sit,utraq; corpora affici ab aere putrido in se inspirato. Nonne consonum est hęc statim à prima inspiratione initium putredinis accipere, ac plurimam contrahere labẽ, illa nullo modo,uel paulum affici,ita ut facile ad habitum naturę recurrant? Itidem quoties aeris temperamentum ab ipso na-

turę habitu immoderate recesſit ad humiditatem & caliditatem, peſtilẽtes fore morbos neceſſe eſt, affici autẽ his maxime, eos qui iam prius pleni fuerint humiditate excrementoſa: quemadmodum qui laboribus moderatis, ac victus ratione temperata uſi ſunt, pœnitus impatibiles permanent per omnes eiuſmodi affectiones. Hic ſermo ſuper uno exemplo dictus eſt, ſed in omni genere cauſæ verus eſt. Ac cui libeat integre in eo exerceri, legat librũ de cauſis procatarcticis id eſt externis.

Leonic. OPORTET enim hoc in toto ſermone memoria repetere, quod nulla cauſarũ ſine patientis aptitudine agere poteſt. Alioquin omnes qui ſub æſtiuo ſole commorãtur febricitarent, aut qui nimio motu exercentur, aut uini potu grauantur, aut ira excandeſcentes, aut triſtitia afflicti febricitarent. Alioquin etiam, ut arbitror, circa Canis ortum omnes ægrotarent, ac in peſtilẽtijs morerentur. At, ut diximus, magnam in generatione ægritudinum partẽ habet, eius qui paſſurus eſt, habilitas corporis. Supponatur igitur, ut in exemplis, in ambiente quidem aere nonnulla peſtilentiæ ſemina contineri, ac ea quæ ab ipſo corpora continguntur, nonnulla quidem eſſe ua-

rijs

rijs superfluitatibus plena iã ex se ipsis ad putrescendum parata, nonnulla autem pura atque inutili materia carentia. Ac primis quidem adiũgatur in multis corporis partibus obstructio foraminum, atque ea quæ plethora uocatur, uita otiosa in multis crapulis, ac rei venereæ usibus immoderatis, atque his, quæ necessario omnia quæ nuper diximus consequuntur, cruditatibus. Reliquis uero omnibus corporibus puris ac superfluitatibus omnino carẽtibus, adsint p̃terea ut exacte symptoma, libera ĩ omnibus meatibus spiratio, eis non obstructis neque adstrictis omnibus existentibus. Exercitia etiam sint moderata, uictus temperatus, ac deinceps his suppositis, cogita quomodo utraque corpora affici sit necessarium ab eo quem inspirat aere pestilenti. An non rationabile est illa quidem statim a prima inspiratione principium putredinis sumere, ac plurimum in malo procedere? Quæcunque autem munda sunt, ac superfluitatibus carent, nonnulla quidem nihil, nonnulla uero minimum mali sentire, ac facile ad naturalem habitum habere regressum. Sic & quum aeris temperatura à naturali habitu ad caliditatem atque humiditatem immodice fuerit conuersa pestilentes quidem oriri

morbos est necessarium, plurimum vero eisdem laborare quicunque fuerint superflua pleni humiditate, quæmadmodum qui modicis laboribus se exponit, ac victu utitur moderato, in omnibus huiuscemodi dispositionibus nullam omnino sentit offensionem. At hic quidem sermo in uno profertur exemplo, sed nihilominus in omni gñe causæ veritatem complectitur, & quicunque integre in eo uult exerceri, de præincipientibus causis legat librum.

COMMEN. 30.

Maxima pars morborũ p̃paratio corporis afficiẽdi

In hac parte uult declarare, q corpora munda non patiuntur à pestifero aere: sed immunda solum, & primo presupponit, q nulla causarum potest agere sine aptitudine patientis. sed maxima pars generationis morborum ẽ afficiẽdi corporis preparatio, & hoc probat, quoniam si nõ sic esset, tunc omnes qui sub æstiuo sole commorãtur febricitarent, & ita omnes qui plus æquo mouentur, aut bibunt, aut irascuntur. &c. similiter omnes in pestilentia perirent, & experientia apparet in contrarium, & patet cõsequẽtia: quoniam cum in omnibus causis dictis agens & effectiua causa sit eadem apud omnes; si non requiritur aliqua diuersitas ex parte patientis, ita unus febriret sicut alter. Secundo supponit q in aere nos circundante sint aliqua semina pestilen

tiæ

tiæ dicens, subijciatur ergo pro exemplo in ipso aere inuehi quædam pestilentię semina. Tertio *supponit aliqua esse corpora plena superfluitatibus ex se preparatis ad putredinem, & aliqua munda & pura dicens.* Atq; *eorum corporũ quę uersantur in eo hæc esse uariorum excrementorum plena, paratorum quidem ex se ipsis putrefieri.* Alia *sine excrementis ac pura, atq; addatur prioribus inesse obstructionem meatum undiq;, ac plethoram appellatam, ac uitam otiosam in multis epulis & ebrietatibus, & rei uenereæ usibus, & cruditatibus, quæ omnia prædicta necessario consequuntur, alijs autem omnibus corporibus puris ac sine excrementis insit ultra ea quæ diximus quõmoda, bona facilitas spirandi in omnibus meatibus nequaq̃ obstructis, neq; ad strictis, exercitatio uero moderata, ac uictus ratIo moderata.* His *presuppositis, quærit* Gal. *non ne consonum est hæc statim à prima inspiratione initium putredinis accipere, ac plurimam contrahere noxam, illa nullo modo, uel paulum affici, ita ut facile ad habitum naturæ recurrant.* Et *tandẽ sic cõcludit ibi* Gal. *soluens quæstionem.* Itidẽ *quoties aeris temperamentum ab ipso naturæ habitu immoderate receßit ad humiditatem & caliditatem, pestilentes fore morbos necesse est, affici autem his maxime eos, qui iam prius pleni fuerint humiditate excrementosa, quemadmodum qui la*

boribus moderatis ac uictus ratione temperata usi sunt, penitus impatibiles permanent per omnes eiusmodi affectiones. Postea inquit, *q. dictus sermo solum fuit in uno genere causæ, tamen est etiã uerum in omni genere causarum febriũ, scilicet q. corpora munda non patiuntur ab illo, sed immunda.* Deinde cum dicit.

TEX.

Lau. EGO vero præsenti libro parcens longitudini vno capite omnem eum comprehendens, finem faciam. Oportet enim in unoquoq; causarum genere scrutantẽ qua potissimum facultate morbos committere soleat, deinde considerare congruentes & repugnantes ei dispositiones corporum: scientem ut congruentibus quidem prompta læsio est, aduersis autem ac repugnantibus quantam vim habeat & magnitudinẽ cõtrarietas, tantũ inuicti permanebũt. Ipse nãq; uidi nõnunq; eueniẽte tali cõditione, qualem Hyppo. in oppido Cranone fieri dixit, carbũculos grassatos non paucos, quorum generatio, & alia omnia eo quo ille scripsit modo, plane fuerunt. Quinetiã quæcunq; tertio libro Epidemion in pestilenti scripsit conditione, ea etiam omnia p aliam similem illi conditionem similiter extiterunt. Summa eorum (ut ipse Hyppoc. dixit)

dixit) putredo fuit, atq; id ipsi cognoscentes, statim incipiente conditione quæcũq; corpora vidimus humida, statim quo vis modo exsiccare tentauimus: quæcunq; uero sicciora pristinam naturam in his custodiuimus: quæcunq; uero excrementis plena, purgationibus sanauimus: quascunq; uero obstructiones meatuum, soluimus atq; aperuimus.

Equidem ego in presentia prolixitati parcens, uno capite vniuersa comprehendẽs, finem sermoni constituam. Oportet siquidem in omni causarum genere diligenter aduertere, ex qua maxime potentia ægrotare contingat, deinde corporum dispositiones, tam quæ eidem consentiunt, quam quæ aduersantur considerare, illud pro cõperto habentes, quod quęcunq; consentiẽtes sunt facillime lęduntur. Contrarias autem ac remittẽtes, quantum viribus ac magnitudine contrarietas valet, tantum inuictas perdurare contingit. Vidi ego aliquãdo in tali temporis statu, qualem ait Hipp. in Cranone fuisse, non paucos carbunculos grassari per populum, quorum erat generatio eadem omniaq; alia quęmadmodum scribit Hyppoc. exquisite similia, & quidem quæcunq; in tertio libro, qui Epi

Leoni.

In omni genere causarũ diligenter aduertere qua facultate morbos committere soleat, deinde corporũ dispositiones, cõsiderare.

demia inſcribitur, de peſtilenti aeris ſtatu ab Hyppoc. referuntur, in altero eidem ſimili pari modo euenerunt. Erat autem eorum ſumma, ut oſtendit Hyppoc. ipſa putrefactio, quod cum nos præuidiſſemus, ſtatim ab initio quæcunq; corpora humida videbamus omni via exſiccare cōabamur. Quæ vero ſicciora, in his antiquum habitũ conſeruabamus. At in quibus superfluitates redundabant, hæc purgationibus ſanabamus, obſtructiones autem foraminum aperire atq; abſtergere ſtudebamus.

COMMEN. 31.

PRAEMISSA *excuſatione, ponit hanc regulam. Oportet in omni cauſarum genere diligẽter aduertere qua facultate morbos committere ſoleat, deinde corporum diſpoſitiones, tam quæ ei conſentiunt, quam quæ aduerſantur conſiderare, deinde oportet te ſcire, q, conſentientibus prompta eſt læſio, aduerſis autem ac repugnantibus, quamtam uim habeat & magnitudinem cõtrarietas, tantum inuicti permanebũt, deinde cum dicit ipſe uidi nonnunquam, oſtendit ipſum regulã obſeruaſſe, & clara ſunt omnia quæ dicit: ſed cũ humiditas, plenitudo, & obſtructio in corpore maxime ſint cauſa putredinis, de his precipue mentionem fecit. Et niſi preuiſio prædicta facta fuiſſet, corpora illa cito febrem peſtilentialem incuriſſent.*

ſent. Et propterea Auic. prima quarti in preſeruatione corporum á peſtilẽtia. Oportet ut extrahantur â corpore humiditates ſuperfluæ, ut ſi ſanguis ſuperfluxerit minuatur de uena media uel baſilica, niſi natura fluxo aliquo ſanguinis per nares, aut aliam uiam ſe ſufficienter purgare aſſueuerit, & ſi alius humor peccet, purgetur pharmaco ſibi propitio. Et inclinetur regimen ad exſiccationem omnimodam ſuperfluentium humiditatũ & repreßionem humiditatis, tam membrorum, q̃ naturalium humiditatum, quoniã humiditas preparat ad cito & facile recipere infectionem & putrefactionem ab aere putrido, nõ tamẽ, inquit, exercitio corpus eſt exſiccandũ, quod non uidetur uerum, Quoniam exercitium & frictiones bonã ſpirationem operantur, quam Gal. numerauit inter conditiones quæ corpus ineptant ad recipiendum putrefactionem. Etiã ibi Gal. inter illas enumerat exercitia moderata. Sed dicendum, q, exercitium moderatum ante peſtilentiam obſeruatũ reddit corpora ineptiora ad recipiendũ infectionem putridi aeris dum peſtilentia aduenerit, quoniã corpora à ſuperfluitatibus premũdauit. Etiã exercitium moderatum tempore peſtilẽtiæ extra aerem peſtilentiæ preſeruat corpus ab infectione putredinali. In aere tamen peſtilentiali exercitium non conuenit, quod magnum & frequentem inducat anhelitum, quo ſæpe aer multus ad cor at

Exercitium modeꝛatũ inter conditiones quæ corpus ineptant ad recipiendum putrefactionem

Tria genera pestilētiæ.

trahatur putredine infectus. Tria autem genera pestilētiæ describit Rasis quarto Almāsoris cap. 25. Primū est quod est ex putrefactione aeris & corruptione in substantia eius. Secundū est quod ab excedētibus caliditate & siccitate aeris cōtingit. Tertium est quod generaliter plantas corumpit, & bruta & homines. Et de primo dicit q; plerumq; in fine æstatis & autumno accidere solet. Quapropter si in æstate euenerint pluuiæ, nubes quoq;, & pluuiarum multitudo nocte & die p manserit, & meridionales uenti multi perflauerint, et aer etiam ita quietus sit, q; non moueatur, & cum hoc etiam meridionalis uentus turbidus existit, à carne & uino & confectionibus de melle factis & fructibus recentibus & dulcibus & balneo & lauacro aquæ calidæ omnino abstinēdū erit. De uino dicit Iac. de partibus prima quarti cap. de preseruatione á pestilentia. Credo didicisse multis experimētis in me & in alijs, q; in his frigidis regionibus uinum subrubeum aut album uiride lymphatum moderate sumptum tunc non parum prodest, quia cor confortat, digestionem adiuuat, meatus aperit, oppilationes aufert, audaciam prebet, pusillanimitatem & timorem minuit. De Tyriaca & mitridato dicēdū, q; sua proprietate specifica & forti exsiccatione exsiccante corpora ab humiditatibus malis defendunt homines à uenenis & á putredine praua pestilentiali.

vinū

Quale uinum in r̄gionibus frigidis prodest, & qūo.

Tyriaca & Mitridatus ho

tiali. Vnde Gal. in libello de commoditatibus tyriaca. Inuenta autem est nobis antidotus illa in pestilentialibus constitutionibus, sola his quæ occupantur auxiliari potens nullo auxilio magnitudini huius paßionis obsistere sic queunte. Velut. n. fera ipsa pestilentia non paucos aliquos: sed ciuitates totas depascens corrumpit nequiter, uersione quadam maligna ad posse corrũpere circa aerem facta, & hominibus respirationis neceßitate nequitiam illam effugere non potẽtibus: sed ad se ipsos uelut deliteriũ aliquod attrahẽtibus ipsum aerem. Et parum infra ait. Eodẽ modo putamus & tyriacam uelut quendam & ipsam ignem purgatorium eos quidem qui prebibunt eam in pestilentiali constitutione nullatenus sine re occupari ab hoc malo, eos uero qui iam anticipauerunt pati sanare posse, permutãtem & uertentem replasmati aeris malignitatem, & nequaq̃ permittentem corrumpere singrißim idest concretionẽ. Quo circa ego consulo propter has quæ fiunt repente circa aerem cõstitutiones & propter alias nocentium causas accipere de hac ãtidoto frequẽter etiam sanum existentẽ, etenim his quæ extrinsecus occurrunt resistit corpus scilicet per uirtutem tyriacæ, & quando iam patitur facile sanatiuam inuenies, hæc enim uelut eucrasiam quãdã & sanatiuam consistentiam efficit corporibus, cõsumens superfluas humiditates & calefaciẽs infri

mines á uenenis & á putredine pestilentiali defendunt.

gidatas partium, & innatam uirtutem roborans. Et Auic. prima quinti trac. primo cap. primo ait. Illi qui tyriaca utuntur in hora sanitatis, non nocent uenena, & impediuntur in eo nocumenta, & fit securus ab ægritudinibus paßiuis ut pestilẽtia. Et dixit cap. 10. ꝙ est magis iuuatiua mitridato in re una, & est uenenum serpentum. In reliquis uero rebus non minuitur mitridatum à Tyriaca diminutione de qua sit curandum, immo est magis additi in pluribus eorum iuuamenti et cõfidentioris utilitatis. Et dixit in secundo de uiribus cordis cap. quarto, ꝙ nulla medicinarum cõpositarum æquiperatur istis in conuenientia ad complexionem humanam & conferendo ei in cõfortatione ac letificatione cordis, & ablatione tristitiæ nec non in obuiando uenenis, ac morbis uenenosis, & ꝙ sapientes speculatores determinant, ꝙ dirrectio ad compositionem istarum medicinarum scilicet tyriacæ & mitridati proceßit ab inspiratione ac prouidentia diuina, aut à re inspirationi simili, etenim deductio rationis non ꝑtingit efficaciam compositionis ipsarum. Notat postea, ꝙ homo calidæ complexionis in calida regione existens non debet uti istis nec alijs confectionibus calidis nisi in neceßitatibus manifestis. Sed temperatæ complexionis quando utitur altero ipsorum tempore temperato aut frigido, & in quantitate moderata prosunt ei ad cõfortatio-

Tyriaca magis iuuatiua Mitridato in re una.

Nulla medicinarũ conpositarũ eq̃peratur tyriacæ & mitridato ĩ cõueniẽtia ad cõplexionẽ humanã

Nota

Hõ calidꝫ complexionis in regione

nem

nẽ cordis maximo iuuamento & conseruant sanitatem in ipso, atq; securũ efficit ab incursu pestilentialium accidentium & prauis humorum motibus, atq; læsionibus obuiant uenenorum, cũctasq; uirtutes eius corroborat, & uitæ longitudinem ei præstat, nec opera quæ ex his procedunt, ex uehemẽtia caliditatis aut frigiditatis procedũt sed ex nobiliori proprietate ipsorum, tam proprietate simplicium, q̃ ex proprietate eis ab extrinseco data. Et Raby Moyses dixit, q̄ ualde plus confert tyriaca sua specifica proprietate & sua exsiccatione prohibente putredinem, q̃ noceat sua caliditate, quoniam datur in ualde parua quãtitate. Res autem datæ in parua quantitate per modicam qualitatem modicum operari possunt, quæ tamen per formam specificam multũ operãtur, quoniã qualitas in actione plus requirit quantitatem, q̃ specifica forma, cũ ipsa sit res materialior, nam paruißima res in quantitate reperitur magnã facere impreßionẽ à specifica forma, ut patet tertio de locis affectis cap. 7. de pũctura scorpionis totũ corpus enormissima mutatione afficiẽte Et datur cõmuniter q̃ tyriaca á quãtitate lupini usq; ad. 3. i. ad plus, & nulla regula certe quãtitatis dari poteſt in hoc, sed addẽdũ & minuẽdũ secundũ uirtutẽ infirmi fortẽ aut debilẽ & cõplexionẽ calidam aut frigidã, & ætatẽ, & regionẽ, & cõsuetudinẽ, & speciẽ uenerii & par

calida existẽs nõ debet calidis confectionibus uti.

Quomodo homini prosunt Tyriaca & Mitridatũ, & adque.

Nota

In actione qualitas plus requirit quãtitatẽ, q̃ specifica forma

De quantitate Tyriacæ dãda

tem propinquam patientem uel longinquam, dat autem eam Auic. cum diuersis, in diuersis casibus, ut in tussi antiqua, dolore pectoris, & lateris cum aqua mellis, aut iuleb si fuerit febris. In rigore *autem cum aqua, si times calefactionem, & cũ uino, si uis addere calefactioni. &c.* Etiam dari *potest cum his quæ ipsam ducant ad partem, ut ad matricem & uias urinæ cum decoctione assari.* Et Gal. *in trac. de tyriaca cap. sexto miscuit Tyriacam cum oleo rosato & apposuit malis ulceribus, ut melius ipsa penetraret, & partem confortaret, & inuenit effectum laudabilem. Sed dices Tyriaca uirtutem habet expellendi uenenosos humores ad cutim, si interius exibeatur.* Ergo qui *in antrace eam exterius applicant manifeste errant: quoniam illa expellens à se humores uenenosos, ad intra eos expellet.* Dicendum *q̃ bene faciunt: quoniam eosdem effectus facit* Tyriaca ex*terius applicata quos facit interius exhibita, quoniam ad cutim applicata, per uenas & arterias quæ ad cutim terminantur ingreditur corpus, & cum ipsa est intra expellit à se humores uenenosos, sicuti si fuisset per interius exhibita.*

Tyriaca cũ oleo Rosato malis ulceribus apposita

Dubitatio.

Solutio.

TEX.

Lau. SED hæc quidem iam quodam modo ad medendi methodum pertinent, & scilicet in eo opere fusissime dicentur. Nunc autem eorum mentionem feci, sequutus ser-

monẽ

monem docentem quo nam modo ab una causa exuperante quidam prehenduntur febre, alij impatibiles permanent. Dispositiones enim corporum dissimiles; multiformesq; sunt: & idcirco quidam facile uincũtur, ac promptissime patiũtur à causa agẽte, alii inuicti penitus & impatibiles sunt, aut difficulter patiuntur. Ad eius rei demõstrationem coacti sumus mentionem fecisse etiam curationis, perinde ut Hyppoc. facientes, qui alicubi eodem quodam modo celebre illud verbum adscripsit. Id autem sanatio ipsa indicat.

SED hæc quodammodo artis curatiuæ propria esse videntur, neq; dubitandum ẽ quin plenius de hisce sit à nobis in eo loco dicendum. Nunc vero de ipsis volui facere mẽtionem, quum eum prosequeremur, sermonem, in quo quemadmodum ab eadem causa inualescente, nonnulli quidem a febribus corripiuntur, nonnulli autem illæ si perseuerant, exponeremus. Quum enim corporum dispositiones dissimiles sint ac multiformes, quædam facile alterantur ac patiuntur a' causa in ipsa operante, quædã insuperabiles ac impassibiles omnino existant, quędam cum difficultate patiuntur. Ad huius vero rei demonstrationem coa- Leonic.

cti sumus etiam curationis meminisse non aliter quam affert Hyppoc. qui quodam in loco per similem modum uulgatissimum illud dictum conscripsit: ostendit autem curatio.

COMMEN. 32.

SED qualiter homines à pestilentia preseruentur, & qualiter repletio est euacuanda, & obstructio aperienda in lib. de methodo medendi fusissime dicentur. Cum uero dicit nũc autem eorum mẽtionem. & c. reddit causam quare de his hic mentionem fecit, & quod dicit est clarum. Et coa*ctus est fecisse etiam curationis mentionem perinde ut* Hyppoc. *qui secunda aphorismorum. 12. celebre illud uerbum ad scripsit. Id autem sanatio ipsa indicat. Aliquando etiam curationes indicãt qualiter dispositiones corporum faciunt ad generationem febris putridæ.*

TEX.

Lau. PRAECAVTIO igitur secundum talem quendam modum sanatio est, Quando & ipsa nomina sępenumero confundũtur apud medicos. Vt enim alio libro diximus, omnis medici operatio corporis ipsius uitia corrigit. Sed nihil ad proposita huiusmodi nominum subtilitate egemus. Siue enim seces in duo nomina totum id, sanationem ac pręcautionem, siue in unũ

ambo

ambo colligas,ſanationem appellans: non paruo argumento eſt,non omnes ab eiuſ-modi cauſa ſimiliter affici,diſpoſitio corporũ q̃ prohibita ſũt corripi Epidemiis ac peſtilentibus morbis. Vnum enim primũq; conſilium in omnibus Cõmune eſt, ut corpus maxime uacet excrementis, & ad tranſpiratum habile ſit: ſecundũ uero poſt hoc, ut exuperanti cauſę repugnes , quoad fieri poteſt. Quibus uero contraria horum inſũt,ocyſsime patiũtur,maximeq; ęgrotãt. EST igitur & quę pręcuſtodia dicitur,curatio quodãmodo,ſed ipſa uidelicet nomina apud medicos ſępius confunduntur. Sicut enim in altero libro eſt à nobis oſtẽſũ, omne medici opus ẽ errorum qui circa humanum corpus eueniunt correctiuum. Sed nihil iſta ſermonis ſubtilitate hoc in loco ĩdigemus: ſiue enim in duo nomina diuidas omne opus,curationem,ac pręcuſtodiam, ſiue ambo in unam colligens curationẽ nominaris,nõ paruam coniecturam affert eorum diſpoſitio,qui à peſtilentibus, atq; in populum graſſantibus morbis affici pro-hibentur, q; non æque omnes ab eadẽ cauſa patiantur. Vna ſiquidem ac prima eſt in omnibus cõmunis intentio , q; corpus q̃ maxime ſuperfluitatibus vacet,atq; opti-

Leoni.

me ſpiret. Secundo loco poſt hoc, ut præpotēti cauſæ quo ad eius fieri poteſt aduerſeт̄. At quibus horū contraria inſunt, celerrime capiuntur ac ꝗ̄ maxime laborant.

COMMEN. 33.

DICIT *præcautio ſeu præcuſtodia dici poteſt quodāmodo ſanatio, inquantum ſcilicet remouet aliquid iam in corpore exiſtēs: sed in quantū prohibet futurum, dicitur præcuſtodia. Et ideo hæc nomina apud medicos ſæpenumero confunduntur. Nam ſicut oſtenſum eſt tertio artis medicinalis omnis medici operatio ipſius corporis uitia corrigit, sed hoc in loco inquit non egemus huiuſmodi nominum ſubtilitate: ſiue enim totum id ſcilicet ſanationem ac præcautionem, in duo nomina diuidas, ſiue ambo in unum colligas, id eſt ſolum ſanationem appelles, non paruum inditium eſt, diſpoſitio eorum qui prohibentur affici* Epide*mijs et peſtilentibus morbis, q, non omnes ab eiusmodi cauſa ſimiliter afficiuntur.* Nam *una prima intētio omnibus communis eſt, ad hoc ut probibeantur capi ab* Epidimia, *ut corpus maxime uacet excrementis, atq; optime ſpiret, & hæc eſt potiſsima, ſecunda eſt ut exuperanti cauſæ, quo ad eius fieri poteſt, repugnes.* Quibus *uero inſunt contraria modo dictis, ut quibus ineſt repletio & oppillatio & ſimilia, ocyßime patiuntur, & maxime ægrotant.*

De-

DE REPROBATIONE PONENTIUM *tium omnem febrem esse putridam.*

CAP. V.

TEX.



ED quoniam febrium pestilentium mentionem feci, ex putredine omniũ ortum habentium, par est incumbentem animo ad hũc sermonem explicãdũ hoc loco scrutari de antiqua opinione, omnẽ febrem consistere ex humorum putredine dicentem. Videntur enim ita sentire ii qui ab Atheneo fluxerunt, non obscuri quidẽ uiri in hac arte, presertim in ea que est de febribus scientia. Lau.

SED quoniam de febribus pestilentibus facta ẽ mentio, quæ omnes a putredine ortum habent, operepretium uidetur, ut hoc loco sistentes sermonẽ, de antiquo dogmate consideremus, omne febris genus ex putredine fieri asseuerantem. Siquidem eius sentẽtie esse periclitatur omnis ab Atheneo chorus, uiri tum in ceteris que ad artẽ pertinent, tum presertim in febrium contemplatione minime contemnendi. Leonic.

COMMEN. 34.

HIC duo habes primum. Omnem febrem pestilentialem esse putridam, cum dicit ex putredine omnium ortum habentium. Secundum est de antiqua opinione dicente omnem febrem ex humorũ putredine consistere. Circa primum communiter dubitatur, quoniam in febre pestilientiali non alteratur pulsus neq; urina magna alteratione Auic. prima quarti tract. quarto cap. primo, sed bene in febre putrida. Item hæc febris non est sanguinea, nec cholerica, uel melancholica, nec phlegmatica: sed ab illis omnibus authores faciũt diuersum tractatum febris pestilentialis. Item in pestilentiali feb. in principio statim nulla concoctione precedente dant medici pharmacum, quia materia est uenenosa statim uirtutem prosternens. Etiam in ea dãtur multa accetosa & adstringentia, hæc hautem non conueniunt in putridis. Item febrientes febre putrida non incitantur ut comedant, quoniam non pura corpora, quãto plus nutries, tanto magis lædes, sed bene febrientes febre pestilentiali. Vnde Auic. cap. tertio plurimi eorum qui uiriliter agunt super cibum & uiolenter comedunt absoluuntur & uiuunt. In oppositum est hic Gal. quoniam in ea sunt signa putrida, ut caliditas inordinata, siccitas linguæ, fortis inflammatio anxietas, angustia anhelitus, & multum constringitur ob multos fumos expellendos, nausea, casus, appetitus, dolor oris, stomaci,

Febris omnis pestilentialis putrida.

Dubitatio.

Secundo

Tertio.

Quarto

In oppositum.

sudor fœtidus. Etiam hæc febris curatur quemadmodum putrida cum sectione uenæ, purgatione, digestione humorũ putridorum & sic de aliis quæ fiunt in putrida. Vnde dixit Gal. febrem pestilentialem uenire in omnibus in quibus humores sunt apti putrescere, ut in oppillatis & non transpiratis: quoniã ex putredine illorum fit. Et dicebat Auic. q aer putridus in pestilentia perueniens ad cor putrefacit quod circũdat cor de humiditate & accidit caliditas egressa á natura, clarum enim est quòd Gal. in libro de modo medendi dedit nobis methodum curandi omnes morbos, alioquin fuisset diminutus, & patet ex ipsomet in hoc primo cap. sexto ubi dicit, corpora humida statim exsiccare tentauimus, quæcunq; uero licciora, pristinam naturam in his custodiuimus, quæcunq; uero excrementis plena purgationibus sanauimus, quascunq; uero obstructiones meatuum, soluimus, atq; aperuimus. Subiungit. Sed hæc quidem ad medendi methodum pertinent & in eo opere fusissime dicentur, ut libro undecimo, ubi ponit curam febrium putridarum. Eodẽ igitur modo procedẽdũ in cura pestilẽtialis febris, quo & in cura aliarum putridarum. Regula enim ẽ apud oẽs medicos. Quòd morbus et causa morbi indicant de sui remotione per contraria. Igitur cum febris pestilentialis morbus sit, qui est calor naturalis mutatus ad igneum, pro isto indi

Secundo

Eodẽ mõ procedẽ dũ in cura pestilentialis febris, quo et in cura aliarum putridarũ.

gemus infrigidantibus & humectantibus, & cum eius causa sit putredo & obstructio, indigemus apertione, ita etiam in aliis putridis. Quòd si dicas in febre pestilẽtiali ẽ uenenositas. Igitur in illa oportet tẽdere uenenositati & nõ putredini. Dico q ibi uenenositas est symptoma quod putredini accidit. Ideo si tanta sit, ut poßit uirtutem prosternere, oportet solum illi attendere, relicta causa ipsius morbi, si uero uenenositas sit pauca, attendendum est causæ scilicet putredini qua remota remouetur symptoma & morbus, siccuti etiam in putridis, nam si febris sit ardens cum fortissimo dolore capitis, adeo ut tale symptoma sit aptum prosternere uirtutem, tunc attendimus primo illi, & non causæ facienti morbum. Et q uenenositas sequatur putredinem patet ex Gal. sexto de locis affectis cap. quinto, ubi loquitur de uteri affectibus, ibi enim querit, An in animantibus corruptio aliqua nasci poßit adeo uehemens ut ueneni, tum qualitatem, tum uires æquet. Et dicit q, qui super hoc disputasse uidentur eosdem fieri effectus concedunt, & à lætalis ueneni potione, & á corruptione, quæ ex corpore scaturire potest. Et tunc ad obiecta predicta, cum dicis, q Auic. dicit q in pestilentiali non alteratur pulsus & urina magna alteratione. Respondet Con. differentia 94. q huius febris & suæ causæ malitia interdum talis & tanta est q

Uenenositas symptoma putredini accidẽs.

Attendẽdum primo illi qđ magis urget

Ad primũ arg. Quare ĩ febre pestilentia

natura

natura terretur & non audet febrem hanc inuadere neq; causam ipsius, sed refugit ab eis, & sic nihil mittit ad exteriora uel ad menbra naturalia quibus immutentur pulsus & urina, immo febris & causa eius sine resistentia infirmum interimunt: sed hæc responsio communiter reprobatur, quoniam naturale est cuilibet passo quamtũ sibi possibile est, suum repellere contrarium, & in patiẽdo reagere. Etiã manifeste uidemus animalia quæ quasi nullius fortitudinis sunt cõparatione ad homines se defendere quando opprimuntur, ut si caudam uermis calcibus opprimas ipse caput errigit, ut te mordeat, & dicit Gentilis licet in multis pestilentialibus intus sentiatur caliditas & inflammatio, in aliqua tamen non percipitur intus multitudo caloris, & hoc quãdo accidit putredinem humorum esse similem putredini aeris. Aer enim pestilentialis habet malignitatem, & non habet excessum magnum in gradu caloris. Cum ergo consimilis putredo fit in nobis, tunc est febris putrida maligna ex uenenositate materiæ, non tamen sentitur multa caliditas, Et est febris lenta. Et ideo pulsus non alteratur magna alteratione quantum ad differentias pulsus quæ sequuntur exceßum caliditatis, & non fit magnus uelox & frequens scilicet frequentia sequente excessum caloris, sed alteratur magna alteratione quantũ ad differentias pulsus quæ se

li non alteratur pulsus et urina magna alteratione.

Reprobatio

Respõsio Gentilis

quuntur defectum uirtutis. Et ideo pulsus erit d̄bilis & inordinatus. Sed cõtra dices. Si parua caliditas cum uenenositate posset febrem causare. tunc, ut dixi superius, dato alicui ueneno frigido interficiente, ipse febriet, quoniã cũ parua caliditate in eo adest uenenositas, quod non est dicẽdũ, cum ibi nulla sit causa inducens caliditatem febrilem. Item febris pestilentialis febris est humoralis, ut dixit Gal. Ergo quo ad ipsam debent pulsus esse ueloces & frequentes. Item Gal. octauo methodi in principio quando caliditas in homine adeo aucta est, ut & ipsum contristet & operationem lædat dicitur febris, & quando non facit ista duo, quantum uis sit homo nunc calidior, quam ante, non dicitur febris. Et primo de tuenda sanitate dixit, q̃ febres leues quæ non impediunt hominem á consuetis operationibus non dicuntur morbi, & loco exempli loquitur. Item hoc contradicit Auic. cap. de eius signis, ubi dicit q̃ ipsa est in exterioribus corporis partibus quieta & remissa, sic q̃ eius calor nõ multum mordicat, pungit, & inflammat manum tangentis. Et ebulliens, & conturbans interius, Ebulliens quidem ex inflammatione sanguinis cordis & spirituum eius à putredine, conturbans uero uenenositate cordi naturæ humanæ inimica. Et de urina dicit Dinus, q̃ in febre pestilentiali non fit principaliter nocumentum circa epar, sed circa partes cordis

Margin notes: Secundo — Tertio. — Quare febris pestilentialis in partibus corporis exterioribus quieta, interius ebullit & cõturbat. — De urina in febre pestilentiali.

dis. Et ideo superfluitas, quæ ab epate deciditur non alteratur alteratione magna. Immo potest esse naturalis in colore, substantia, & sedimine, et ille cuius est tendit ad mortem, sicut etiam uidetur in alijs morbis, ut ptisi, in qua urina non est multum permutata à naturali, & tamen infirmus tendit ad mortem. Et causa huius dicunt aliqui est, quoniam febris pestilentialis interficit ob nocumentum, quod accidit uirtuti uitali. Sed digestio fit per uirtutem naturalem. Modo poßibile est uirtutem naturalem facere operationem suã, uirtute uitali tendente ad destructionem, ut dicit Auic. primo can. cap. de uirtute uitali: sed tunc stat dubium, quomodo in hac febre quæ putrida est poßit stare cum malignitate spiritus cordis, bona spiritus epatis dispositio, cum spiritus cordis sit illi perfectior. Et propterea aliter dicẽdũ censit Iacobus de partibus prima quarti, uidelicet q̃ aer pestilentialis generans hanc febrem potest esse sub tepido calore uehementer uenenosus, qui sua uenositate cor interimit priusq̃ manifestetur febrilis calor in exterioribus, aut in pulsibus, aut in tinctura urinarum. Immo dicit, q̃ aer ille sua uenenositate in corde receptus post occidere, nulla febre inducta. Vnde inquit. Vidi enim temporibus meis latrinarum & fouearum mundatores aliquos intrantes foueas maximi foetoris, ubi illico moriebantur. Et Epidemiali tempore uidi aliquos afferentes mihi suas urinas, quorum teti

Dubitatio.

Nota

gi pulsum, & neq; urinam, neq; pulsum reperi multum alteratum à naturalitate, quorum ali qui eadem die moriebantur, alii in crastino. Et quod mihi mirabilius fuit, & me magis terrens, uidi duos ad me uenientes, qui consilio habito recesserunt à me, & prius quam ad hospitium redere possent ubi locati erant interierāt, quod non distabat á domo mea plusq̄ tractu unius arcus. Ad secundum preargutum, dicitur q̃ hæc febris potest esse de quocunq; humore qui circa partes cordis putrefit hac mala putredine pestilētiali. Auic. uero, & Docto. alij de ea fecerunt diuersum trac. quoniam licet causa huius febris sit humor putridus, tamen ipsa differētiam habet ab alijs putridis secundum quasdam accidētales conditiones anexas, habet enim aliā causam, ut aerem putridū & uenenosum, ex qua putrefactio huius feb. redditur peior alijs, & aliqua accidētia ad hāc sequūtur, quæ non ad alias, ratione quorum regimē diuersificatur. In ea etiā precipitur aeris retificatio & preseruatio, ne humores corrūpat, quod sic in alijs nō fit. Ad tertiū Io. Manardus in quinto lib. suarum Epistolarum Epistola tertia, & in 13. epist. prima, & multi alij nolunt in febre pestilenti concoctionem materiæ expectare, anteq̄ pharmacū exhibeāt, & mouentur authoritate, & rationibus, primo ex Gal. qui in hoc primo lib. cap. 6. dicit corpora humida

Ad secū dum.

Ex quocūq; humore circa ptes cordis putrescēte fieri febris pestilentialis

Ad tertium

Io. Manardus

An in febre pestilenti ex

humida statim exsiccare tentauimus, quæcunq; ex crementis plena purgationibus sanauimus & c. Itẽ authoritate Auic. prima quarti dicentis. Summa curationis earum est exsiccatio. idest intentio prima & principalis curatiua febrium pestilentialium est exsiccatio putredini obuians, & non sinens ipsam per humores diffundi cum phlebotomia & solutione uentris. Et oportet ut incipiatur in ea ad euacuandum, ita q, ut in ea nulla expectetur digestio. Secundo arguũt. Dicit Hypp. quarta aphorismorum aphorismo 10. Medicari eadem die in ualde acutis, differre enim malum est, modo febris pestilentialis ualde acutus morbus est, quoniam aliquando eadem die interficit. Igitur & c. Arguunt Tertio ex Gal. quinto methodi cap. 12. ubi loquitur de ulcere cannæ pulmonis quod fiebat in pestilentia illa, ibi dicit Gal. q, qui ex pestilentia hoc uitio laborarunt facile sanati uidentur, q, persiccatum his prepurgatumq; totum corpus fuerit Et cum uomuerint exillis non nulli, & omnibus uenter profluxerit. Dicit Io. Manardus. Scimus eos qui sanati sunt tẽpore illo sanatos esse ex uentris fluxibus uel uomitibus, & c. quod siue natura siue arte factum sit, omnino nobis ostendit in his qui ex pestilentia seruari debẽt, t exsiccationẽ corporis per purgationẽ eße necessariam. Arguũt Quarto in peste fit raro bona crisis, sed ut in pluribus mala.

pectãda sit materiæ concoctio.

Secũdo.

Tertio

Quarto.

ideo non debemus crisim expectare, sed prius eua cuare, ut uideamus si fieri possit bona. Et citant aphorismum 13. secūdæ particulæ, ubi habet Hyp poc. Quibus crisis fit, his nox precedēs grauis, q̃ uerò subsequit̄ magna ex parte leuior, dicit Gal. in fine cōm. q; addit illud, magna ex parte, qa plu res ĩdicatiões ad bonū terminātur, nisi sit pestilēs constitutio. Sed ad hæc dicunt Aliqui & primo

Ad primum. ad authoritatem Gal. quòd ibi loquitur de sanis quomodo debent à peste preseruari, & hi possunt in principio purgari, nō autem qui ægrotāt. Dicunt secundo, q; non dixit Gal. plena excremen

Tria genera superfluitatū. tis pharmaco sanasse, sed purgatione. Vnde tria esse genera superfluitatum dixit primo de tuenda sanitate prope finem. Primum sunt feces quæ fiūt in prima digestione in uētriculo, & aliæ duæ quæ fiūt in secūda digestione in epate, ut cholera, quæ trāsit ad Chistin fellis, & ad intestina, & melan colia quæ transmittitur ad lienem. Secundum genus superfluitatum est aquositas sanguinis & uri na, quæ expellitur ad uesicam, & hoc etiam fit in secūda digestitione. Tertium genus est, quod rema net post tertiam concoctionem & expellitur per cutim & sudorem. Corpora igitur quæ abundāt. istis superfluitatibus dicuntur plena superfluitatibus, quæ oportet purgare. Et ita dicens Gal. corpora plena purgabam, intelligit cum prouocā tibus urinam & sudorem, & non cum pharmaco solutiuo. Idē uult & Auic. Nam postquam pri

ma quarti cap. de uniuersali curatione putridarũ tradidit regulam concoquendi materiam peccantem & docuit illa quæ fieri debebant in principio ægritudinis, dicit oportet ut postquam hæc feceris digeras materiam, & euacuare oportet non p semitam minorationis & alleuiationis, ut dicit ille Bullurensis corrector Auic. sed per modum abscisionis causæ. Et ita uult dicere Auic. q post quã in principio fecisti omnia illa secundũ semitã alleuiationis, ut erãt exhibere lenientia uentrem & prouocantia urinam, & sudorem, oportet ut incipias digerere & euacuare non ita leuiter, sed per modũ abscisionis causæ. Et q ista sit mens Auic. patet in sequenti cap. de cura morbillorum, ubi habet, In principio oportet, ut natura sit lenis, & sit intentio in eis quibus lenitur, sicut sunt tamarindi. Et si non obedit cum eis addatur super eos siracost cum facilitate et cautela, & tereniabin, aut infusio prunorum. Ecce non dicit da pharmacum solutiuum. Et ideo cum dicitur in principio feb. pestilentis esse euacuandum, intelligitur cum his nuper enumeratis, & non cum pharmaco fortiter educente. Cum uero arguunt ex Hyppoc. quarta aphorismorum. Medicari eadẽ die in ualde acutis &c. Hyp. in illo aphorismo addidit si materia turgeat, modo in pestilentiali nõ semper materia turget, & ideo nõ semper in principio eius dandum est pharmacum, Et non intelli

In cura morbillorum.

Error Manardi

git Manardus, nec alii quid sit materiam turgere apud Hyppo. & Gal. turget enim materia cũ de loco ad locum mouetur, et non permittit ægrũ quiescere, & tractum est uocabulum, dixit Gal. quarta aphorismorum com. primo & decimo, ab animalibus ad coitum á materia superabundante incitatis, aut quando uersus loca expulsionis mouetur, ut clare habes à Galeno octauo de compositione pharmacorum secundum locos, de hiera in phlegmone exhibenda, ita dicente. Porro ad eos qui inflammatione quadam conflictantur, non absolute dandum est quo uis inflamationis tempore, uerũ ubi cõcocta fuerit, et declinauerit, cõcoctis. n. medicandũ esse sensit Hyppo. non crudis, neq; per initia, nisi turgeant, hoc est nisi ad excretionem motus impellatur, & nondum ullam habeat ad unam partem inclinationem firmam & stationem. Et quarto de ratione uictus acutorum. 65. ubi dicit Hyppo. si ab initio purgare uolueris, id facito ubi uenter murmurauerit, si non à medicamentis abstineto, ut uentre murmurante, & aliquid biliosum eiiciente, scamonea mediocriter purgato. Sic ergo cum materia modo huc, modo illuc mouet̃ indifferenter, uel cum ad loca mouetur expulsionis, & non est fixa & firma, ipsa est uere turgens, & debet euacuari: quoniam ista indiget manu adiuuante ipsam ad loca expulsionis attrahente. Sed cum fixa est & firma in uenis, uel phlegmone

Quomodo materia turgẽgens.

gmone, tunc non debet ullo ingenio ante cõcoctionem moueri: sic enim natura operatur, cuius immitator debet esse medicus. Idem uoluit et Auic. prima quarti cap. de cura putridæ in uniuersali, & 4 primi cap. 1. dicens. Aegritudo quoq; si multæ furiosæ materiæ fuerit, in principio eam euacuabimus, non expectantes maturationem, & si mediocris fuerit, maturabimus eam, et postea euacuabimus. Et dixit cap. tertio. In acutis ægritudinibus, etiam maturationem expectare melius est, & præcipuæ cum quiete fuerint, q; si mobiles fuerint, tunc ad euacuandum materiam festinare erit melius, quoniam impedimentum motus earũ est maius, quam suæ euacuationis, antequam ipsa sit matura, & proprie cum humores fuerint subtiles, & precipue cum in concauitatibus uenarum fuerint, & non in membris ingredientes. Et dixit prima tertii cap. de cura melancholiæ, q; melancholicus cuius est cholera nigra mobilis, est magis susceptibilis curæ, quam ille cuius cholera nõ est mobilis, & q; cuius cholera nigra est mobilis, apparet cholera nigra in egestione, & uomitu, urina, & in colore cutis, in lentiginibus; panno, et ulceribus, scabie, uaricibus, elephantia, & similibus: quoniam totum illud significat, q; ipsa recipit discretionem à sanguine. Ad secundum eorum argumentum, dicunt q; authoritas illa potius concludit oppositum, sequitur enim in peste timor est

Ad secũdum.

de fluxu uentris. Ideo non debent dari pharmaca. Nec etiam uerum est, quòd semper ex fluxu uentris sanarentur, immo dicebat Hyppo. tertio Epidimiarum in constitutione illa pestilentiali, q̃ omnes qui moriebãtur ex illa moriebantur cũ uentris fluxu, & ut in pluribus moriebantur. Ad tertium clarum est, q̃ pestis ut plurimum interficit, faciant medici quid quid uelint, alioquin non esset pestis, & medicus non debet in morituris uti euacuationibus, sed solo pronostico. Et quia in peste aliqui sanãtur, illos debet medicus curare & non exhibere pharmacum ante concoctionem. Argumẽtũ igitur nihil cõcludit, quoniã si in peste magna ex parte fiant malæ crises, magna ex parte etiã moriũtur, agat medicus quidquid uellit. In illis tamen paucis q̃ saluari debent non debet medicus uti pharmaco fortiter solutiuo, sed lenitiuo, quoniam cũ lenitione etiam aliqualiter euacuabit, ut est cum cassia, manna, tamarindis, &c. Et cum dicis in peste materia est ualde uenenosa, & statim interficit, transeat, si dabis pharmacũ citius interficies. Solum igitur uenenositati attendendum, quando est tanta q̃ prosternat uirtutem, ut dixi. Multa autẽ sunt quibus uti debemus contra uenenositatem et quæ iuuant à proprietate, & aliqua multum ab antiquis celebrata, Nunc incognita, ut sunt, terra sigillata, terra armeniaca, quam bollum armeniũ uocant, & composita, ut Metridatum, Tyriaca

Ad tertium.

Pestis ut plurimũ interficit

Quæ á proprietate contra uenenum.

pillule

pillulę communes, quæ dari poßunt ante cõcoctio nem materiæ, quoniam non attrahunt, neq; euacuant ultra epar. Sed adhuc res est ambigua. Nã materia turgens iubetur eradicatiue purgari forti pharmaco à principio ob mala quæ ex ea timẽtur: sed materia harum febrium peior est, q̃ turgens, cum sit uenenosa. Item si detur medicina debilis minoratiua commouet humores & totũ corpus, & non educet nisi partem modicam commotorũ, nec postea tempus idoneũ habebit ad purgationem huius quod remanet, quoniam uirtus ægri continue plus & plus debilitatur. Item materiæ quæ sunt in pectore, & in circuitu cordis, & cerebro, non possunt educi, neq; eradicari, nisi forti pharmaco. Et ita uidetur in his febribus pestilentialibus, presertim ubi cacochimia magna est & æger iuuenis carnosus robustus, & feb. adhuc est in principio, q competat pharmacum eradicatiuum de genere fortium secundum exigentiã humoris peccantis, ut si materia peccans collerica fuerit ellectuarium de succo rosarum uel diaprunis solutiuus, & si fuerit phlegmatica pillulæ de Agarico descriptione Mesue, in quibus intrat pulpa Colloquintidæ, Et si melancolica fuerit, quod rarò contigit, dandæ sunt pillulæ de lapide lazuli descriptione eiusdem, in quibus intrat Elleborus niger. Et cum dicitur q in his uirtus est multum debilis. Respondetur q in principio febis nõ

Pillulæ communes dari poßunt ante cõcoctionẽ materiæ secundo.

Tertio

q in principio febris pestilentis euacuandum sit cũ pharmaco fortiter educente.

est uirtus adhuc multum debilitata, & q̃ amplius debilitabitur ex excessu humoris relicti in corpore, quando inficietur uenenositate putredinis aeris, q̃ ex forti pharmaco cuius operatio leniter preterit & breuiter cessat. Cum uero dicitur, q̃ isti ægri frequenter fluxu spontaneo uentris fatigantur & debilitantur. Respondetur *q̃ si à principio purgarentur fortiter hac febre detenti, fluxus uentris postea non eis accideret, sicut accidit ex corruptione suorum humorum.* Et huius *sẽtentiæ fuit magnus* Auẽzoar, *qui.26.* Theisir *cap. quarto de cura* Epidimiæ *aquaticæ laudat elletuarium de* Euphorbio *dicens.* Modo *assumimus curationem* Epidimiæ *aquaticæ, & uidetur mihi q̃ sumant de elletuarijs magnis omni mane, quoniã redditur securitas à mutatione malarum aquarũ, sicut elletuario* Euphorbij, *& metridato, & tyriaca magna, accipiat de illis quolibet die quartam drachmæ unius, & abstineat á cibo usq; ad meridiem.* Et *huiusmodi iuuãt etiam contra* Epidimiã *aeream corruptam.* Et *iterum ibi cap. quinto de* Epidimia *& cibis malis dicit.* Dico *autem cõmuniter q̃ tyriaca magna, & metridatum, & ellettuarium euphorbii, omnes iuuant cum dei adiutorio ab omnibus generibus ægritudinum generatarum ex illis.* Etiam *hanc medicinam laudat in omni febre pestilentiali tam ex corruptione aeris, quã aquæ, aut ciborum, & iubet augere aut*

Magnus Auẽzoar

diminuere

diminuere dosim,& iterare hoc pharmacum iu=sta tenorem uirtutis et exigentiam euacuationis. Recipe stercoris columbini sicci, aloes Epatici uel cicotrini ueri, Agarici, feniculi, ben albi, poli=podij recentis, radicis ireos añ.ʒ.1. sticados arabici scro. duos & grana.5. salis, ellebori nigri añ ʒ.5. interioris colloquintidæ et folliorum eius an. grana. 7. 5. incidatur colloquintida,& prepa=retur sicut debet cum medullis amigdalarum dulcium,& misceatur cum reliquis medicinis,& fricetur totum cum butyro uaccino: postea conficiatur totũ cũ secaniabin idest syr. acetoso, et sit dosis.ʒ.5. cum modico de aqua casei. Et notat circa eam duo, primum cap. quarto dicens, neq; putes me posuisse ibi stercus collumbinum à casu, & sine causa, immo elegi ipsum ob hoc, quia laxat crassitiem humorum proprie propter conformitatem suæ substantiæ stercorosæ cum substantia humorum quibus subintrauit putredo a malitia ae=ris inspirati. Secundum ibi cap. quinto dicens. Quod autem posui in laxatiuo butyrum nõ fuit sine intentione, quoniam butyrum spuma est & ꝑmutatum est aliqua permutatione, et propter sui mutationem factum est aliquamtulum fœtidũ, quapropter ducit de humoribus quod putrefactũ est. Etiam Auer. septimo colliget in febre pestilẽtiæ dare iussit pillulas cochias quæ sunt de for=tissimis. Et ego hic Bononiæ in peste anni. 1528.

in principio febris pestilentialis & in preserua-
tione à morbis pestiferis dedi multis de infrascri-
ptis pillulis cum uncia. 1. syrup. de succo acceto-
sæ & pauci moriebantur. Recipe Euphorbij pre
parati, Masticis an. 3. 5. Misce cũ succo accetosæ,
formentur pinolæ, & est dosis scrop. 1. 5. usq; ad
scop. 2. preparatur euphorbiũ cum rebus eius acu
men obtundentibus, et inflãmationem extinguen
tibus & ei lubricitatem acquirentibus. Et dixit
Gentilis prima quarti. Ego uidi socios nostros ui
ros expertos, qui in praua pestilentia prima uel
secunda uel tertia die, uel quarta in summa, quam
citius poterant dabant pharmaca euacuantia ex-
soluendo materias, sicut reubarbarum, aliqui &
agaricum, aliqui cum turbit. Et quidam dabant
quandoq; medicinas istas uigoratas cum scamo-
nea pauca. Et uidimus plures euasisse per ma
nus istorum, quam per manus illorũ, qui nõ pur
gabant nisi cum lenibus clysterijs & quandoq;
sola cassia. Et dicebant hoc uoluisse Auic. cum di
xit. Et oportet, ut incipiatur in ea ad euacuandũ.
Et q, si in morbis furiosis ante digestionem prece
ptum est euacuari, multo magis ista euacuatio cõ
petit in materia faciente febrem pestilentialem,
potest enim dici furiosior omni materia furiosa.
Intelligendum etiam, q, duplex est pestilens fe-
bris, altera enim fit ex putredine humorum pro-
pter obstrustionem, Altera uero est quæ fit ex
corruptione

Pillulæ cõtra pe stẽ expertæ

Gentilis

Duplex febris pestilẽs

corruptione aeris qui cum corpus nostrum ingreditur humores circa cor corrumpit, & ista est uera pestis. Si loquamur de ista secunda peste, & accetosa, & stiptica conueniunt, quoniam ista nõ fit ex obstructione. Si uero loquamur de peste alia quæ ex corruptione humorum fit propter obstructionem, tunc stiptica sunt prohibenda, presertim indicatiõe sumpta á causa febris. Cogimur tamen aliquando in istis de bollo parum dare, cũ magna est uenenositas, quoniam maximam habet proprietatem contra putredinem, ut puta scrop. 5. uel. 3. 5. Cum ulterius dicitur, q. in putridis nõ incitãtur infirmi ut comedant. &c. dico q. Auic. nõ uult aliud dicere, q̃ illud quod dicitur ab Hyp. tertio Epidimiarum commentario tertio tex. 58. ubi ponit illam constitutionem anni pestilentialem, dicit. n. ibi Hypp. & Gallenus in commento, q. in peste ista hoc acciderat, q. ægri plurimũ fastidiebant cibum, & multi potius mori uolebant, q̃ cibum accipere, & ideo isti ut plurimum moriebãtur, illi uero fortissimi qui sibi cibũ oblatum assumebant, sanabantur. Hoc idem est cum eo quod dicit Auic. qui uiriliter agunt, & uiolenter comedunt, idest extra appetitum, sanantur. Et ideo dicit Auic. q. isti cogendi sunt ad comedendum, & cibi eorum debent esse accetosi & exsiccatiui, & paucæ quantitatis, quoniam horum uirtutes sunt multum debiles, non sufficientes magnam quanti

In qua peste accetosa et stiptica, conueniunt.

Stiptica indicatione sumpta á causa febris, prohibenda.

De cibis pestilentiatorũ.

tatem ciborum digerere. Et etiã quia natura ualde occupata in resistendo malitiæ febris & forti causæ eius. Etiã quoniam cibi pestilentiatorũ sunt quodammodo mali, uel quia aliquid sapiunt de natura pestis & corruptionis aeris, uel quia sunt accetosi siccantes, unde inimicantur pectori & neruis quodammodo principijs uitæ iuxta illud prima tertij doctrina secunda cap. septimo. Et ex cibo accetoso fit senium. Et ideo cauendum ne tantum mittatur sanguis in istis, q uirtus prosternatur. Nam Gal. 11. methodi cap. 14. dicit. In putridis febribus non debemus multum sanguinis emittere, quoniam quando obstructio & putredo per sanguinis missionem tolli non poterit, quæ alia remedia dessiderent, opus erit relinquere aliquid sanguinis ad curationis spatium, ne postea intempestiue ægrum cibare cogamur. Si ergo in putridis cauendum est ad immodica sanguinis mißione, tanto magis in pestilentialibus in q bus maior est timor de uirtutis imbecillitate. Sũt tamen aliqui qui uituperant penitus phlebotomiam in febre hac, dicentes q deijcit uirtutem cum malignitate morbi, & q non educit materiam febris quæ reclusa manet in uentriculis cordis & partibus alijs sibi proximis & quia commiscet sua conturbatione humores infectos cum bonis. Et huius opinionis Rasis experimentator maximus uidetur, qui de cura huius febris pertractans

Accetosa inimicãtur pectori, & neruis.

Magis cauendũ ab immodica sanguinis missione in pestilentialibus, febribus q̃ in putridis

Missio-

ctans 10. Almanſoris & in lib. diuiſionum nullã penitus fecit mentionẽ, nec de phlebotomia, nec de pharmatia. Et licet locus ab auctoritate non teneat negatiue, tamen ut dicit Iac. de partibus non eſt preſumendum tamen, q̃ tantus auctor hec duo ingenia tantæ efficaciæ, ſi utilia forent, omnino omiſiſſet & neglexiſſet, Et in hoc multi conſentiunt, q̃ poſtq̃ feb. peſtilentialis iam cordi impreſſa eſt, ut uenenauit humores ipſius, & iam pertranſiuit primus dies eius, non ſolum inutilis, immo nociua eſt phlebotomia. *nẽ sãguinis non conuenire in peſtilentiali febre.*

TEX.

IN quibus ego plurimum cum illis ſentio, uerumtamen unum excipio, diarias nominatas febres. Non enim uidentur hæ mihi ſubſequi putredinem humorũ: ſed qui ob æſtum febricitat, ab ipſo efficientis cauſæ calore alterari ſolet. Ob iram uero febricitanti, & ei quidem ebullitionem quandã fieri ſanguinis in corde neceſſe eſt, non tamen putredinem. Necnon per exercitationem, caliditatem ampliorem præter naturam ſine humorum putredine accendi, & quisquis cutem habuerit adſtrictã, per quã acria excrementa euacuabantur illis collectis febricitauit ſine putredine humorum. Quinetiã febris ex bubone omnis mala ẽ excepta ephemera, ut Hyppoc. dixit, licet Lau.

etiam bubo ipſe inflammationum genere contineatur. Atq; aſſentio in hoc ſermoni, putredinis, nam ob eam rem ex inflammatione febricitant, non quemadmodum Eraſiſtratus exiſtimauit. Attamen nonnullæ sunt ex bubone febres in genere diariariũ quemadmodum aliæ quædam nunciãt nõ faciles curatu morbos, ex inflammatione, aut ulcere, aut abſceſſu, aut altero quopiam tali in uiſcere affectu ortum habentes. Cæterum diſſident febres ex bubone ab ĳs q̃ ex putredine humorum conſiſtunt, quę fit aut in aliquo uiſcere, aut in cauis, ac maximis uaſis, quoniam ubi febris ex bubone conſiſtit, pars continua ſemper calefit, ac calor quidem uſq; ad ipſum cor diſtribuitur cæterum putrida fuligo usq; ad ipsum minime peruenit, ſed ibi manet circumſcripta in bubonis loco, per alterationem ſolã continuarum partium ad cor perueniente calore. Quo potiſſimum modo, etiam per æſtũ ac per exercitationem ex partibus primo calefactis, diſtributio ad ipſum principium uitale fit. Vbi autem putredo fuerit in uiſceribus atq; in magnis uaſis ueluti fumus ex putreſcentibus humoribus ad ipſos cordis ſinus peruenit. Accidit igitur ut humores in bubone quidem omnes cunctim putreſcant

trescant,siue uno die,siue duobus continē-ter, utpote semper inuicem conuersantes & inclusi uno loco, in uisceribus autē cō-diti,& in magnis uasis, utpote transfluen-tes semper, ac simul putrefacientes quos at tigerint, tempore ampliori putridum accē dunt calorem.

DE quibus ego magna ex parte illis con-sētio,nisi ꝙ eas quæ ephemeræ nominan-tur excipio. Neq; enim videntur mihi hæ humorum sequi putredinem: sed qui qui dem ex solis incendio febricitat,ab agentis causæ caliditate affici natura aptus est. Ve-rum qui ex ira, & huic feruorem quidem aliquē eius quæ circa cor caliditatis, fieri ē necessarium,non tamē etiam putredinem. Sic & ei qui supramodum exercitatus est, uehementior caliditas præter naturam sine humorum putredine in corpore accendi-tur, & cui cutis adstricta est,cum prius ac-riores superfluitates per eam euaporarent, postq; retentæ sunt ac coacceruatæ,incidit in febrem, nulla interueniente humorum putredine. Et quæ in inguinum tumori-bus (græci bubonas appellant)febres oriū tur,omnes sunt malę, exceptis ephemeris, quodam in loco inquit Hypp. Et quidem eius partis tumor ex genere est inflamma- Leoni.

tionum: & quantum ad hoc assentior illi qui de putredine, sermoni eius etenim ea ratione ex inflammationibus, quas græci phlegmonas vocant, febricitant, nõ ea qua Erasistratus opinabatur. Sunt nihilominus quędam febres ex inguinum tumoribus è genere ephemerarum: quẽmadmodum & aliæ quædam nunciant non facile tractabiles morbos ex inflammatione, aut ulcere, aut abscessu, aut aliqua huiuscemodi altera in uisceribus dispositione ortum habentes. Differunt autem quæ in inguinum tumoribus febres Ephemeræ oriuntur ab his quæ ex humorum putredine eueniunt, quę uel in aliquo viscerum, aut in cauis & maximis vasis ortum habent: quoniam quæ in inguinum tumoribus fiunt, concalefaciunt semper partes cõtinuas, donec vsq; ad cor calor febrilis attingit. Non peruenit autem ad ipsum putrida fuligo, sed ibidem permanet in loco inguinis circumscripta sola alteratione per cõtinuum facta, usq; ad cor perueniente calore. Quo maxime modo in his qui solis calore deuruntur, aut lassitudinem patiuntur a' primis partibus calefactis usquæ ad vitale principium permeat. In putredine autem, quæ aut in visceribus, aut in magnis fit uasis, quidã ueluti fumus ex

Vbi febris ex bubone, putrida fuligo ñ usq; ad ipsũ cor distribuitur.

putrescẽti

putrescentibus humoribus ad cordis uentriculos tendit. Et quidem in tumoribus inguinum omnes simul humores putrescere solent, siue per unum, siue per duos continuos dies, vt qui inuicem adhæreant, atque in vno loco concludantur. At qui in uisceribus sunt vasisque magnis, vt quæ cõtinuo fluũt, suoque cõtactu uicinos ad putrẽdinẽ trahãt, spatio tẽporis putridũ calorẽ accẽdũt.

COMMEN. 35.

HIC ostendit, quod non omnis febris est putrida, et dicit quod magna ex parte consentit illis, uerumtamen unum excipit scilicet febres diarias, & nihil dixit de Ethicis, aut quia ipse non per se incipiũt, sed ut plurimum diariam uel putridam subsequũtur, aut quia Ethica in primis diebus est de natura diariæ, quemadmodum etiam synocha sine putredine, non differentes nisi nomine, ut ipse dixit nono methodi cap. primo. Postea cum inquit. Quin etiam feb. ex bubone & c. etiam ostẽdit quod non omnes febres quæ sunt cum putredine humorum sunt putridæ. Nam ad bubonẽ in quo est putredo sequitur ephemera, quæ non est putrida, secundum Hyppoc. quarta aphorismorum 55. dicentem ex inguinum tumoribus febres omnes malæ præter diarias. Et loquitur de diarijs ueris, ut ibi dicit Gal. quæ sui ratione una die durant, tales enim sunt ex tumoribus inguini m:quãuis

Non omnis febris putrida.

Quarta aphorismorũ ex inguinũ, tumoribus feb. oẽs male pter diarias.

ex causis manifestis seu pergressis cõsistũt. Alij uero tumores inguinum qui sine causa manifesta fiunt, est uerissimile ut fiant ex uiscerum inflammationibus. Et ideo febres quæ una cum ipsis eueniunt malæ sunt. Vult ergo Gal. q̃ ex bubone idest tumore in inguine cum putredine, qui fit à causa manifesta sequitur diaria, & non putrida, quoniam ab eo ad cor mittitur solum caliditas & non putrida fuligo, ut in parte sequenti dicetur. Dicens ergo, licet etiam bubo ipse de inflammationum genere contineatur, hoc uoluit, q̃ licet in bubonibus sit putredo, cum bubo sit ex genere phlegmonis, adhuc ad bubonem sequitur diaria, Et in hoc aßentio dicit sermoni putredinis scilicet, q̃ ibi est putredo, nam ob hoc ex inflammatione febricitant, non quemadmodum existimauit Erasistratus, q̃ ibi esset febris putrida. Et postea dicens. Cæterum dissident febres &c. assignat differentiam inter febres sequentes bubones, & febres quæ eueniunt ex putredine humorum, quæ fit aut in uiscere aliquo, aut cauis & maximis uasis, quoniam ubi febris ex bubone fit, pars continua semper calefit, & calor usq; ad ipsum cor distribuitur, non autẽ putrida fuligo: sed ibi ipsa in loco bubonis circumscripta manet, calore ad cor perueniente per solam alterationem continnarum partium factam, quo maxime modo in his qui calore solis deuruntur aut laxitudinem

nem patiuntur, á primis partibus calefactis usq; ad uitale principium fit distributio. In putredine autem quæ aut in uisceribus. aut in magnis fit uasis, ueluti fumus ex putrescentibus humoribus, ad ipsos cordis uentriculos peruenit. Et causa huius differentiæ est, Nam ad hoc ut humor poßit putridam fuliginem ad cor mittere, oportet q; sit propinquus ei, & q; á loco in quo putrefit humor ad cor sint uiæ latæ p quas possit fumus ire ad cor. Et q; inter locum putredinis & cor non interueniant multa obstacula transitum prohibentia. Modo in tumoribus exterioribus uiæ sunt strictæ quoniam uenæ uersus cutim multum subtiliãtur, loca etiam exteriora multum distant à partibus cordis. Inter ipsa, & cor ut plurimum cadunt obstacula multa. Et ideo ab his ad cor ascendit calefactio simplex absq; fuligine putrida. Putredines autem quæ fiunt in intrinsecis uisceribus primo ob propinquitatem illorum locorum ad cor, & quia humores ibi sunt multi á quibus elleuantur multi fumi, & etiam quia loca uiarum ibi sũt ampla. Ideo caliditas ad cor non simplex peruenit: sed cum fumo putrido. Et patet q; non est impoßibile tumorem aliquem extrinsecum febrem putridam causare, & hoc maxime, cum esset in parte cordi propinqua, in qua humores multi colligerentur, & etiam inter ipsam & cor essent uenæ & arteriæ satis magnæ. Et ideo tumor in emũ

Quid requiritur ad hoc ut humor possit putridam fuliginẽ ad cor mittere

ctorijs cordis, ut in subascellis plus est aptus facere putridam, quam existens in emunctorijs epatis, uel cerebri. Postea cum inquit. Accidit igitur &c. aliam ponit diferẽtiam inter putredinem factam in bubonibus, & factam in intrinsecis: quoniam humores qui putrescunt in bubonibus contingit eos simul putrescere, siue putrescant secundum diem unum, siue per dies duos continuos, ita q in eis quælibet pars simul moueatur ad putredinem, esto q posit durare uno die, uel duobus, & causa est: quoniam humores in bubone sunt adinuicem copulati & in uno loco inclusi, sed qui putrefiunt in uisceribus & magnis uasis cum continue fluant, & suo contactu uicinos ad putredinẽ trahant, tempore ampliori putridum accẽdunt calorem.

TEX.

Lau. SED vt uno verbo dicatur, quemadmodum in exteris omnibus, quæcũq; calefiũt præter naturam a' quauis causa, si nequeat putrescere id quod calefit, uelut lapis, aut lignum, aut aliquod aliud tale, eo usq; perseuerat calidum, quoad refrixerit paulatim. Id autem quod putrescere potest, depascentem semper secundum continuitatẽ habet calorem. Quemadmodum interdũ uidi in agro stercus pecudum simul & collumborum ex parte quapiam ab ipso sole

calefactũ

calefactum ita uehementer, vt multa exurgeret exhalatio, instar fumi ascendens, uehementer mordens atq; afficiens, & siquis ꝓpinqu àsset, oculos & nares lædens. Porrò stercus tangentibus erat ita calidum, vt deureret diutius impositas ipsi manus, aut pedes. Non tamen semper id symptoma durabat: sed sequenti die refrigerabatur quidem quantum stercoris ad summum feruorem pridie peruenerat, quod autem continuum ipsi erat, tunc succendebatur, quando primum stercus in summo feruoris vigore erat, illudq; ipsum (dum hoc inclinabat) rursus incalebat atq; efferuescebat, ac paulo post summum feruorem obtinebat, primo refrigerato, atq; illud rursus inclinabat, dum id quod cõtinuum erat, calorem concipiebat, & paulo post accẽdebatur quidem hoc & ad summum feruoris perueniebat, prius autem refrigerabatur. Erat autẽ hæc circuitio ferè tempus diei ac noctis, ita vt exemplum sit maxime cõueniens febri quotidianæ. Si uero duobus diebus ac noctibus dicta circuitio fuisset, exemplum foret ita febris tertianæ, & si tribus, quartanæ, & si quatuor, quintanę, si modo febris ulla quintana ẽ. Ipse enim nondum perspicue uidi, neq; eam circuitionem, neq; aliquam

aliam ultra quartanam. Sed de febribus repetentibus per circuitionem, post dicet.

Leoni.

VNA autem ratione quemadmodum in extrinsecis omnibus quęcunque preter naturam à quauis causa calefiũt, siquidem imputrescibile sit quod calefit, veluti lapis, uel lignum, aut aliquid tale aliud, eousque durare caliditas solet, donec paulatim refrigerẽtur. Quod autem putrescere natura aptũ est, semper ad continua, dispartitam continet caliditatem. Quemadmodum aliquando in agro conspexi excrementa iumentorum simul ac collumbarũ quadam ex parte à sole adeo uehementer calefacta, quod instar fumi multam euaporationem in sublime emittebant non parum mordacem ac dolorificam, & si quis proxime accessisset, nares oculosque lędentem. Ipsa etiam excrementa tangentibus adeo calida sentiebantur, ut qui longiori tempore manus & pedes admouisset, exureretur. Non tamen continuo huiuscemodi casus perturbat, sed in die qui sequebatur quicquid superiori die ad summum feruoris peruenerat, sequẽti die refrigerabatur. Quod autem huic cõtinuũ erat, dum prima pars quę calorẽ cõceperat in sũmo ẽẽt feruore, ipsũ interim paulatim succensum, mox priori se feruore re-

Exẽplũ de sterco re iumentorum.

mittẽte

mittente iterum incalebat atq; efferuesce-bat, & paulo post priori parte refrigerata, ipsum summum feruorem obtinebat, hoc q; rursus deferuescebat, dum pars cōtinua paulatim succendebatur, quę paulo post vehemētius accēsa ad sūmū feruoris perue niebat. Hic autem circuitus in unius fere diei ac noctis spatio peragebatur, adeo vt quotidianæ febris, quam greci amphimeri nam appellant, propriissimum esset exem-plum. Quod si duabus diebus ac noctibus idem circuitus perfectus fuisset, tunc feb. tertian æeo modo fuisset exemplum, & si tribus, quartanæ, & quatuor, quintanæ. Si quidem & quintana febris existit. Ego.n. nondum liquido vidi, neq; huiuscemodi circuitum, neq; alium qui ultra quatridua-num protenderetur. Sed de febribus quæ per circuitum accessiones habent, postea dicetur.

COMMEN. 36.

DECLARAT *diferētiam positam inter pu tredinem bubonis, & putredinem intrinsecam: quoniam quemadmodum in extrinsecis quæ cale-fiunt preter naturam à quauis causa, si id quod calefit non sit corpus putrescibile, uelut lapis, aut lignum, manet corpus illud calidum donec paulati ue refrigeretur, nec transitus fit succesiuus ca-*

loris de parte una in aliam, et hoc assimilatur caliditati in bubone: quoniam humores ibi existentes cum sint in loco uno conculcati, nec sint iuxta fontem humiditatum quæ successiue putrescere possent, non fit ibi noua de parte in partẽ reacensio, sed in corpore calido putrescibili procedit calor de parte in partem, & istud assimilatur putredini humorum in partibus intrinsecis. Et subdit exemplum de stercore bestiarum quod calefactum à sole secundum quandam partem alia disponebatur, ut prima infrigidata in ea, noua fieret accessio, & sic successiue, & hoc potest esse exemplum omnium periodorum humorum: quoniam si reuersio accensionis fit omni die, ut ipse uidit, est exẽplum feb. phleg. Si autem de tertio in tertium, tertianæ, & si de quarto in quartum seu tribus diebus & noctibus fieret circuitio, quartanæ, & si quatuor, quintanæ. Et dicit se quintanam non manifeste uidisse, neq; aliã circuitionem ultra quartanam scilicet neq; sextanam, septenam, neq; octauam, neq; nõanã. Et de febribus repetentibus per circuitionem dicetur in ultimo cap. secundi libri. Hyppo. tamen has febres cõceßit primo de morb. uulgar. parte tertia. Et dicit Auic. q̃ materia harum feb. ẽ similis materiæ quartanæ puta melanchollica, sed quantitate est minor & craßior. Et ideo tardius ipsa mouetur ad paroxismum, & tanto plus tardat, quanto

Nota de febre q̃ntana & alijs ultra quartanam

to paucior est & magis crassa. Sed tunc posset craßities humoris & periodicatio in infinitũ uariari. Tamen ab Hyppo. ultra nõánam alia tardior non conumeratur. Dicit tamen Gal. ibi id casu posse interdũ euenire, et ratione uictus, nã q egroti nõ prorsus sunt affectiõe morbosa liberati. Sed semẽ aliqđ retinuerunt, his malo regimine utẽtibus accidit sæpe sexto die à prĩcipio febricitare, sepe septimo, nõ raro octauo, sæpe nullo alio. Est uero reuera circuitus morbi, quãdo exacte seruata ratione uictus, febris in idẽ cõstitutũ peruenit, quemadmodum fieri in quartana uidemus. Cum ergo hoc decidi non posit ratione, restat ut decidatur, inquit Gal. uel auctoritate, uel experimento. De autoritate est Hyppo. cui non oportet difidere. Neq; cõuenit mentiri, dicere uidisse id quod non uidit, experientia uero ex pluribus fit memorijs, secundo poste. Si ergo quis nunquam uiderit, non poterit indicare tales febres dari. Et ita non negat Gal. absolute eas dari. Ideo Auic. dixit, q ipse fuit quasi negans earum aduentum. Non. n. oportet ut negentur morbi quos tempore quodã & quadam regione non contingit uidere. Nec hoc genus febriũ cõprehenditur, quia multe tales contingant & multoties, sed experimentis raro contingentibus quandoq; à solerti & perspicaci ingenio comprehenduntur.

DE PROPORTIONE QVAE EST inter putredinem apostematũ & putredinem venarum.

CAP. VI.

TEX.

Lau.



VTREDO autem humorum quæ fit in vasis, similis putredini quæ ĩ inflãmationibus fit, & abscessibus, & aliis phymatis, duplex quidem genere est: ex permixtione autem duorum generum, alia tertia uaria spetie existit. Siquidem & mixtionis modi, quum alterum genus maioris minorisq; ratione superet & superetur, facile numerari non posunt. Sed ex duobus generibus alterum quidem fit superante natura, alterum uero euicta. Superante quidem, vt per inflammationes & phymatosos tumores omnes, pus: in humoribus autem uenarum & arteriarum, id quod subsidet in vrina proportione puri respõdẽs. Atq; hæc putredo non simpliciter putredo censetur, sed etiam habet aliquid concoctionis. Manente enim adhuc cõcoquẽdi facultate uasorum, putrescens tunc humor

mor ad talem alterationem deducitur. Porro alia est putredo concoquendi facultate adeo debili, ut nulla mutatio ad benignũ putrescentis excrementi efficiatur. Quod fit interdum illa extreme debili: quamuis putrescens humor sit modice prauus. Interdum autem facultas ad extremam debilitatem minime deducitur; sed humor extreme prauus existit.

HVMORVM autem putredo quæ in uasis fit, similis est ei quæ in inflãmationibus atq; abscessibus accidit, aliisq; collectionibus. Dupliciter quidem secundũ genus. Ex duorum autem generum miscella alia tertia secundum spetiem euariat, quoniam & innumerabiles miscellę modi in eo quod magis & minus superare uel superari alterum generum reperiuntur. Ad duorum generum alterum quidem fit superante natura, alterum uero superata. Et superãte quidem, sicut in inflammationibus & similibus collectioni tumoribus pus, in humoribus autem qui in venis atq; arteriis continentur, quoddam quod puri proportione respondet, subsidens in urinis. At talis quidem putredo non simpliciter quidẽ putredo existit, sed aliquid in se continet coctionis. nam adhuc ui coquendi uasorũ Leoni.

remanente. Qui interim putrefit humor ad talem peruenit alterationem. Sed & alterum est putredinis genus. quũ ea uis cui coquendi officium est demandatum, adeo imbecillis facta est, vt nullam amplius facere possit in putrescente superfluitate ad optimum transmutationem. Quod quidem usu contingit, quum eadem uis quandoq; ad ultimum imbecillitatis peruenerit, etiã si id quod putrescit mediocriter sit uitiatũ. At fieri potest aliquando, vt vis quidẽ ipsa non omnino sit imbecillis, humor uero putrescens maxime sit uitiatus.

COMMEN. 37.

VVLT *in hac parte ostendere in quibus conueniat putredo humoris, quæ est in uenis cũ putredine q̃ ẽ ĩ apostematibus.* Et *primo dicit q̃ similes sũt, quoniã putredo in uenis cõuertitur in rẽ similẽ saniei, ut apparet ex hypostasi.* Postea *inquit q̃ talis putredo est genere duplex, id est duæ sũt diferẽtiæ et modi generales & maxime extremę putredinis apostematum .s. putredo mala, & bona, & ex his duabus extremis fit tertia quæ uaria est spetie, id est diuersa secundum diuersos gradus, quoniam modi mixtionis cum alterum genus maioris minorisq; ratione superet & superetur facile numerari non possunt, & ratio est, quoniã omne medium inter aliqua duo extrema, inter*

que

quæ eſt latitudo diuiſibilis in infinitum poteſt diuerſificari ſecundum magis & minus,& maiorẽ commiſtionem & minorem unius contrarij cum reliquo in infinitum. Poſtea inquit q ex his duobus generibus putredinis, malæ ſcilicet,et bonæ,alterum fit dominante natura,alterum uero euicta,putredo quæ fit in inflammationibus & apoſtematibus dominante natura,eſt cũ fit pus id eſt cum materia uenit ad ſaniem laudabilem. Sed in humoribus uenarum & arteriarum eſt,cũ fit id quod ſubſidet in urina proportione puri reſpondens. Et hæc putredo non ſimpliciter putredo exiſtit,ſed etiam in ſe habet aliquid concoctionis. Nam manente ad huc concoquendi facultate uaſorum, putreſcens tunc humor ad talem deducitur alterationem.Et declarat aliud genus extremum putredinis cum dicit. Porrò alia eſt putredo.&c. Et eſt cum nulla mutatio putreſcentis excrementi ad benignum efficitur,quod fit interdum ob facultatem concoquendi extreme debilem,quamuis humor putreſcens ſit modice prauus.Fit et interdum,quoniam quãuis facultas nõ ſit extreme debilis,humor tamẽ extreme prauus exiſtit. Et ex uerbis hic Gal.cum dicit,q hæc putredo non ſimpliciter putredo exiſtit, ſed habet aliquid concoctionis, quoniam manente adhuc uaſorum concoquendi facultate,putreſcens tunc humor per continuam putredinis remotionem ad

talem deducitur alterationem. Elliciunt aliqui q humor in statu febris putridę est minoris putredinis, q̃ esset ante, et q per digestionem putredo uere in sui malitia remittitur. Et cõsequẽter, q febris putrida salubris in statu est minor, et huius sententiæ fuit Trusianus tertio artis med. com. 32. Dinus, & filius eius Thomas de Garbo, & fundantur etiam auctoritate Galeni secunda aphorismorum com. 29. ubi reddens rationem Hyp. quare in statu melius est silentium habere, quia circa principium omnia imbeciliora, dicit Gal. intellexit accidentia, quoniam dispositio ipsa quam morbũ appellamus minor est in statu, q̃ in principio. Item arguunt. In principio materia est cruda & rebellis, & post principium efficitur minus rebellis, ergo cum ipsa est digesta, minus nocet, & minorem facit febrem. Et notat Thomas q tempora in morbo materiali dupliciter distinguũtur Vno modo penes actionem materiæ in naturam, & tunc distinguuntur tempora penes accidentia, cum actio materiæ in naturam sit eius operationem lædere, quod est accidens, Et tunc principiũ erit cum accidentia sunt parua, augmentum cum crescunt, status cum ultimantur, & declinatio cũ recedunt. Alio modo tempora distinguuntur, penes actionem naturæ in materiã quæ est digestio, & tunc est principium, cũ materia est cruda, quoniam nondum aliquid manifestum natura in materiam

An febris putrida salubris in statu sit minor

Tomas de Garbo

riam

riam est operata. Et est augmentum cum iam materia incipit manifeste in digestionem procedere. In mortali uero morbo cum in materia procedat oppositum digestionis, simul procedunt tempora penes alterationem materiæ, & tẽpora penes accidentia, quoniam quanto materia deprauat, tanto plus accidentia propria morbo augentur: sed non sic in morbo salubri concurrit simul status, quo ad digestionem materiæ, & quo ad accidentia, quoniam in statu salubri morbi materia est digesta á sui malitia remota, & tunc impossibile est ꝙ accidẽtia morbo propria, quæ ex prauitate causæ morbi procedunt sint intensa & in ultimo sui esse, non tamen est inconueniens in statu morbi salubris accidentia quæ communia dicuntur & nõ propria, posse intendi sicut est intensio caloris & similia quæ fiunt in statu morbi salubris ui naturæ agitantis. Sed dicendum secundum Gal. & ut sensus ipse ostendit febrem putridam in statu esse maiorem, Nam secunda aphorismorum. 47. dum pus conficitur, dolores ac febres accidunt magis, q̃ iam confecto, fit enim pus ex humoribus putrefactis, sicuti cinis ex lignorum cõbustione. Febres ergo maiores sunt in generatione saniei, quoniam tunc humores inflammantur, & maior est accensio, & dolores sunt intensissimi. Etiã si fiat feb. sine apostemate, quoniam ut dictum est, materia q̃ est in uenis cum digeritur conuertitur in rem simi

febrẽ putridã in statu maiorem

Fit pus ex humoribus putrefactis sicut cinis ex lignorũ cõbustione

Materia in uenis cum digeritur, in rem similẽ saniei, conuertitur

lem ſaniei, ut apparet ex hypoſtaſi. Sic enim ſcribit Gal. ibi. Pus ex ſanguine ortum habet, qui ſemi malam (ut quiſpiam dixerit) habet tranſmutationē. Nā mala ſimpliciter cum putrefactione fit olida, ſicuti quæ ſimpliciter optima, eſt ipſa nutritio partium animalis, at quæ pus generat, medium inter has obtinet locū, neq; à ſolo calorẽ extra naturā, neq; à ſolo ſecundū naturam facta. Mixtus. n. quodammodo ex utriſq; eſt calor inflãmationis. Fit autem dolor extenta ſimul, ac calefacta præter naturam inflammata particula. Febres uero ſequuntur principio concalefacto, & hæc ambo contingunt ex quadam ueluti ebullitione, atq; exuſtione ſanguinis, qui ubi ex toto exuſtus fuerit, resſiduum eius fit pus, quemadmodum ex lignorum exuſtione cinis, atq; ideo tempore illo dolores ſedantur, ac febres, preſertim cum pus fuerit excretum, utpote iam conſumpta materia, extincta autem ignea caliditate. Et ad argumenta. Truſianus & alij decepti fuerunt propter malã translationem, nam ubi translatio antiqua dicit diſpoſitio in ſaluandis eſt minor in ſtatu, dicit litera græca & noua translatio, diſpoſitio eſt melior, quod eſt aliud, nam in ſtatu apoſtematis, ſimiliter & febris, materia eſt melius diſpoſita, quia digeſta, ubi prius erat cruda. Vult etiã Gal. ibi febrem eſſe accidens & non morbum, modo accidentia in ſtatu ſunt fortiora. Et ita contra Truſianũ

stianum. Et cum arguitur materia minus lædit, ergo febris minor. Dico q, non sequitur: quoniam cum materia digeritur fit maior inflammatio, & febris maior, licet tunc melius sit disposita materia. Et cum dicitur de homotena quæ ẽ æqualis & non maior in statu. Dicendum q, in homotena tempora distinguuntur penes digestionem materiæ, & in statu eius morbus est maior, licet uideatur ab initio usq; in finem æqualiter persistere. Dicendum etiam q, in omni morbo salubri sunt quatuor tempora, principium, augumentum, status siue uigor, & declinatio. Et aliqua sunt uniuersalia, & aliqua particularia, ut in tertiana tota, tres primæ accessiones erit principiũ, quarta & quinta, erit augumẽtum, & septima status, postea sequitur declinatio, sic in uno quoq; paroxismo sunt hæc quatuor tempora, & tempus intelligo dispositionem seu rem mensuratam in morbo, non uerum tempus. Nam tertio artis medicinalis & tertio methodi cap. quinto nulla indicatio sumitur à tempore: sed diuersificatur cura quo ad diuersas dispositiones, quæ ex tempore oriuntur: nam si post horam à prandio non damus cibum, hoc non est ratione temporis, sed quia tunc uẽtriculus est plenus, & sic secundum hanc dispositionem, & non ratione temporis, ut tempus. Quòd si dicas secũda aphorismorum. Incohantibus morbis si quid uidetur mouendum moue, in statu

Tempora morbi

Nulla indicatio à tẽpore.

quietem habere melius est. Hic Hyppo. non summit indicationem à dispositione corporis: quoniam in principio, si summeret indicationem á dispositione, non daret pharmacum: quoniam materia est cruda. Ergo indicationem summit à tempore. Respondet Gal. in tractatu de optima hæresi ad transibulum, q̃ tunc medicus summit indicationem, non à materia morbi: sed á uirtute: quoniam in principio uirtus est fortis, in statu debilis. Et ideo tunc non conuenit pharmacum, quoniam nocet & debilitat. Et sic nulla à tempore summitur indicatio, sed à diuersis dispositionibus in corpore repertis: nam sufficit te scire qualitatem & quantitatem in quibus includitur tẽpus. Et Gal. in libro de quatuor tẽporibus uniuersalibus morbi inquit, q̃ hæc tempora sunt aliquando imperciptibilia, ut in apoplexia, quæ subito fit, habetq; augmentum & statum, si morbus sit salubris, sed non sunt perciptibilia, si uero sit mortalis, habet tantum tria tempora. Et hæc quatuor tempora distinguuntur, aut penes essentiam morbi, et tunc ẽ principium cum incipit calor, augmentum cum augetur, status cum ultimatur, & cum declinat, declinatio, aut penes accidẽtia, aut penes actionẽ naturæ in materia secundum Gal. ibi cap. tertio, & hoc in morbis materialibus. Et secundum omnes istos modos, omnes morbi materiales salubres habent quatuor tempora. Et si primo de crisi

Penes q̃d tempora morbi distingunt̃

Omnes morbi materia

crisi cap.17.dicat Gal.q; aliquando in prima die acuti morbi apparet materia digesta, non est tamen dicendum ipsum fuisse sine principio, sed nõ fuit cognitum à medico. Sed cõtra dices, sit materia in pede digesta non faciens febrem, moueatur uersus cor, faciet febrem. Ergo *in hac febre quo ad digestionẽ non erit principium.* Et *q; fieri poßit morbus à materia digesta habes ab* Hypp. *de* Anaxione *tertio* Epidimiarum *in quo in uigesima die remota fuit febris et stetit sine ea per septẽ dies & recidiuauit à materia digesta.* Et *hoc concedendum est de recidiua: sed q; incipiat morbus principalis à materia digesta nunquam uidebis, nec ab* Hyppo.*exemplum: quoniam à materia complete digesta, non potest incipere morbus totalis, nam si completa est digestio, natura omnino uincit materiam, & non permittet illam accedere ad cor, sed eam expellet ad extra.* *les salubres quatuor habẽt tempora.*

TEX.

HVIVSMODI excrementi putredo, neq; consistentiam, neq; colorem, neq; odorem habet vnum, sed putrescens humor sẽper secundum substantiam permutatur ac variatur. Altera uero putredo, quam & cõctionem esse diximus, in unam spetiem puris semper mutatur, & colorem, & consistentiam, & odorem. Vbi igitur natura ipsa omnino superet, pus optimum gignitur Lau.

visu candidum, ac crassum, & sibi simile undiq;, leue uero tangenti, ac minime fœtidũ. Quod si uelut semiputridum fuerit, tertiũ genus in tali mutatione (quod paulo supra diximus) consistit. Porro diximus tale genus maxime multiplex esse. Nam q̄ magis ac minus recipiat concoctionem, innumerabilis differẽtia est. Sæpe enim cãdidũ effectum, aut fœtidum est, aut tenue consistentia: quandoq; uero non candidum, sed liuidum apparet, atq; in omnibus his magis & minus est infinitum.

Leoni. HVIVS superfluitatis putredo, neq; cõsistere, neq; aut colorẽ aut odorem aliquẽ vnum recipere potest, sed semper secundũ substantiam permutatur, ac multis modis euariat illud quod putrescit. Altera autem putrefactio, quam & coctionem esse diximus, semper ad unam puris spetiem terminatur, coloremq; ac consistentiam suscipit & odorem. Superante uero integre ipsa natura, optimum fit pus conspectui album & crassum, & quaq; uersum sibi simile, leue autem tangenti ac minime fœtidum. Si vero semiputridum fuerit, tertium in tali transmutatione genus, quod paulo ante diximus, fit. Dictum est enim huiusmodi genus multiforme esse, nam in eo quod &

minus

minus est innumerabilis diferẽtia. Sepius enim quũ colore album factum sit, uel fœtidum odorem, uel tenuem substantiam obtinet, sæpius vero non album apparet, sed liuidum, atq; in his omnibus magis ac minus infinitis modis euariat.

COMMEN. 38.

ET *putredo huiusmodi excrementi nunc dicti, quæ est praua putredo, neq; consistentiã, neq; colorem, neq; odorem habet unum, scilicet laudabilem, sed semper quod putrescit secundum substantiam permutatur.* Altera *uero putredo quæ fit superante natura, quam concoctionem uocat, in unã speciem puris semper mutatur, & colorem, & cõsistentiam, & odorem,* Nam *natura omnino dominante, pus optimum gignitur, uisu candidum, ac crassum, & sibi simile undiq;, & leue tangenti, ac minime fœtidum,* Et *intellige crassum non simpliciter, quoniam tunc ineptum eßet expulsioni, sed mediocriter, non currens.* Et *candidum intellige, ut dicit primo predictionum com. ultimo, non exquisite uelut nix est, sed simile solidioribus corporibus, ut sunt conceptaculorum tunicul æ, nerui, ligamenta, membranæ, cartilago, & ossa, nã ab his mẽbris solum fit hæc concoctio, ut dixit primo ꝺ morbis uulgaribus tempestate secunda com. 46.* Et *ratio est, quoniam mẽbra nostri corporis agũt in dissimilia, & non in similia, ut puta uentricu-*

Pus optimũ, uisu cãdidũ, crassum, sibi simile ũdiq;, leue, & minime fœtidum

Nota.

Cõcoctio solum à mẽbris solidioribus.

Membra nr̃i corporis ĩ similia nõ agunt.

lus agit in cibum anteq̃ fiat chilus, & non postq̃ factus est chilus. Et epar in chilum antequam factus sit sanguis, & non postq̃ factus est sanguis. Similiter caro ipsa agit in materiam phlegmonis, eam de coquendo quousq; fuerit facta ei similis: sed postq̃ illa acquisiuit carnis colorem, caro ipsa non amplius agit in illam, sed ipsam relinquit, & tunc menbra uere solida quæ sunt ei dissimilia agunt in ipsam, & concoctionem quam inceperāt carniformia perficiunt. Eodem modo dicendum est de sedimento albo in urina, & in partibus omnibus suis debet esse uniformiter dispositum, etiā colore, & in tempore, ut nō una die appareat unius substantiæ & coloris, & alia die alterius substantiæ aut coloris, quoniam tunc, ut dixit secundo predictionum com. 26. significatur q̧ quidam humor cōcoctus & deuictus est a natura, & alius inconcoctus. Vrina enim (ut ibi dicit) faciens sedimentum quale dictum est, significat morbum esse sine periculo, atq; integre exsoluēdum. Et dixit Auic. secunda quarti trac. primo cap. 88 q̧ melius est ut sedimētū in urina sit lene & æquale & sit rubeum, q̃ si esset album & asperum inæquale, quoniam plus potest æqualitas substantiæ ad salutem, q̃ color ipsius. Et est intelligendū q̧ digestio hæc non est sicut, quæ circa escam, quæ est alteratio nutrimenti ad propriam nutriti qualitatē, quæ proprie digestio uocatur de qua Gal. tertio

Quando Vrina morbū significat esse sine periculo & integre exoluendum

Digestio quid.

tertio de uirtutibus naturalibus cap. 13. nec quæ circa putridam uersatur substantiam quæ est alteratio cessare faciens putredinem. Sed intelligitur de alteratione, quæ est æquatio humoris, per quam redditur humor uirtuti expulsiuæ obediens Vnde superfluitatibus non naturalibus debetur digestio, aut ratione putredinis, quæ in eis est, aut ratione modi substantiæ quo uirtuti rebellant expulsiue, ut si fuerit uiscosa, fortiter adhæret, si crassa oppilat, & uix mouetur, si tenuis cedit, & hinc inde spargitur, ut circa hanc figi non possit uirtus expulsiua. Si ratione putredinis, aut super fluitas, est reducibilis ad benignum, quia nondum uehementer putrit. Et tunc digestio in ea est alteratio cessare faciens putredinem, manente substãtia, ut Gal. ait tertio artis medicinalis can. illo. Esto enim si ita contigerit in humoribus putrefactis accendi febrem, & hæc etiam proprie uocatur digestio. Aut ipsa non est reducibilis ad benignum, & tunc digestio ipsius uel est cõuersio eius in saniem albam, lenem, æqualem pauci fœtoris, uel preparatio eius ad expulsionem, si non fuerit collecta ad apostema, sed ĩ uenis aut uijs expulsionis contenta. Digestio autẽ, quæ debetur superfluitatibus non naturalibus ratione modi substantiæ, nihil aliud est, q̃ reddere ipsas obedientes uirtuti expulsiuæ. Et hæc dicitur ab Auicena maturatio prima primi de uirtutibus cap. 3. Et æquatio pri-

Digestio q̃ debetur superfluitatibus non naturalibus, duplex.

Quid digestio in superfluitate reducibili ad benignum.

Digestio in non reducibili, duplex

Digestio rõe modi substantię quid.

ma quarti trac. secundo cap. 7. id est reductio ad mediocritatem substantiæ, ut in crassa cum subtiliatiuis, & incisiuis, & in subtili cum incraßantibus. Nam subtilitas humoris dupliciter impedire potest facilem ipsius expulsionẽ. Primo, quia propter subtilitatem substantiæ faciliter imbibitur. Secundo, quia propulsus faciliter spargitur hinc inde diuisus, quod manifeste apparet in grauedine, cum ad nares humor mouetur, Et destilationibus crudis, & aquosis, quales sunt in principio. Nam dum conamur à pectore eijcere aquosos humores cedentes aeri insuflato, cum tussi sparguntur, hinc inde diuisi per pectus, uel commoti recidunt super pulmonem, & ipsum imbibunt, sicuti aqua spongiam. Etiam quando nitimur exsuflare & emergere grauedinem aquosam, ipsa spargitur neq; leuiter & sufficienter emittitur, sicut quando est incraßata, & maturata. Non est tamen humor subtilis incraßandus, quando expelli debet per uias strictissimas, quales sunt uiæ penetrationis urinæ in uesicam, aut sudore, aut insensibili resolutione. Si uero fuerit pus semiputridum tertiũ genus putredinis (de quo paulo supra) consistit. Et quod sequitur notum est ex declaratis. Et nota de putredine apud medicos, an sit alia á putredine philosophorum. Arist. quarto meteororum. 6. putredinem dixit in quocunq; mixto, esse corruptionem caloris innati à caliditate ex

Dupliciter impeditur facilis subtilis humoris expulsio,

an putredo apud medicos alia sit á putredine philosophorũ.

tranea,

tranea, calor enim extraneus facit euaporare calidum innatum, ex qua euaporatione etiam humidum innatum euanescit, & redditur corpus siccius, hanc definitionem Gal. comendat undecimo methodi cap. octauo, & in secundo huius cap. 12. ubi inquit. Constat enim Aristot. recte dixisse fieri putrefactionem ab aliena caliditate. Intelligit autem alienam, externam, non natiuam, nec unicuiq; propriam: hæc enim concoquere, aliena uero corrumpere solet, quod est putrefacere. Et si dicas. Solū calida & humida apud medicos putrescere, nam quarto de ingenio cap. quinto dicit Gal. q̃ ulcera indigent exsiccatione, nisi uellemus carnem contusam reducere ad saniem, tunc enim calidis & humidis indigemus, quoniam omne quod putrefit necesse est q̃ sit calidum & humidum. Item in nono cap. tertio debent enim sēper ea quæ putrefiunt calida esse & humida. Et in undecimo cap. quarto dixit illa tantum putrescere corpora, quæ cum calida humidaq; natura sint non transpirant & in calido & humido loco manent. Dicendum q̃ litera in auctoritate prima non sic iacet in textu græco: sed sic omnia quæ putrefiunt propter calidum & humidum afficiūtur. Et in alijs hoc uult, q̃ ad putrefactionem facile transit corpus calidum & humidum, iuxta id in hoc primo cap. quinto. Promptissime enim putrescunt, quæcunq; calida & humida & in locis

Putredinis definitio.

Nota.

calidis nisi diflentur & refrigerentur. Et secũdo huius cap. 12 uult omne mixtum posse putrescere immo etiam uestes, si non euententur. Sunt tamẽ illa mixta putredini maxime apta, quæ habẽt humidum faciliter à sicco separabile, illa autẽ multum inepta quorum humidum uehementißime cũ sicco est inuiscatum, ut aurum, ferrum, & similia, tamen etiam putrefiunt, & primo fiunt humida, deinde incinerantur, quia tamen substantiã habent ualde densam & fortiter coagulatam, & calor eorum est ualde inclusus, nõ apparet sic in eis manifesta putredo, ut in alijs. Vnde cum putrefiũt apparet in superficie eorũ quoddam simile humiditati, deinde secundum partem post partem resoluta tali humiditate, paulatim decidunt & in puluerem paulatim deueniunt. Contingit etiam in corpore humores putrefieri respiratione & euentatione prohibita: clausis enim uijs & detentis superfluitatibus fumosis educi consuetis, extraneatur caliditas innata, quæ tunc ebullire faciens humidum, putredinem in eo inducit.

Maxime apta putredini, q̃ habẽt humidũ faciliter à sicco seperabile.

Quomodo Aurũ & ferũ putrescunt.

TEX.

Lau. COETERVM quot in abscesſibus putredinis differentiæ sunt, tot in febribus ex putredine accensis vrinarũ formæ existũt. Optima enim urina, quæ ex putrescẽte humore adepto ex cõtinenti uase cõcoctionẽ efficitur, cãdidũ, leue, æquale, ac minime fœ-

tidum

tidum sedimentum habet. Pessima vero, maxime cõtraria huic est. Ea vero quæ media ẽ, quo magis alteri earũ propinquet tãto melior aut deterior est. Sed de urinarũ differẽtia lib. de iudicationibus docuimus.

QVOTcunq; vero in abscessibus putredinis sunt differentiæ totidem & in febribus quæ ex putredine accẽduntur, sunt eorum quæ in vrinis apparent formæ varietates. Optima uero vrina, quæ ex putrescẽte humore perficitur, qui adhuc coctionẽ à continenti vase suscipiat, est quæ album & leue & æquale & minime fœtidũ, quod habet, pessima autem est, quæ in omnibus maxime contrario modo se habet. Quæ uero inter media existit, quãto propius ad alteram accesserit, tanto aut melior, aut deterior existit. Sed de vrinarum differentia in commentariis de crisibus dictum est.

Leoni.

Optima urina, q̃ albũ, & leue, et æquale, et minime fetidum habet sedimẽtũ.

Quot sũt differẽtiæ putredinis in abscessibus, tot sũt in febribus putredine accẽsis.

COMMEN. 39.

IN *quo etiam conueniant putredo apostematũ & uasorum ostendit. Et dicit q; quot sunt species seu differentiæ putredinis in abscessibus: quoniã bona, mala, & media, similiter tot sunt in febribus putredine accensis, quæ in urinis apparent, nam optima urina, quæ ex putrescente humore concoctionem à continenti uase suscipiente perficitur, est quæ album, & leue, & æquale, & mini-*

me fœtidum habet ſedimẽtum,peſſima uero quæ in omnibus maxime cõtrario modo ſe habet, quæ uero inter media exiſtit,quanto magis ad alterá acceſſerit,tantum aut melior,aut deterior exiſtit. Et de urinarum differentia in libro de criſi dixit. Sed hic uidendum eſt,quid per hypoſtaſim in urina intelligẽdum,& ex qua ſit materia. Tertio an in ſanis & ægris ex eadem fiat materia. Quarto ſuper quam materiam habeat ſignificare. De primo dicit Auic.ſecũda primi doc.tertia, ſumma ſecunda cap.ſexto ꝙ medicorum conueniẽtia circa uſum iſtorum duorum nominum, hypoſtaſis,& ſedimen, iam receſsit ab uſu proprio, quoniã ſedimẽ & hypoſtaſim,non id ſolum quod inferius deſcendit appellant,immo quamlibet rẽ in urina contentam,cuius ſubſtantia eſt craßior aquoſitate & liquore urinæ ab ea ſeiuncta, ſiue res illa ſuſpenſa fuerit in medio,ſiue natãs in eius ſuperficie. Et Truſianus in fine libri tertij artis medicinalis,ubi has tres difficultates examinat, tenet hypoſtaſim eſſe partẽ chili quæ refugit actionem caloris naturalis in ſecunda digeſtione, quæ dicitur ſanguificatio. Ipſa enim,cum chilus in ſanguinem conuertitur non ſanguificatur, sed ſimul cum ſanguine tranſit ad uenas,& ſimul cũ urina exit.Et ſic hæc pars chilli proprie loquendo non eſt ſuperfluitas ſecundæ digeſtionis: sed eſt illud in quo non potuit digeſtio ſecunda. Et fũ

Quid ꝑ hypoſtaſim intelligẽdum ſecundo, ex qua materia fiat. Tertio ã in ſanis & egris ex eadẽ fiat materia, Quarto ſuꝑ quã materiã habet ſignificarẽ

datus

datus est Trustianus primo sup auctoritate Gal. primo pronosticorum com.ultimo. Vbi dicit Gal. q res quæ refugit ut operetur in ea ex cibo apud conuersionem suam ad sanguinem residet in urina. Idem ostendit ex eodem tertio artis medecinalis cap.de causis conseruatiuis corporis optime sani com.15.secundum suam diuisionem,cum dicit Et ita eis diæta utentibus scilicet commensurata in egestionibus nihil derelinquitur circa uétrem & urinam & totum corpus. Modo cum hypostasis educitur in urina uidetur aliquid derelictum: quoniam significat naturam non toti assumpto potuisse preualere,& in superfluitatem remansisse,quæ superfluitas nõ est eueniens cursu naturæ, sicut stercus & urina:sed ex peccato uictus. Fundatur etiam in alia auctoritate primo de crisi cap.duodecimo. Inquit enim ibi Gal. q qui multo utuntur cibo,et stant in ocio,in eorum urina multa est hypostasis,& q siquis multo & superfluo cibo utatur & ob hoc ægrotet, licet à principio non appareat hypostasis,cum tunc humores non sint digesti,tamen hypostasis plurima in ultimo erit,& q in chollericis quibus accidit febris ex pauco cibo et labore est contrarium: quoniam eorum ægritudo multoties consumitur preter q residеat aliquid in urinis eorum.Inquit modo Trustianus hoc ideo est: quoniam totus chilus in isto sanguificatur propter cibi paucitatem,in alio au

Secundo

Tertio

tem non. Notat tamē q̃ quamuis talis massæ ptisanæ particula refugiat quandam transmutationem suæ spetiei quæ est digestio secunda sanguificatio dicta: ipsa tamen in sua spetie manens apta est in ipsis uenis suscipere aliquos digestionis modos. Et quamuis ipsa non sit phlegma, est tamen uicina phlegmati, signum cuius est: quoniã multũ abũdat in naturis phlegmaticis, & ab eisdem fit causis, à quibus phlegma. Et ideo, ut dicit Gal. talis superfluitas multum abundat in pueris & ociose uiuentibus. Et licet ipsa sit secundum se similior phlegmati, tamen accipit ipsa naturam dominantis in corpore humoris, configurans se tali sanguini, qualem ex cibo cõtingit generari, scilicet uel tẽperato, qui simpliciter dicitur sanguis, uel phlegmatico, chollerico, uel mellencolico, qui non simpliciter, sed secundum additionem dicuntur sanguis. Sed positio hæc est male fundata: Nam secundum medicos albedo in urina arguit indigestionem et cruditatem. Et albedo in hypostasi arguit materiam morbi esse digestã, & antequam materia morbi sit digesta hypostasis non est alba. Modo si hypostasis non esset pars humoris digesti: sed pars chili, quæ non potuit ab epate sanguificari, in principio febrium deberet hypostasis alba apparere: quoniam quanto minor est actio caloris super talem chilum, & quãto est magis indigestus, & insanguificatus, tanto

Albedo ĩ urina qd significet.

to magis est albus. Et si dicatur quòd hæc superfluitas quæ hypostasis est transmutatur secundum transmutationem sanguinis, & humoris cui admiscetur. Et ideo donec humores qui sunt causa morbi non digeruntur, non apparet hæc superfluitas digesta, & quòd tempore digestionis & uictoriæ naturæ apparet hæc hypostasis alba, non quia uirtus immutatiua, & calor innatus membrorum aßimilent ipsam membris, quæmadmodum uidetur etiam dici de digestione saniei in apostemate, nam non est uerisimile, q natura conuertat prius superfluitates sanguinis in aliquam similitudinem membrorum, q̃ ipsum sanguinem, cum sit alimentum eorum, immo nec hoc est in factione saniei apostematis, in membris enim carnosis, cum in eis dominatur rubedo, non poterit esse conuersio in eis ad albedinem ex causa illa. Et ideo dicit Trusianus, quòd tam in hypostasi, quam & in sanie est propter calorem naturalem cum preualuerit substantiæ siccæ habere dealbare, sicut patet de calore ignis agente in carbones. Et ideo Gal. in comento illius aphorismi. Circa generationem saniei, dicit q sanies est de sanguine putrescente in phlegmone, sicut cinis ex combustis lignis, quoniam in putrefactione phlegmonis expirat subtile aqueum, & quod est in sanguine crassum aut incineratum, est sanies, & ob hanc

Sanies d̄ sanguine putrescēte ĩ phlegmone, sicut cinis de cõbustis lignis.

causam similem huic contingit etiam dealbatio hypostasis cum calor naturalis dominatur: nã cũ hypostasis sit illud quod sanguificari non potuit reuoluitur in uenis simul cum sanguine, et ideo dominante calore eius, subtile respirat, crassum autẽ quasi cinis factum dealbatur, adiuuãte ad hoc & non parum, q; massa ptissanaria fuit substantia alba. Sed hæc sunt expresse contra mentem Gal. primo pronosticorum com. ultimo, & primo de morbis uulgaribus tempestate secunda com. 4 6. nam ibi aßignans causam albedinis in hypostasi, & sanie apostematis dicit, q; sanies laudabilis est alba propter uictoriam naturæ morborum digerentis materiam illam, & ipsam ad similitudinem mẽborum spermaticorum producentis, quæ sunt tunicæ uenarum, nerui, ligamenta, panniculi, & cartilagines. Et dato q; sanies laudabilis in carne sit minoris albedinis, quam in spermatico mẽbro, tamen ex parte etiam carnis ad albedinẽ debet declinare, & non ad rubedinem multam: quoniam caro est cõmixta illis mẽbris, quæ sunt sicut fundamenta uirtutis, & sunt alba, etiã caro, cum á sanguine est expressa, albedine participat. Vnde Auer. tertio colliget cap. 24. loquẽs uniuersaliter de mẽbris tertiæ digestionis, tã carnosis, quam aliis, dicit q; ipsa cõuertunt sanguinẽ ad sperma album, & hoc quia in se sunt alba, similiter sicuti dicit Thomas de garbo, si fieret al

Quare sanies laudabilis alba.

bedo

bedo in ſanie & hypoſtaſi, ſicut dicit, quia calor cum preualet ſubſtantiæ ſiccæ dealbat. Ideo dominãte calore, ſubtile ſpirat, remanens autem craſſum iam cinis dealbatur, tunc sanies peßima & hypoſtaſis praua, à peßima extraneitate caloris debent plus eſſe alba, q̃ sanies laudabilis, cum calor habeat plus ille ſubtile reſoluere, & craſſum dimittere, q̃ calor faciens ſaniem laudabilem. Item ſi eſſet illud quod dicit uerum, tunc ante hypoſtaſim albã & ſaniem, deberet apparere nigra: quoniam calor agens in humidum, ut dicit Auic. primo facit nigredinem, deinde cũ eius humiditatem exiccauerit facit albedinem. Item Auic. can. quarto fen tertia tract. primo cap. 23. aßignans cauſam, quare sanies laudabilis debet eſſe alba, dicit quoniam calor mẽborum radicaliũ eſt albus, & nõ aßimilat eã niſi natura potẽs ſuper eã, quod uero dicit de aphoriſmo. Circa generationem saniei: non eſt quod ibi intendit Gal. Quoniam per illa uerba non intẽdit Gal. aßignare cauſam albedinis in ſanie laudabili, ſed uult aſſignare cauſam quare dum fit ſanies in apoſtemate, dolor & febres ſunt fortiora, & cum facta eſt sanies remittuntur, nam cum ſanies fit, fit ebullitio in materia, cum tũc materia a calore digeratur & tranſmutetur: sed cum materia eſt perfecte digeſta, illa ceſſatur. Vnde etiam febris & dolor remittuntur, & eſt ſicuti de igne accenſo in

Quare, dũ fit ſanies feb. & dolor augetur, & cũ facta ẽ remitũtur

Nota ſimilitudinẽ de igne in li-

gnis accenso.

lignis: nam sicut calor ignis donec comburit & transmutat ligna fit fortis, deinde debilitatur, ita donec sanies transumatur fit fortis calor, deinde remittitur, in hoc enim solũ iacet similitudo. Gal. etiam expresse uoluit hic hypostasim decidi ab humore qui putrescit, et q͂ sit pars illius, cum dixit. Manente enim adhuc concoquendi facultate uenarum, putrescens tunc humor ad talem deducitur alterationẽ, et in fine capituli dicens. Optima. n. urina quæ ex putrescente humore adepto ex continenti uase concoctione efficitur. Et patet quã extorta est eius expositio, dicentis q͂ per humorẽ putridum intelligit non humorem qui actu putrescit, sed materiam antecedentem quæ est apta putrescere, nec eam absolute, sed chilum cum ea admixtum. Ad id autem quod adducit primo pronosticorum, q͂ hypostasis est id de nutrimento quod refugit actionem caloris apud conuersionem sanguinis. Dico q͂ litera illa antiqua est falsa: sed noua traductio dicit, alimentum quod refugit actionem naturæ dum scilicet ipsa uult sanguinem in nutrimentum membrorũ conuertere. Et ideo quod refugit actionem caloris naturalis, nõ dico intendentis sanguificare, ut ipse Trusianus dicit, sed intendentis saguinem in substantiam membrorũ cõuertere, est hypostasis, & sic ex tertia digestione, nõ autẽ ex secunda ipsa resecatur. Ad aliud ẽt tertio artis medicinalis, litera nõ dicit, nihil de

Hypostasim decidi ab humore q͂ putrescit

Ad primũ Trusiani fũdamẽtũ.

Hypostasis ex tertia digestione, nõ ex secunda.

Ad secũdũ fũdamentum.

relinqui

reliq̃,sed dicit nihil delinq.Et ita nõ uoluit Gal. dicere, ut credit,ꝙ nihil hypostasis derelinquat: quia tantũ appetit tale corpus,quãtum potest digerere:sed uoluit,ꝙ in corporibus optime cõpositionis uictu utẽtibus in quantitate tẽperata erũt tẽperatæ secundũ quantitatẽ, & nihil delinquentes omnes corporis euacuetiões,cũ hoc tamẽ stat ꝙ sẽper aliqua sit in eis superfluitas , nam licet chilus totus conuerteretur in sanguinẽ,tamen cũ sanguis in substantiam mẽbrorum conuertitur,resecatur hypostasis,quãtumcunq; tale corpus sit temperatum. Et ad illud primo de crisi dico,ꝙ id concederet positio contraria,quoniã in his q utũtur plurimo cibo,nõ cõuertitur totus chilus in sãguinẽ,sed ex chilo multo generatur sãguis nõ bene digestus,Et tũc mẽbra agentia in sanguinẽ,ut ipsum conuertant in sui substãtiam,ex tertia digestiõe resecat multũ superfluitatis,et sic tũc fit multa hypostasis. Fatetur etiam Trusianus,partẽ humoris peccantis expelli simul cũ hypostasi, cũ ipsa appareat in principio & augmẽto feb. aliquando citrina. Cur ergo si pars hypostasis est humor,nõ tota potest esse humor, & nõ materia chilosa. Nam sit uirtus epatis fortis cũ pauco cibo,et pecet materia chollerica, tũc nõ remanebit pars chili nõ sãguificati,& tota hypostasis erit humor chollericus. Item si uides hypostasim citrinam, quare iudicas ibi esse chilum , cum non ex

Ad tertium.

modo substantiæ, neq; ex colore, neq; ex alio hæc cognoscatur. Sed dices. Si hypostasis sit superfluitas tertiæ digestionis, ut comuniter tenetur, tūc in omni urina deberet apparere hypostasis, quia in quacunq; digestione resecatur aliqua superfluitas. Item secundo prædictionum com. 26. inquit Gal. q̄ urina nō habet sedimentū si tenuiter uiuit, copiosum uero habet si largius, exiguū uero si modice. Igitur non est uerum q̄ hypostasis sit superfluitas tertiæ digestionis: quoniam aliter semper ipsa appareret in urina. Dicitur negando argumētum, & conceditur, ut dicit Gal. & Auic. q̄ non ē necesse, nec in febriente, nec in utente regimine subtili hypostasim apparere, nā stante magna indigentia cibi, membra etiam superfluitates attrahunt, ut nutriantur. Etiam superfluitas, si sit subtilis à calore forti ressoluitur, & per porros cutis euaporat. Cōtra primo pronosticorū com. ultimo inquit Gal. hypostasis non est ut sanies. quoniam non concurrit calor preter naturam ad generationem eius. Ergo Hypostasis non est de materia causante febrem putridam: quoniam tūc calor febrilis concurreret ad generationem hypostasis. Ergo ipsa est de materia chilosa, quæ fit à calore nō preter naturā. Dicendum, q̄ Gal. ibi loquitur de hypostasi in sanis, ad cuius generationē non concurrit calor preter naturam, & ideo medio modo se habet inter saniem & sanguinem.

Contra Gal. positionem.

Secundo

Responsio.

Nō sēp apparet hypostasis.

Nota

Sed in febrientibus febre putrida, ipsa est eodem modo ut sanies. Restat alia difficultas. Nunquid ex eadē materia sit hypostasis in sanis & ægris. Tenet Trusianus q̄ sic, quoniam tam in sanis, quā in ægris est id quod refugit actionem naturæ scilicet chilus non sangnificatus. Hoc etiam concedēdum secundum uiam cōmunem, quoniam tam in sanis, quā in ægris est superfluitas tertiæ digestionis, scilicet id quod superfluit ex actione & cōuersione uenarum in nutrimentum. Est postea alia opinio media magis ad mentem Gal. & Auic. tenens hypostasim fieri, non ex humore putrido solum: sed ex quacunq; materia in uenis contenta actionem earum subterfugiente, siue chilus sit, siue humor putridus, nam quid quid in uenis refugit actionem naturæ, & non potest in substantiā membrorum conuerti, est id ex quo generatur hypostasis secundum Gal. etiam secundum Auic. secunda primi summa secūda doc. tertia cap. sexto ubi dicit. In uenis sani nō semper oportet esse humorē qui sit excutiendus: sed si est hypostasis in homine sano, melius est ut significet in eo superfluitates quæ superfluunt in uenis ex cibo à digestione priuate scilicet partes chili, quæ subterfugientes sanguificationem in Epate, lapsæ sunt ad uenas à quibus excutiuntur mature, uel immature, transeuntes cum urina in forma hypostasis. Et sic innuit Auic. duplicem hyposta

Tertia difficultas.

Opinio alia.

Duplex hypostasis materia.

ſis materiam & modum, una eſt pars humorum excutienda à uenis, tanq̃ inutilis nutritioni, & talis queritur, & inuenitur in ægris uel in diſpoſitis ad ægritudines materiales, Alia eſt pars chili, que per epar tranſit abſq; digeſtione ad uenas, tranſiens illic digeritur, & poſt excutitur cum urina ut inepta nutritioni, & talis queritur, & inuenitur in ſanis, de qua dicit Gal. com. ultimo primi predictionum, q; eſt medium inter ſaniem & ſanguinem. Reſtat ut uideamus quartam difficultatem, ſcilicet ſuper quam materiam habet hypoſtaſis ſignificare. Gal. primo de criſi cap. ſeptimo, & quarto de tuenda sanitate, ubi loquitur de ſignis ſignificantibus ſuper humores exiſtentes in uenis, dicit q; ex hypoſtaſi non poſſumus ſignificare niſi ſuper ea quæ in uaſis continẽtur, nam urina nota eſt eorum tantum quæ in uaſis continẽtur, egeſtio eorum quæ in uentre, ſputum eorum quæ in membris anhelitus, ſudor uero eorum quæ in uniuerſo corpore abundant. Sed dices uidetur aliter dicere Gal. ſecundo predictionum com. 37. Vbi dicit. Nobis per naturam habentibus excrementa totius corporis per urinam repurgari, tunc enim urina ſuper omnes humores in qualibet parte corporis exiſtentes ſignificabit. Dicendum q; aliud eſt loqui de eo quod rarò contigit, & aliud de eo quod ut plurimum, nam iſte eſt ordo, q; cum humores exierint uenas, & ingreſſi ſint menbrorũ porroſitates,

Quarta difficultas

ex hypoſtaſi non poteſt ſignificari niſi ſup ea que in uaſis cõtinẽtur.

urina nota eorum quæ in uaſis cõtinetur. Egeſtio,

porrositates, resoluuntur insensibiliter, ut per sudorem, sordiciem, aut pillos, quandoq; tamen in motu naturæ per uiam urinæ expelluntur. Hypoc. uero & Gal. loquuntur ut plurimum, q, humores super quos significatur per urinam, sunt qui in uenis existunt. Caue tamen ne te fallat, dicebat Hyppoc. quoniam in preter naturam habentibus, quãdoq; urina est mala, & non est propter uitium uenarum, sed uexicæ. aut renum, aut supple, per uias, quæ sunt inter eos, uexicam & uirgam. Sed dubia restant. Primum est, Nam Gal. hic cap. octauo ibi. Cæterum quot in abscessibus &c. uult hypostasim fieri in febribus omnibus, etiam interpolatis similem saniei, & tamen in medio paroxismi, quando non est materia incinerata potest apparere hypostasis. Sequeretur etiam, q, digestio & indigestio solum causæ coniũctæ deberetur. Aliud dubium est, nam diximus, q, materia in uenis putrida est ad modum saniei. Ergo in statu febris, materia quæ euacuatur per crisim, deberet esse ad modum saniei, & ad modum hypostasis in urina, quod falsum est, quoniam in statu febris materia, uel per uomitum expellitur, uel per fluxum sanguinis narium, quæ non habet modum saniei, immo formam sanguinis. Dic ad primum, q, licet ex materia putrefacta quæ est intra uenas, ut plurimum decidatur hypostasis, tamen ex quacunq; materia in uenis, & actu putrida,

eorũ que in uẽtre sputum, eorũ que in membris anhelitus. Sudor eorum quæ in uniuerso corpore.

Dubium

Secundũ

Ad primum

& apta putrescere, potest hypostasis decidi, & sic non solum ipsa significat digestionem uel indigestionẽ materiei quæ actu putrescit, sed & eius quæ apta est putrescere. Et ideo aliquando hypostasis potest significare materiam coniunctam, aliquando antecedentem, aliquando utranq;. Sed in interpolatis deciditur à materia intra uenas existente, & significat super causam antacedentem. Et licet dicat Gal. q in putridis & interpolatis hypostasis sit ut sanies, nõ tamen uult in interpolatis, eam significare super causam coniunctã: sed super materiam in ueuis existentem, quoniã, ut dictum est, ipsa uniuersaliter à materia in uenis existente deciditur. Ex quibus sequitur, q digestio quandoq; causæ antecedenti, quandoq; coniunctæ, & quandoq; utriq; debetur, nam in interpolatis debetur antecedẽti, & non cõiunctæ, quoniam illa à natura resoluitur per sudorem, uel insensibilem euacuationem, in cõtiuuis uero utriq; Ad secundum dubium, dic quenæ aliquando partem materiæ peccantis ad sui similitudinem in colore conuertunt, & non totam, & tũc medicus ex parte illa iudicat totius materiæ digestionem, nam uenæ non semper sanguinem totũ in eis existẽtẽ cõuertũt ad colorẽ albũ, quoniã nõ totũ sanguinẽ cõuertũt in suũ nutrimẽtũ, & ob hoc apta uena sanguis fluit rubeus, residuum uero materiei præparatur ad expulsionem per aliam uiam.

Aliquando hypostasis significat materiã cõiũctã, aliquando antecedentẽ, aliquando utrãq;.

In interpolatis decidit hypostasis à materia intra uenas existente Et super causam antecedentẽ significat.

De

DE SIGNIS DISTINCTIVIS INter Ephemeram & putridam CAP. VII.

TEX.



EBRES autem accensas ex putredine humorũ, alias à diarijs esse existimarĩ oportet, Atq; earum agnitio nequaq; difficilis est, quamuis impossibilis quibusdam esse uideatur. Idq; re ipsa millies indicauimus prima accessione sedata, lotum ac modice cibatum, ad solitas operationes redire præcipientes: ceu postea non febricitaturum, & ita accidit. Lau.

EAS autem quę in putredine humorum febres accẽduntur, alias ab ephemeris oportet existimare, neq; earum discretio difficilis est, quãq; nonnullis uideatur esse impossibilis, nos vero hoc millies re ipsa probauimus, prima accessione finita, lotum hominẽ ac mediocri cibo refectum, ad consueta opera transmittentes, ut qui alteram febris accessionem sensurus non esset, neq; nos nostra existimatio fefellit. Leoni.

COMMEN. 40.

IN parte ista, quibus inditijs febris diaria cognoscatur ostendit. Sed primo dicit, q diariarũ cognitio non est difficilis, quamuis quibusdam impossibilis esse uideatur, Et q hoc ipse millies iudicauit finita prima accessione, precipiens lotum, hominem ac modice cibatum, ad solitas operationes redire, ut non amplius febricitaturũ. Et ita fuit, sed Auic. dixit q ipsa est difficilis cognitiõis, facilis curatiõis prĩa quarti trac. 1. cap. 5. Et hoc potest intelligi in genere, & specialiter de diaria ex oppillatione, iuxta id capitulo in quo agitur de ephemera ex oppillatione. Et hæc febris est difficilis ad cognoscendum cuius similitudo ex proxima similitudini febrium humorum, hæc quandoq; remanet usq; ad diem tertium. &c. Et de Ethica dixit, q similiter in principio est difficilis cognitionis, & facilis curationis, sunt autem facilis curationis, quoniam eis solum una est intentio curatiua scilicet alteratio caliditatis. Est etiam in diaria calefactum esse in re subtili faciliter ressolubili, scilicet spiritibus, in principio autẽ ethicæ nulla aut modica facta est consumptio. Dicendum tamen, q licet diaria in principio, & quãdo actualiter existit difficilis sit cognitionis, ob communitatem in signis cum aliis febribus, tamẽ post eius recessum faciliter cognosci potest. Nã uidens medicus, q in die una recessit, & non sequuta sunt signa aliarum febrium, iudicat statim hanc fuisse

diaria febris, quõ dificilis ẽ cognitionis.

Eticha ĩ prĩcipio difficilis cognitionis & facilis curationis

Quare diaria et ethica facilis sũt curationis.

Diarias gal. in re

se

se diariam, Gal. autē eas cognouisse in recessu ostē dit dicens. Accessione finita postquam fuit lotum ad solitas operationes redire, & hoc: quoniam ui dit eum non amplius febricitaturū per signa quæ in eius declinati e hoc ostendebant: ait tamē octauo meth. cap. tertio in fine. Ego uero neq; in omnibus ægrotantibus fateor exacte me scire in primo die affectum: neq; aliquam diariam me utiq; latere. At uero hoc satis est, si discernere diariā à reliquis queas, ut nihil in uictus ratione primis saltem diebus pecces. Postea cum dicit.

cessu cognouit.

TEX.

VNVM igitur ac primum indicium febris diariæ. est ab aliqua causa prægressa incepisse recenti atq; euidenti, quam consueuerunt omnes medici iuniores appellare causam procatarcticam, id est prægressam. Sed id quāuis inseparabile sit ab huiusmodi febribus, earum proprium minime est: quoniam & aliæ nonnullæ incipiunt causa quadam euidenti prægressa.

Lau.

Quibus īditijs febris diaria cognoscatur

VNVM uero hoc est præcipium febrium ephemerarum indicium, ab aliqua incipere causa recenti, ac manifesta, quæ ante præcesserit, quā omnes medici iuniores vsitato vocabulo procatarcticā id est præincipientem appellant. Sed & si hoc inseparabile sit talium febrium, indicium, tamē

Leoni.

earum proprium non eſt, nam & aliarum quædam ex cauſa manifeſta fiunt quæ ante præceſsit.

COMMEN. 41.

diariæ febris inſeperabile ſignum.

INCIPIT *ponere indicia earum, & primum eſt non eis proprium, sed inſeparabile, incepiſſe ab aliqua cauſa recenti atq; euidenti, quã omnes iuniores medici conſueuerunt appellare cauſam procatarcticam, ſeu pregreſſam, hoc autẽ eis non eſt proprium: quoniam & aliæ nõnullæ incipiũt ab ea. Et eſt intelligendum ſecundũ Gal. in libro de conſtitutione artis medicinæ cap. 15. & quarto de ratione uictus in morbis acutis, ꝙ quædam ſunt ſigna quæ ex neceſsita te conſequuntur morbum, græce dicta pathognomonica, id eſt, affectuum indicatoria. Quedam uero non neceſſario, quæ uel morbi differentiam, uel mortem, uel magnitudinem ſignificant. Et prima aphoriſmorum com. 12. ita diſtinguit. Quædam ſunt, quæ ſignificant paſsionem, quædam quæ differentias paſsionum, quæ aſsidentia dicuntur: quæ paſsionẽ ſignificant, ſunt quæ una cum morbo inuadunt. Item quedam dicunt inſeparabilia, quedam propria, quedam inſeparabilia & propia ſimul. Inſeparabilia ſunt, quæ ſignificant paſsionem, & non ſeparantur ab illa, sed neceſſario eam ſequũtur, à quibus non licet argumentari affirmatiue, sed ſolum à negatione talium, ad negationem paſsio-*

Signorũ diuiſio.

nis

nis ualet argumentum, ut exempli gratia. Dolor pungitiuus in pleuritide, acuta febris, difficultas anhelitus, tußis. Nam sequitur, non est dolor in latere pungitiuus, ergo non est pleuritis. Non tamen sequitur affirmatiue. Dolor est in latere pungitiuus, ergo pleuritis. Sed bene licet argumentari ex signis proprijs affirmatiue. Bene enim sequitur ex omnibus simul incipientibus. Febris, spirandi difficultas, lateralis dolor, pulsus tensus & durus, & tussis. Ergo pleuritis. Licet enim nullũ horum sit propriũ signum morbi lateralis, tamẽ omnia simul dicũtur propriũ signum. Et ob hanc causam ait Gal. primo proreheticorum com. 4. Morborum signorum ea sunt certißima, quæ perpetuo et solis insunt, deinde quæ perpetuo quidẽ, sed non solis. Et hæc signa in morbis sunt querenda, & non alia. Ideo Gal. tex. illum. 4. reiecit tãquam alienum à mente Hyppo. cum urina decoloris non sit inseparabile signum à phrenitide, neq; ei proprium. Est ergo hoc signum incepisse ab aliqua causa prægressa à diarijs inseparabile, quoniam omnes per talem fiunt modum, & sequitur, hæc febris non incepit à causa procatarctica. Igitur ipsa non est diaria: non tamen sequitur affirmatiue, hæc incepit à causa procatarctica. Ergo est diaria. Et ideo signum hoc nõ est diarijs propriũ. Sed dices. 9. methodi et. 10. in principio & .8. cap. 4. datur diaria ex oppillatiõe. Ergo ex

Signa in morbis q̄renda.

Diaria proprie nõ trãsit horas 24 diaria ex oppillatiõe, quãdoq; usq; ad tertiũ diem durat.

causa intrinseca. Dicendũ q, quæ proprie est diaria ex se non transit.24.horas. ut ipse dixit nono methodi cap. secundo, & quarta aphorismorum com.55. Et ista est quæ non potest fieri nisi a causa extrinseca: sed quæ fit ex oppillatione, remanet quandoq; usq; ad diem tertium, nisi error fuerit in cura eius, aut regimine ægri. Et cum magna fuerit obstructio, febris ex diariarum genere non erit, secundũ Gal.8.methodi cap.4.in fine, &.10. cap.2. Et dixit ibi.8.methodi. Quæ ex parua oritur obstructione, ea saltem inter initia similis diarijs est, protracta tamen inclinatione suspecta redditur, quãuis putredinis indicia in pulsu adhuc non appareant. Quippe nisi uitiosus succus penitus transpiret necesse est putrefiat. Est etiam intelligendum, q febris diaria, ex quo depẽdet à causa procatarctica, & remanet post eam, dicitur facta, & non fiens, est enim intemperies facta illa cuius causa efficiens iã cessauit, eius effectu post eam manente, sicut ipsa ueniens á calore solis, & ira, et ethica remanens ab ephemera, uel putrida, de natura enim harũ est remanere abeũtibus suis causis & nihil amplius efficientibus. Si tamen diaria sit cum causa sua adhuc perseuerante, ut si cõtingat causam fuisse iram & eã nõ decessisse, sed mansisse cum diaria, tunc ipsa est intemperies fiens, nõ enim curatur nisi primo abscindatur ira, sicut nec putrida, nisi abscindatur putredo. Et si di-

diaria febris, intẽpies facta, et nõ fiens.

Ethica r̃manens ab ephemera uel putrida, facta & nõ fiens

cas,

cas, q, abscisio iræ non curat diariã, hoc negatur, nam nullius causæ abscisio, cura est totius ægritudinis, cuius est aliquid factum, & aliquid futurũ fieri: sed est preseruatio ab ea parte fientis, quæ est futura fieri, & non cura factæ. Propter quod iubet Gal. tertio artis medicinalis, q, unamquãq; causarum prius abscindere oportet, deinde uenire ad eam quæ facta est ægritudinem, proportionale enim ei quod prohibetur de putrida in abscisione putredinis, prohibetur de diaria in abscisione iræ, uel alterius cuiuscunq; causæ suæ secum existentis, siue intrinseca sit, ut oppillatio, siue extrinseca, ut ira. Et sic omnis diaria quæ est cum causa sua adhuc efficiente, est intemperies fiens, & talis causa adhuc efficiens uel conseruans sine alia media causa dici potest eius causa coniuncta, siue sit intrinseca, ut oppillatio, siue extrinseca, ut ira, quia tamen diariæ á causis extrinsecis ortum habentes immediate eas causantibus, ut plurimum modicum durant, ut fientes, amplius autem ut factæ, Ideo eas non fientes sed factæ dici debent.

Causæ abscisio, nõ curat totam egritudinem cuius est aliqd factũ, et aliqd futurũ fieri.

TEX.

INSEPARABILE uero & proprium est, urinæ concoctio statim primo die. Lau.

INSEPARABILE uero ac proprium est, coctio in urina statim die prima. Leoni.

COMMEN 42.

PONIT aliud signum quod inseparabile est &

proprium, urinæ concoctio statim prima die. Sed dices in ethica, & synocha sine putredine, statim prima die apparet concoctio in urina. Ergo hoc non est signum proprium diariæ. Item aliquando apparet hoc signum prima die secundum ipsum Gal. primo de crisi cap. 17. & Auic. prima quarti cap. de horis febricitantium, quoniam potest esse tam uelox motus materiæ, q̃ prima die ueniet ægritudo ad finem sui status, Item digestio quæ apparet in urina habet significare super materiã febris, & non super diariam, quæ non habet materiam á qua dependeat. Dicendum ad primum secũdum ipsum nono methodi, q̃ sinocha sine putredine, & ethica in primis diebus sunt de natura diariæ & non differt nisi nomine. Etiam ponens hic Gal. differentiam inter diariã & putridam, uult q̃ signum proprium & inseparabile diariæ sit cõcoctio statim in urina prima die respectu putridæ & non respectu ethicæ. Ad confirmationem. Si in aliqua febre putrida prima die apparere possit digestio, non tamẽ statin in principio, sicuti in diaria. Et est intelligendum, q̃ in diarijs non ueris, & in ueris ratione alicuius causæ secum coniunctæ, potest priuari digestio in urina: sed hoc non erit ex diaria, inquantum diaria. Vnde in diaria quæ fit ex satietate nauseatiua, ut dicit Auic. cap. 24. urina apparet aquosa priuata digestione: sed hoc non est ratione diariæ inquantum diaria est,

Secundo

Tertio

Sinocha sine putredine, et ethica in primis diebus, d̃ natura diariæ

Ad secundum.

In uera diaria potest urina priuari digestione.

sed

sed ratione huius causæ secũ coniunctæ.s.ratione indigestionis:quia posito,q talis in quo ẽ illa nau seatiua satietas non febricitaret, adhuc urina esset indigesta.Et est de pulsu simile, nam in diaria pulsus non multũ permutatur á naturali dispositione,& si multum permutatur hoc ẽ ratione alterius accidẽtis.Et ideo ait Auic.prima.4.cap.6. Et scias penitus q quoties urina & pulsus sunt boni,significãt,q febris est ephemera,et quando nõ sunt boni,non oportet ut nõ sit ephemera,multoties.n.est in ea urina tincta,& pulsus diuersus, & debilis,& paruus.Ad aliud.In diaria corpus á naturali dispositione nonmultũ est remotũ,nec ĩ eo sunt humores qui indigeant digestione.Et ideo sedimen in urina debet esse digestum,& ad modũ sediminis apparentis in urinis sanorum, quod solum deciditur ex superfluo alimenti. Et sic tale signum significat,si non directe super diariam febrem,saltem indirectæ,inquantum scilicet significat,q corpus non est multum à naturali eius dispositione remotum.Et sic patet,q non accidit diuersitas penes digestionem in urina in tẽporibus febris diariæ,sicuti cadit in putrida,ut quia in principio non apparet digestio,in augumento manifesta apparet,& hoc,quoniam digestio non debet febri diariæ ratiõe materiæ,quæ ipsam facit, sicuti debetur putridæ,deinde cum dicit.

In diaria posunt pulsus multũ pmutari a naturali

Ad tertiũ

Sedimen in urinis diariæ,simile ei qđ in urinis sanorum apparet.

TEX.

Lau. ET ad hæc, pulsus in magnitudinem ac celeritatem insignis auctio; ita ut frequentia per exteriorem quietem minime seruet proportionem. Magis præterea proprium, atq; inseparabile earum indicium est, quod contractio minime crescat in celeritatem, uel si crescat interdum, id minimũ ẽ, ac cognitu difficile, & paulũ a' pulsu naturali recedẽs.

Leoni. Ac præterea pulsus ad magnitudinem, ac celeritatem effatu dignam accedẽtes, ita ut frequentia à proportione deficiat secundum exteriorem quietem. Est autem & magis inseparabile ac proprium, quod nullo modo ad celeritatẽ ea pars pulsus, quæ systole dicitur, tendit. Et si aliquando contingat hoc, minimum ac uix perceptibile existit, parumq; a' naturali tenore mutatũ.

COMMEN. 43.

Aliud signũ propriũ et iseparabile.

PONIT *aliud signum proprium diariarum et inseparabile scilicet in signis auctio pulsus in magnitudinem & uelocitatem*. Et *adhuc, inquit, magis proprium & inseparabile earum est, q, contractio minime crescat in uelocitate, & si crescat interdum id minimum est, ac cognitu difficile & parum à naturali pulsu recedens*. Et *pro horum declaratione intelligendum, q, in naturali pulsu quedam ẽ proportio inter magnitudinẽ dilatationis & uelocitatem, & magnitudinem & uelocitatem*

In naturali pulsu, ꝓportio inter

tatem

tatem contractionis, hæc autem in febre diaria remouetur, quoniã dilatatio, ut dicit Gal. tertio de prenotione ex pulsibus, fit propter euentationẽ, et attractionem frigidi aeris, cõtractio uero propter mundificationem & expulsionem fumi capinosi & putridi. Cum ergo in diaria sit inflãmatio in substantia spirituum solum ibi additur magnitudo & uelocitas in dilatatione. Et quia non est ibi magna necessitas mundificationis, cum ibi nõ sint fumi putridi. Ideo nõ additur ibi multum cõtractio, Et sic proportio, quæ inter dilatationẽ & contractionem prius erat, nunc est remota. Intelligẽdũ secundo q̃d exterior quies dicitur, quæ est immediate post dilatationem, quæ est motus ad exteriora, & quies quæ est immediate post cõtractionem appellatur interior. Et has per accidens esse partes pulsus dicit Gal. primo de dignoscendis pulsibus in fine. Intelligendum tertio q̃ magnitudo pulsus cognoscitur ex quãtitate lõgitudinis, latitudinis, et profunditatis, ut pulsus dicitur absolute magnus respectu tẽperati cuius arteria secundũ omnẽ diametrũ amplius dilatatur, q̃ arteria tẽperati, ecõuerso uero dicitur paruus. Vnde Gal. 4. de dignoscendis pulsibus, non longe à principio. Magnitudo pulsus, non eo q̃ longius intret, sed quia multis in partibus lõgitudinis pariter & latitudinis et profũditatis attingat tactũ cognoscebatur, si secundum unam uel duas dimẽ

magnitudinem et uelocitatem dilatationis et cõstrictionis.

ſiones tantũ excederet temperatũ, uel ab eo exce deretur diceretur magnus uel paruus non ſim- pliciter, ſed ſecundum quid. Intelligendũ quarto quomodo differant pulſus uelox & frequens. Ve lox pulſus dicitur quãdo uterq; motus ex quibus pulſus cõponit̃ in breui tẽpore finitur. Et tardus, cũ in lõgiori, frequens, ſiue ſpiſſus, cõ mora inter cedẽs motibus fuerit breuis. Et cũ longa fuerit, di cit̃ rarus. Ita inquit primo de differẽtijs pulſuũ. Celer pulſus eſt, qui cũ modico tẽpore arteria di ſtenditur, fit creber qui quãdo paruo interpoſito interuallo. Tardus cum longo tempore arteria di ſtenditur. Rarus cum interpoſito longo interual- lo, medius uelocis, & tardi, qui cum moderato tẽ- pore diſtenditur arteria fit, Medius crebri & ra ri, qui fit cũ moderato interpoſito tẽpore arteria diſtenditur. Dixit ergo Gal. frequentia per exte- riorem quietẽ, quia frequẽtia cognoſcitur á quie- te, ſicuti et raritas, & hæc minime ſeruat propor tionẽ quam prius habebat: quoniã quies fit parua uel longa ſecundũ q incitat neceßitas motus ſub ſequentis illam. Et ideo quies ante motum con- tractionis quæ eſt quies exterior non debet eſſe ita parua ſicut quies interior, quæ antecedit mo- tum contractionis. Ex his uerbis, q dilatatio fit propter euentationem, et attractionem frigidi ae ris, contractio uero propter mundificationẽ & expulſionẽ fumi capinoſi, Cadit pulchra difficul tas. An ſ. arteriæ ſimul dilatentur cum corde, &

ſimul

Differentia inter pulſũ uelocẽ, & frequẽtẽ

quid pulſus Celer et qd creber, quid tardus et quid Rarus.

Frequentia et raritas à qete cognoſcitur

pp qd dilatatio, et cõſtrictio.

Pulchra difficul-

ſimul conſtringantur. Nam uidetur ꝙ ſic auctoritate Haly ſecundo artis medicinalis com. 8. et Halyabatis in de pulſu cap. 2. dicentis, Cor & uenæ pulſantes uno mouentur motu, & uno modo, et in uno tẽpore. ſ. eorũ motus alterius alteri eſt æqualis, nec alius motus alium procedit omnibus inhabitudinibus, intãtum ut ex uno omnium capiatur per collationem ſcientia, et uidetur ſentẽtia Gal. in libro de pulſibus ad Theucrum in principio, ubi inquit, omnes arteriæ eodem mõ pulſant, & alternatim ſibi inuicẽ et cordi, ut ex una earũ poſſis de omnibus ſyllogizare et argumentari. Et ratione uidetur, nã uirtus qua arteriæ dilatãntur & contrahuntur, eſt uirtus uitalis, quã habent à corde, ergo eadem uirtute arteriæ dilatantur & cor. Ergo oportet, ꝙ quãdo cor dilatatᷣ, ut arteriȩ dilatentur, et qñ cõſtringitur, ut cõſtringantur. Itẽ experientia patet, nã ſi poſueris manũ unam ſup pectus alicuius, et aliam ſuper arteriã brachij, inuenies ſimul pcuſsionẽ fieri in pectore et brachio. Præterea per motũ arteriæ, nos ſignificamus ſuper motum cordis. Ergo ſi quãdo fiet dyaſtole in pulſu, tunc fieret syſtole in corde, oporteret nos ſignificare p aliquid ſup diſsimile ab illo. Sed in cõtrariũ eſt ueritas, nam motus pulſus factus eſt, ut calor exiſtens in corde contemperetur, & temperatus à corde ad alia mẽbra trãſmittatur. Mõ calor cõtẽperatur p dilatationẽ cordis, et cũ cor cõſtringitur ipſũ ad mẽbra trãſmittit, non poſſet

tas cõ motu Cordis & arteriarũ.

Secũdo.

Tertio.

Quarto.

In oppoſitum.

autem ipsum transmittere, nisi tempore quo constringitur, arteriæ dilatentur. Itē. 3. de uirtutibus naturalibus. Membra quorum unum tribuit alteri sic se habent, q̄ quando primum expellit, secundū attrhait, & quando secundum expellit, tertium attrhait, uerbi gratia, quando stomacus expellit, tunc epar attrhait, & quando epar expellit, tunc uenæ attrhaunt, & quando uenæ expellunt, tunc membra attrhaūt. Cum ergo arteriæ recipiant á corde spiritum, ipsum attrahunt, quando cor expellit, & sic dilatantur, quando cor constringitur Item Gal. in. 3. de uirtutibus naturalibus cap. 14. et in trac. de usu pulsuum dicit, q̄ cum cor dilatatur attrahit ex omni parte, & cum constringitur, pellit in omnem partem. Similiter & arteriæ cum dilatantur, attrahunt ex omni parte, cum uero constringuntur pellunt in omnem partem, preterq̄ q̄ est difficultas de arteria magna aorti, an cum constringitur pellat in cor aliquid, quoniam hostioli cordis clauduntur, quando arteriæ constringuntur. Et ita dicunt aliqui q̄ cum arteriæ clauduntur pellunt in omnem partem, preterq̄ in cor. Dicit tamen Gal. q̄ in principio non possunt ita perfecte claudi ipsi hostioli, quin etiam aliquid impellatur in cor. Et ita uult Gal. q̄ cum arteriæ dilatā tur undique attrahant, cum uero constringuntur, in quamlibet partem impellant. Similiter & cor, cum constringitur in quālibet partem impellat,

Cū cor dilatatur ex oī parte attrahit, et cum constringit̄ in omnē partē pellit, Similiter & arteriæ. Hostioli cordis, quādo arteriæ cō stringuntur, clauduntur.

cum uero dilatatur, undiq; attrahat, sed imposibile est q, cor simul attrahat ab arteriis, & arteriæ simul attrahant à corde, quia iste motus esset nimis uiolentus. Ergo imposibile est illud ex quo sequitur, scilicet q, cum cor dilatetur, simul dilatẽtur & arteriæ, & cum cor constringitur cõstringantur & arteriæ. Idem uoluit Auic. prima primi cap. de uirtute uitali ubi dicit: q, uirtus uitalis simul dilatat & constringit: sed simul non potest dilatare et cõstringere cor, nec arterias. Ergo relinquĩ, q, quãdo dilatat cor, cõstringit arterias, & contra. Et ad autoritates Haly & Halyabatis. Dicendum, q, cor & uenæ pulsatiles uno mouentur motu, & uno modo: quoniã sicuti cor motu dilatationis & constrictionis, ita & uenæ, & in uno tempore, intelligendo sicut ipse Halyabas exponit: quia eorũ motus alterius alteri est æqualis, nam tempus quo cor dilatatur & constringitur, est æquale tempori quo uenæ constringuntur & dilatantur. Et ad authoritatem Gal. in de pulsibus ad Theucrum, clara est sententia, quia dicit pulsant, & per pulsationem intelligimus dilatationẽ & constrictionem, & alternatim pulsant se inuicem & cordi, quia non eodem ordine mouẽtur, quoniam cum unum dilatatur, aliud constringitur, & contra. Et ad argumentum, eadẽ est uirtus in corde et arteriis, quę facit dilatationem et contrictionem, uerum est. Ergo eodem tempore di

Quarto

Ad secũdũ argumentũ.

latantur cor & arteriæ, non sequitur, quoniã uirtus illa operatur secundum exigentiam necessitatis, nec in relatione ad diuersa mobilia inconuenit ut simul moueat motibus contrarijs. Ad tertium dicit, q; percussio quæ sentitur in pectore est quando cor constringit. Ad ultimum. Dic q; per dyastolem arteriæ, significamus super dyastolem cordis, et p systolẽ, super systolẽ cordis, licet illa fiãt in diuersis tẽporibus, unde quando nos tangimus arteriam, & sentimus suam dilatationem, iudicamus similem fuisse in corde quæ præcessit. Et non iudicamus super cõstrictionem cordis quæ fit tunc: sed iudicabimus per constrictionem, quæ ueniet post dilatationem.

TEX.

Lau. QVIN etiam caloris suauitas proprium atq; inseparabile est talium febrium.

Leoni. SED & caliditatis suauitas propriũ atq; inseparabile est huiuscemodi febrium indiciũ

COMMEN. 44.

ALIVD signum proprium & inseparabile est, suauitas caloris, non respectu caloris naturalis, sed aliarum febrium, ut ethicæ, & putridæ, cum caliditas in ea sit fundata in substantia subtili, rara, & miti, scilicet spiritu.

TEX,

Lau. INSEPARABILE uero & æqualitas & accensus liber, tum in caliditate, tum

in

in pulsibus, non tamen proprium est. Et enim quibusdam aliis inest, quemadmodum & status clementia. Neq; enim id proprium est, quamuis his potissimum insit. Ac melius quidem fuerit hæc q̃ cõmunia sunt, ꝙ per incrementum ac uigorem diariis præcipue insint, inter propria reponer̃ INSEPARABILE quoq;, æqualis, atq; incompressus ascensus in caliditate ac pulsibus simul, non tamen proprium, cum & aliis quibusdam adsit, sicuti etiam consistente febre mediocritas, neq; .n. hoc etiã ẽ proprium, quamquã his maxime inest. Et melius sane hæc quæ cõmunia existunt in crescente febre ac consistente: quoniã magis ephemeris insũt inter ꝓpria reponere. Leoni.

COMMEN. 45.

ALIVD *signum in diarijs febribus inseparabile est. æqualitas, & ascensus liber in caliditate, & pulsibus, non tamen eis est proprium: quoniã quidusdam alijs inest, ut eis quæ de materia sunt subtili, pauca, & miti, quemadmodum & status mediocritas, quæ quamuis ab his inseparabile sit. non tamen proprium.* Et *subdit, q̧ hec signa quæ communia sunt secundum incrementa & statum. supple his & quibusdam aliis febribus: quoniam diariis precipue insunt, melius est inter propria reponere.* Et *causa horum signorum est per*

se nota, nã diaria nõ fit ab humore qui cũ ad putredinẽ uenerit causat inæqualitatem pulsus, & alia his cõtraria.

TEX.

Lau. SIC .n. ita, quamuis non rei speties, tamẽ optimum certissimumq; talium febrium proprium simul atq; inseparabile indiciũ: quemadmodum inclinatio quæ cum sudore, aut madore, aut penitus uapore quodã suaui ẽ, quam integritas perfecta excipiat. Atq; his indiciis febres diariæ promiscue cognoscuntur. Sed de singulis seorsum secundum spetiem agetur.

Aliud ꝓpriũ & inseparabile.

Leoni. SIC enim fieret, & si nõ rei ipsius speties. At pulcherrimum, atq; exquisitissimũ huiuscemodi febrium proprium simul atq; inseparabile signum, sicuti & cum sudore aut rore, aut omnino cum aliquo optimo uapore declinatio, ubi integritas sequatur Hæc quidem est communis febrium ephemerarum dignotio, nam postea de earũ singulis speciatim dicemus.

COMMEN. 46.

signũ optimũ & certissimũ diariæ.

PONIT *aliud signum, quod quãuis non sit de eius essentia, tamen optimum & certissimum, proprium, & inseparabile est, ut integritas perfecta post declinationem cum sudore suaui.* Et *signum est optimum: quoniam ostendit, q̃ febris non transit*

sit in putridam. Et certissimum, quoniam demõstratiue ex hoc signo sequitur, q febris est diaria, & contra. Et ideo proprium & inseparabile. Et sudor cum quo recedit hæc febris, est similis sudori corporis sani, quia mitis, & non sudor humorosus, sicut ille qui apparet in putridis. Vnde Auic. prima quarti cap. de signis proprijs ephemerarum. Et plurimum eradicantur febres ephemeræ per sudorem & humorositatem. s. euaporationẽ similem sudori naturali, non humoroso, quia quod educitur in terminatione eius non est humor peccans, immo spiritus uaporosi igniti, qui sibi associant in exitu suo roridas membrorum humiditates, & non est uehemens superfluitas in quantitate sudoris illius, immo proximus est in quantitate naturali sudori, sicuti et eidem in qualitate proximus existit, ut in caliditate, sapore, & odore: quoniam in causa sudoris illius non est excessus humorum, qui sudorem faciat exuberare, si enim uideris plurimũ sudorẽ, tunc febris non est ephemera, nisi, supple, ephemera ex pletora sit, uel cũ plethora complicata, deinde concludit Gal. dicens, q his indiciis diariæ febris cõmunis est cognitio, sed de singulis seorsum secundum spetiem agetur in fine huius primi libri, & magis prolixe & clarius, primo de arte curatiua ad Glauconem, & secundo de crisi.

Ephemera cum multo sudore.

TEX.

Lau. ALIVD autem genus febrium, quod ex aduersum diariis diductum est, nullum nomen commune omnium habet. Differentiæ autem primæ duæ existunt, non obscuris speciebus definitæ, quædam enim ex eis putredine humorum accenduntur, aliæ uero partes ipsas animalis solidas occuparũt, atq; appellant eas ethicas febres, uel quia stabiles sũt, ac solutu difficiles, quemadmodum habitus, uel quia ipsũ corporis habitũ occuparunt. Ita nanq; solent nominare solidas partes ex aduersum diductas humoribus. Febres igitur humoribus accensæ cognoscuntur ad hunc modum. Primum igitur indicium, proprium quidem, sed minime inseparabile est, ꝙ nulla prægressa causa tales præcessit febres, neutri enim aliorũ generum hoc inest, eo ꝙ omnis diaria ex causa prægressa consistat. Ethica autẽ quoties sine ea existat, nunquam ab initio prehendit. Quocirca quoties sine prægressa causa quis febricitare cœperit, causam huius esse in humoribus sciendum est. Sed interdum causa quæpiam euidens prægressa diariam febrem, quantum est in seipsa committẽs ferbem ex humorum putredine excitauit, quoties affectum corpus ita se habet, id est quoties impurum, excremento-

Signum putridarum propriũ, sed non inseparabile.

sum

sumq́ę est. Vbi enim excrementa per diariã febrem plus ęquo calefacta fuerint, deinde initium putredinis inde susceperint, alterum febrium genus accẽdunt, priore sedato.

ALTERVM vero febrium genus, qđ ephemeris ex aduerso distinguitur, nullum quidem nomen commune omnino sortitum est. Sunt autem duæ primę differentię quæ non obscuram habent specierum discretionem. Nam quædam ex istis in putredine humorum accenduntur, quædam vero ipsas solidas occupant animalis partes, atq́ę eas ethicas febres appellarunt, uel quoniam firmæ ac fixæ sunt, quemadmodum habitus, aut quoniã ipsum corporis habitum comprehenderunt. Sic .n. vocare consueuerunt solidas partes humidis ex aduerso distinguentes. Indicia uero febrium, quæ humorum ratione accenduntur hæc sunt. Primum quidem non inseparabile, sed propriũ, quod nulla earum quę preincipientes causæ dicunt̃, eas antecedit, neutri enim aliorum generum hoc inest, quoniam ephemeræ omnes à procatarcticis, id est preincipientibus causis originem habent. Ethicæ autem quando sine his ge- Leoni.

nerãtur, nunq́ ab initio inuadere consue-
uerũt, adeo quòd ubi quis sine præincipiẽ-
te causa cœpit febricitare, scire oportet hu-
ius causam in humoribus esse. Illud vero
quandoq́ usu uenit, ꝙ aliqua ex preinci-
pientibus causis sui ratione febrem accen-
dit ephemeram. Subsequitur autem alte-
ra ex putredine humorum, quando quod
afficitur corpus ad id habile fuerit, hoc est
quando impurum extiterit, ac superflua
materia redundans. Hæc enim quũ in ephe
meris immoderatum calorem contraxerit,
atq́ hinc putrescendi principium accepe-
rit, alteram speciem febrium succẽdit, prio
re desinente.

COMMEN. 47.

*IN hac parte quibus indiciis cognosci possit fe-
bris putrida ostendit. Et primo dicit ꝙ aliud ge-
nus quod aduersatur ephemeris, et intelligit ethi-
cas, & putridas, nullum nomen cõmune omnium
habet, nam quædam ex eis putredine hnmorum
accenduntur scilicet putridæ, aliæ uero ipsas so-
lidas animalis partes occupant, & has, dicit, ethi
cas febres appellarunt, uel quia stabiles sunt ac
solutu difficiles, quemadmodum habitus, uel quia
ipsum corporis habitum occuparunt, quia omnes
partes solidas, quæ sunt corporis membra, ita. n.
solent solidas partes nominare ad humorum dif-
ferentiã*

Quare febris et hica di- catur

Solidæ ꝑtes ad differentiá humorũ

ferentiam. Ponit *postea signum putridarum q̃d est proprium, sed non inseparabile scilicet q, nulla causa prægressa eas precesßit, hoc enim nulli aliorum generum inest. Nã diariæ omnes, à causa fiunt pregreßa, etiam ethica, con fit incipiendo: sed cum non fit à causa pregreßa sequitur putridas.* Et *ideo si quis febricitare cœperit sine pregreßa causa, febrem esse humoralem dicendũ, non tamen signum est eis inseparabile: quoniam etiã putridæ aliquando fiunt causa antecedente prægressa,* Et *quomodo fiat declarat dicẽs, q, causa prægressa quæ quantũ in se ipsa est, ut plurimũ diariam febrem committẽs, interdum febrem ex* Humorum *putredine excitat, ut cũ affectum corpus impurũ et excrementosum est.* Nam *ubi excrementa per diariam febrem plus æquo calefacta fuerint, & initium putredinis susceperint, alterum genus febrium scilicet putridam accẽdũt, priore sedato, scilicet diaria, & hoc quantum ad eius signa: quoniam aduenĩete putrida, signa eius confunduntur, potest enim spiritus calefactus ponere humorem in calefacto esse, ipso remanẽte in suo esse calefacto, & contra, ut patuit cap. 2.*

Diariæ oẽs á cã pregressa.

ethica cũ non fit à causa p̃gressa sequtur putridas.

Quomodo putride à causa pregressa.

TEX.

SED internoscitur succesſio talis febris indicio proprio simul atq; inseparabili: q̃ febris diaria nequaquam desinat ad exquisitam integritatem. Accidit enim interdũ, ut per consistendi vigorem diaria transeat

Lau. *Inditia trãsitus diariæ in putridã.*

in putridam, ac multo magis per inclinatio nem, quoties (ut paulo ante diximus) maxima tranquillitas febris abeſt, quæ adeſſe deberet. Hæc ſunt tranſitus indicia.

Leoni. SVCCESSIONIS autem una quidẽ propria ſimul atq; inſeparabilis dignotio in omnibus habetur, ꝙ febris ephemera quietem integram ſubſequentem nõ habet. Contingit uero aliquando ubi ephemera febris conſiſtit, aliquod permutationis inditium oſtendi. At multo magis cum iam cæperit declinare, quo tempore id q̃d paulo ante dicebamus, ea trãquillitas abeſt quæ adeſſe deberet. Hæc quidem ſunt permutationis indicia.

COMMEN. 48.

OSTENDIT *indicia tranſitus* Diariæ *in putridam, & unum proprium ſimul & inſeparabile eſt, cum febris diaria non deſinit ad exquiſitam integritatem ſeu integram quietem, & accidit interdum ut per conſiſtendi uigorem diariæ, & antequam incipiat declinare, oſtẽdi aliquod indicium eius tranſitus in putridam, ut quando in uigore eſſent, fortis dolor capitis, uehemens ſitis, & ſimilia.* Ac *multo magis per inclinationem, ut cũ maxima tranquillitas abeſt, quæ adeſſe deberet.* Et *Auic. dat ſigna quinque generalia permutationis ephemeræ in alias febres.* Primum *eſt, quod declinatio*

Signa quinque permutationis ephemeræ in alias febres.

natio ipsius non fit cum sudore sicut fieri solet in ephemera: quoniam carentia sudoris, significat quod igniti spiritus non resoluuntur. Secundũ est ꝙ, si ipsa declinet cũ sudore aliquo, per illum sudorem non mundificatur patiens à febre. Tertium est, quòd ipsius declinatio prolixa est, & difficilis, propter impreßionem extranei caloris, quam spiritus igniti fecerunt in membris aut humoribus, Quartum est quòd in ipsa pulsus non mundificatur ab initio febris, immo aliquid remanet in ipsius motu, de uelocitate, uel frequentia, Quo significatur ephemeram ex toto non abijsse. Quintum est quòd in declinatione eius non plene cessat dolor capitis, si ipse prefuerit. Dat postea signa quatuor specialia permutationis eius ad febres putridas. Primum quod apparet oripilatio, si ad putridã interpolatam cõuertatur, ob effusionem humoris mali, uel eius fuliginis super membra sensibilia cuti propinqua. Sed si permutetur ad continuam, oripilatio nõ apparet, sed exaccerbationes & remißiones secundum naturã humoris peccantis. Secundum est diuersitas pulsus tempore oripilationis, & paruitas, ac coartatio, diuersitas ob diuersitatem dispositionis corporis hora oripilationis in caliditate & frigore. paruitas uero cum coartatione, ob retractionem caloris ad interiora. Est & alia diuersitas pulsus in febre hac tempore caloris, in hoc quòd systole magnificatur sup dia

Signa quatuor permutationis ephemerę ad putridas

stolem propterea q; putrefactio facit, ut necessitas expulsionis fuliginum putredinalium sit maior, quàm necessitas euentationis caloris. Tertium est caliditas sicca mordicatiua, quam & in se ipso sentit infirmus: quoniam calor putridæ febris nõ est suauis, sicut diariæ, sed acutus, mordax. Quartum est uehementia symptomatum, sicut angustia, dolor capitis, inquietudo, uigiliæ nimiæ, nausea, aut uomitus, casus appetitus, anhelitus oppressus ex effumatione putrescentis humoris ad cor, & ad caput.

TEX.

Lau. AT VERO febrem ex rigore incepisse nequaquam pregresso æstu uel frigore forti (qualem maxime patiũtur, qui per niuem faciũt iter, vel alio modo in uehementi frigore diuersantur diutius) propriũ est & hoc febrium putridarũ, sed haudquaquã inseparabile. Neque enim omnibus ipsis, quemadmodũ nec horror inest, is enim non solum non inseparabilis est ab huiusmodi febribus, sed nec ullo pacto proprius est.

Signũ p priũ putridarũ & nõ inseparabile.

Leoni. INITIVM autem à rigore sumere febrem, ubi neque ardor solis, neque frigefactio ualida præcesserit, qualis presertim per niuem facientibus iter contingere solet: aut qui aliter in uehementi frigore diutius commorantur, proprium & hoc existit signum febrium, quæ ex putredine accenduntur hu

morum

morum non tamen inseparabile. Neque enim in omnibus inest, quemadmodum neque horrores, ipsi enim non modo nō sunt ab huiuscemodi febribus inseparabiles, sed neque ab initio proprii.

COMMEN 49

ALIVD *signum putridarū proprium est ex rigore incepisse nequaquam prægresso æstu, uel frigore forti, qualem maxime patiuntur qui per niuem faciunt iter. Non est autem hoc signum inseparabile: quoniam non omnibus putridis inest, quemadmodum nec horror, ut putridis continuis, quarū proprium est non horrere: is enim id est horror, non solum est non inseparabile ab huiusmodi febribus putridis: sed nec ullo pacto proprius est, cum ipse in alijs à putridis, ut diarijs, poßit reperiri. In quo autem differat horror à rigore: inferius dicetur.* Horror ī *diarijs.*

TEX.

CAETERVM pulsū, atque etiā calorē inæqualem esse, siue per initia accessionum, siue per incrementa, talium generi febrium proprium est, sed haudquaquam inseparabile (multæ enim etiā sine inæqualitate sensibili incipiunt, atque ad statum perueniūt) Iā uero multo minus illud inseparabile est, quod accessio multas habeat inuasiones: quod repetere accessionem appellamus.

Lau. *Aliud proprium, nō inseparabile à pulsu & calore sumptum*

Leoni. INAEQVALITAS uero pulsuum atque caloris, siue in principijs, siue in augmẽto contingat, est huiuscemodi febrium generis propriũ indiciũ, non tamen & ipsum inseparabile. Multę enim & sine insensibili inęqualitate incipiunt, atque ad consistentiam accedunt. Adhuc autẽ magis, si neque accessiones plures faciant veluti insultus, quod superaccendi vocamus.

COMMEN. 50.

Multę putridæ sine pulsus inæqualitate.

Inæqualitatis pulsus causa.

Quare pulsus inæqualitas nõ est signũ à putrida inseparabile.

PONIT *aliud signum proprium sumptũ à pulsu & calore.* Et *est inæqualitas pulsus & caloris, & hoc in principio accessionis & augmento, non tamen ipsũ est inseparabile: quoniã multæ etiã putridæ sine inæqualitate sensibili incipiunt, atq; ad statũ perueniunt, & causa est, quoniã inæqualitas pulsus fit á materia uirtutem aggrauãte, et inæqualitas in calore, secundũ quod materia faciens febrem diuersimode disponitur: hæc autem causa non est in alijs febribus à putridis, causa autẽ quare signũ non est inseparabile est, quoniã reperiuntur putridæ quarum materia est pauca, subtilis, & leuis, à qua pulsus non fit sensibiliter diuersus.* Vnde Auic. *prima quarti diuersitas in principio & augmento est ex proprietatibus significantibus putredinem, quamuis non multum appareat in terciana. s. semplici & pura, & presertim in augmento, propter leuitatem materiæ ipsius: nam*

cho

chollera, ex quo est leuis, & subtilis, & igniri parata, secundum se totam, quasi uniformiter in breui inflãmatur, ita ut diuersitas in calore ipsius transacto typo uix percipi poßit: inæquales enim pulsus constare dixit secundo de presagatione ex pulsibus, aut ex oppillationibus, aut ex compreßionibus instrumentorum, aut humorum abundantia ad facultatem quidem collata, aut ex cordis inæquali temperie. Postea inquit Gal. minus inseparabile est, quòd acceßio multas habeat inuasiones, quod repetere acceßionẽ appellamus: quoniã hoc non competit febri causonidi, & synochæ, ut inferius apparebit, & habenti unum solum paroxismum. Et nota, quod græci dicunt paroxismum, latini acceßionẽ appellant, et quod græci periodum, latini circuitum dicunt. Periodus est totum illud tempus quod est à principio unius acceßionis siue paroxismi usque ad principium alterius acceßionis, comprehendẽdo scilicet in hoc tẽpore, principium, augmentum, & statum acceßionis, & declinationem, usque ad aliam nouam acceßionem. Et iste periodus siue circuitus diuiditur in duas partes ab ipso Gal. i tractatu de uniueralibus morbi tẽporibus, in partem scilicet meliorem, & partem deteriorem, pars deterior periodi dicitur acceßio: pars uero melior dicitur declinatio. & sic per accesionem intellige totum illud tempus comprehendens principium, augumentum, & statum usque ad declinationem.

Periodus quid

Acceßio quid

TEX.

Lau. QVEMADMODVM quod pulſus arctior ſit (ita uero dicunt, ubi incipiente acceſsione paruus admodum & inęqualis exiſtat) neque id talium febrium inſeparabile eſt: non tamen commune eſt alteri ulli generi febrium, ſed harũ proprium, quemadmodum ipſa inęqualitas, ubi alicuius ſymptomatis ratione non accidit. Sępe enim in ipſo ore uentriculi collecto quodam prauo humore ac mordaci uel frigido, paruus ſimul inęqualiſque exiſtit. Sed vbi frigidus humor ſit, paruitas: ubi mordax, inęqualitas ipſa exuperat. Sed vomentibus, hęc ambo ſtatim deſiſtunt. Vbi vero uentriculus nihil eiuſmodi patitur, prędictarũ generis febrium talis pulſus exiſtit.

Leoni. SICVTI neque pulſuum afflictatio (ſic autem nominãt, quãdo incipiente acceſsione ſatis paruos, atque inęquales eoſdẽ habent) neque enim hoc ipſum ab hiſce febribus eſt inſeparabile, non tamen alicui alteri generi febrium cõmune, ſed proprium iſtarum ac peculiare, ſicuti & inęqualitas ipſa, niſi alicuius ſymptomatis ratione ſuperueniat. Sępius enim vbi aliquis humor vitioſus in ore uẽtriculi fuerit acceruatus, qui ipſum aut mordeat, aut refrigeret, parui ſimul

fiunt

fiunt atque inęquales, & paruitas quidem in frigidis, inęqualitas uero in mordacibus accidit. At vbi euomuerit, hęc ambo protinus cessant. Quum vero ipse ventriculus omni noxa uacat, ad propositum febrium genus pertinent huiuscemodi pulsus.

COMMEN. 51.

ALIVD *signum est pulsus arctior, & quid sit iste pulsus declarat dicens, ita dicunt ubi incipiente accessione paruus admodum, & inæqualis existit. et hoc signũ dato quod non reperiatur in alijs febribus, non tamẽ est signum inseparabile, quemadmodum ipsa inæqualitas (ut immediate fuit declaratum) quoties ratione alicuius symptomatis non extiterit, quod accidit, cum in ore uentriculi esset humor collectus, prauus, mordax, uel frigidus, & quod dicit est clarum.* Et nota *quod hic pulsus arctior qui apparet in principio accessionis, uocatur ab Aui. pulsus coarctatus prima quarti cap de signis febrium putredinis, ubi dicit. Cum accidit in eo coarctatio, tunc iam uenit paroxismus, & coarctatio quidem est submersio pulsus, & paruitas diuersa, in quo accidunt pulsationes magnæ, fortes, & non est uelocitas eius fortis. Est autem submersus ex suffocatione caloris innati à materia febris, & paruus ob illam: diuersus uero est ex inæqualitate caliditatis permixtæ frigori, ut nunc exurgat, nunc opprimatur, sicut calor i-*

qd Pulsus arcti or.

pulsus coarctatĩ quid.

Submersi pulsus causa.

Diuersi causa

gniri incipiens in uiridibus lignis, & in hac diuersitate percußiones habet quasdam magnas & fortes, quando ipse exurgit, & paruas debiles, quando opprimitur: sed sua uelocitas ideo non est fortis, quoniã calor in principio non est intensus neque uelocißimo egens refrigerio, habet tamen aliquid uelocitatis.

TEX.

Lau AT VERO maximũ indicium febrium putridarum, est caloris qualitas. Nihil enim suaue, neque moderatum, neque diarijs simile habet. Sed quemadmodum optimi ante nos medici dixerunt, mordax potius quodammodo ẽ, ut offendat, mordeatque tactum, veluti fumus oculos ac nares. Verum inter initia accessionum (dum adhuc suffocatur calor, ac succenduntur intus excrementa) non statim immittentibus manũ dignoscitur: sed diutius immorantibus prędictũ caloris genus de profundo emergit. Ac (ut mihi uidetur) quũ tale aliquid uidisset Themison, proprium atque inseparabile esse omnibus febribus existimauit. Sed de his suo loco rursus agetur. Prædictum autem genus caloris perpungens (ut ita dixerim) aut erodens (veluti medicamentum aliquod acre) impositam manum, putredinis humorum soboles est perspicue per incre-

cremēta accesſionū, atque uigores febrium apparens: non tamen ſtatim per initia acceſsionum perſpicue exiſtit.
MAXIMVM autem eſt earum quæ ex putredine fiunt febrium indicium, qualitas caliditatis. Nihil enim eſt in ea benignum, neque moderatum, neque ullo pacto ſimilis eſt ei, quæ in ephemeris ſentitur, ſed quē admodum eſt & ab optimis ante nos medicis dictum, mordax quodāmodo potius exiſtit, tactuique moleſta ſentitur, & quēad modum fumus oculos ac nares, ſic ipſa tactum uidetur erodere. Sed in principijs quidem acceſsionum, ut in quibus calor adhuc ſuffocatur, ac ſuperfluitates intus ſuccēdun tur, non ſtatim admota manu diſcernitur. At per moram prædicta caliditatis ſpecies ex penitioribus partibus effertur. Quod quum animaduerteret Themiſon exiſtimauit (vt mihi quidem uidetur) hoc eſſe omnibus febricitantibus proprium. Sed de hoc quidem in proprio huius ſermonis loco à nobis rurſus conſiderabitur. Prædicta autem caliditatis ſpecies, quę appoſitam manum pungit atque erodit inſtar medicaminis acris, eſt putredinis humorum progenies, quæ manifeſte quidem ſentitur in creſcentibus ac conſiſtentibus febribus: non Leoni.

manifeſte autem incipientibus.

COMMEN. 52.

calidi tas febri lis mordi catiua ꝑ priũ & inſepara bile om= nibus fe= bribus.

PONIT *aliud indicium ſumptum à calore fe= brili, & quod dicit eſt manifeſtum.* Nota tamen, *quod comparando calorem cuiuſcunque febris ad caliditatem corporis ſani, caliditas omnis febrilis poteſt dici mordicatiua & proprium & inſepara bile omnibus febribus, ut dicit* Themiſon, *ſed com parando unam febrem ad aliam, dictum eius non eſt uerum.*

TEX.

Lau. *Aliud ꝑ priũ & inſepara bile ſum ptum ex pulſu.*

PROPRIVM præterea inſeparabile eſt generi febrium ex humorum putredine infeſtantium, uelocitas contractionis pul- ſus, euidentior quidem per incrementa, ſed minime obſcura per ipſos vigores, atque i- nitia acceſsionum. Comitatur autẽ has per initia, paruus ſimul ac velox pulſus: per ui gorem autem, magnus ſimul ac uelox. Nec ſecus frequentia ipſa per exteriorem quie- tem perſpicua eſt in eiuſmodi febribus, ne- que diarijs, neque ethicis ſimilis.

Leoni. PROPRIVM vero atque inſeparabi= le eſt febrium quæ in humoribus accendun tur, ſubmiſsionis pulſum (græci ſyſtolẽ ap= pellãt) velocitas, quæ manifeſtius quidẽ in creſcẽtibus febribus nõ obſcure autẽ ĩcipiẽ tibus ac conſiſtentibus fit. Comitatur autẽ

has

has febres in initijs quidem, pulsus paruus ac velox, quum vero connsistunt magnus simul ac velox. Sic & quæ in exteriori quiete existit, frequentia in huiusmodi febribus manifeste deprehenditur, cuius similis, neq; in ephemeris, neq; in hecticis apparet.

COMMEN. 53.

PONIT *aliud sumptum ex pulsu proprium et inseparabile.* E test, *uelocitas cõtractionis pulsus, quam græci systolen appellant, in comparatione ad diastolem, seu dilatationem sibi correspondentem euidentior per incrementa, non obscura per uigores, ac initia accessionum: nam in principio putridæ febris, contractio in pulsu, non uelocitatur multum manifeste supra dilatationem: quoniam nõdum fuligines putride multiplicatæ sunt.* In *uigore uero, licet fuligines putridæ abundent, unde neccessaria est uelocitas contractionis, tamẽ etiã calor febris est ualde intensius, unde neccessaria est uelocitas uehemens in dilatatione, ut per eam cito attrahatur aer infrigidans.* Et *declarãs postea qualis sit pulsus putridarum, dicit quòd eas comitatur per initia paruus & uelox simul, per uigorem autem magnus & uelox, & per exteriorem quietem in huiusmodi febribus, frequentia manifeste deprehenditur, cuius similis neque in diarijs, neque in ethicis existit, ut superius fuit declaratum.* Et *nota de uelocitate pulsus in princi-*

Qualis uelocitas pulsus ĩ princi=pio.

pio, quòd illa non est fortis, ut dicit Auic. prima quarti capitulo de signis putridarum: quoniã calor in principio non est intensus, neque uelocissimo egens refrigerio, habet tamen aliquid uelocitatis: hanc enim febricitantium pulsibus esse perpetuam dixit Gal. 3. de Presegatione ex pulsibus. Et Thomas de Garbo dubitans in hoc loco, distinguit de principio accessionis, quòd quodam est in quo materia mouentur ad locum putredinis, et nõ dũ putrescit, & in hoc principio, dicit, pulsus quantum ad diastolem est paruus, & tardus, cum tunc opprimatur calor naturalis. Aliud est principium in quo materia iam putrescit & suffumigat, & corpus aliquantulum calet, et à rigore remouetur, & febrit: non tamen adhuc multa manifeste apparet caliditas in corpore cũ tangitur: quoniã tũc est augmentum, & hanc distinctionem dicit esse de intentione Galeni & Auic. prima quarti tracta. primo capitulo de cognitione horarum ægritudinis, ubi inquit. Et horæ augmenti medietas prima est hora in qua pulsus incipit apparere & magnificari & uelox fieri, & spargitur calor in toto corpore secundum æqualitatem, & medietas eius altera est hora in qua nõ cessat hæc caliditas sparsa cum æqualitate augmentati: Et sic uult Auic. quando augmentnm incipit in prima eius medietate, iam calor tunc non incipit spargi ad totũ, sed iam sparsus est secundum æqualitatem, & quod ante

te

te augumentum caliditas incipit ſpargi ad totum, & tunc dicit, quòd in tali tempore principij acceſsionis, pulſus quantum ad diaſtolem eſt paruus et uelox, eſt paruus: quoniã adhuc uirtus aggrauata eſt & oppreſſa à materia: tamen quia iam corpus febriẽs eſt, oportet quòd tali neceßitate ſatis faciat per uelocitatem, & frequentiam, cum per magntudinẽ non poßit ſatisfieri, & de tali principio intelligit Gal. dicens quòd pulſus eſt uelox. Et ſic in principio principij paroxiſmi pulſus eſt tardus & debilis, & hoc maxime quantum ad illud de pulſu quod nobis innoteſcit ſcilicet diaſtolem: Sed in tempore ſequente principium principij paroxiſmi, pulſus eſt paruus & uelox. Et ſic uerũ eſt dicere quòd in aliqua parte principij homo non febrit, & in aliqua parte quòd febrit, ſed apud Gal. hanc principij diſtinctionem non inuenies, immo ipſe in de temporibus morborũ, nõ uult illud ſecundum eſſe partem principij paroxiſmi: ſed uocat principium tempus in quo refrigerãtur extrema & calor ad intra retrahitur & pulſus ſubmergitur: tempus uero in quo calor incipit expandi ad extra, & non eſt corpus æqualiter calefactum, uocat tempus inæqualitatis, Cum uero totum corpus eſt calefactum & caliditas non ceſſat augeri eſt incrementum ſiue augmentum. Sed cum calor ſpanſus non amplius mouetur, ſed ſtat, eſt conſiſtentia ſeu ſtatus, & cum remittitur calor et

Principium paraxiſmi, tẽpus in quo extrema refrigerantur, et calor retrahitur & pulſus ſubmergitur.

Quid tẽ

pus inequalitatis, augumentum status declinatio & integritas.

diminuitur, est declinatio: cum uero omnino remouetur est integritas. Sic enim scribit. Primum tempus integritati cohoerens, quod frigoris sensum prebet, initium appellamus. Secundum frigus, ut dictum est paulatim deponit. Vocabitur compẽdij gratia inæqualitatis tempus. Ab hoc tertium æqualis incrementi. Postea quartum, consistentiæ, & quintum imminutionis. Postremo sextum integritatis: nec illud uoluit Auic. dicens. Et horæ augumenti medietas prima est hora in qua pulsus incipit apparere & magnificari & uelox fieri: sed medietas illa prima augumenti est principium caloris extranei, qui febris dicitur, & non paroxismi, immo hora typi, principium est paroxismi: totum enim illud ex prima medietate & secunda uocat Auic. augumẽtum, quemadmodum etiã quãdoque Gal. ut primo de ratione uictus acutorũ com. 46. ubi dicit. Incrementum accessionis fieri, cum calor paulatim ad extremas corporis partes se se expandit, & status cum ex æquo totum corpus occupat. Et ideo dicit quòd prima pars augmenti est in qua pulsus apparere incipit & fieri magnus, & uelox, & spargitur calor nedum naturalis qui retractus erat ad interiora, sed etiã febrilis in toto corpore secundum æqualitatem idest uniformiter per omnes partes tam exteriores q̃ interiores, ita quòd iam frigus preterijt, & de frigore æger non plus conqueritur. Secunda uero medietas

est,

est, in qua calor sic uniformiter per totum disper sus non cessat augeri seu passim intendi, donec per uenerit ad terminum proprium suæ accensionis. Sed queritur ad quem locum retrahatur calor in principio paroxismi, an ad cor, an ad uentriculum & pectus, an ad caput, an ad materiam cõcoquen dam. Dicunt aliqui, ad materiam, & in ea submer gitur, quemadmodum ignis sub lignis uiridibus, & uidetur sententia Auic. prima quarti cap. 3. ubi dicit, quòd principium est hora in qua calor na turalis prefocatur à materia submergẽte ipsum in membro: sed materia faciens interpolatam est extra uenas & in musculis sparsa. Ergo cum ca lor secundum istos retrahitur ad intra, in princi pio paroxismi retrahitur ad musculos. Idem uide tur uelle Auer. 4. coll. 27, & 28. dicens quòd tunc est principium paroxismi, quando pulsus fit par uus & rarus & debilis & calor retrahitur ad in tra & à materia putrescibili submergitur. In con trarium est Hypp. & Gal. primo de ratione uic. acutorum com. quadragesimo sexto, & quarto eiusdem com. 40. ubi dicit principium accessio nis fieri calorẽ omni toto ex corpore ad cor et tho racem concurrente, & ex thorace ad caput. Et ideo non absque causa in principio pedes frige scunt: demum cum febris soluitur & in minutas redigitur partes, calor ad pedes ex proportione descendit, quo tempore caput & Thorax refrige runt, & ob id cibus dandus, & sic non uult Hyp.

Ad quẽ locũ retrahitur calor in prĩcipio paroxismi.

Hyp. & Gal. opinio.

& Gal. quòd calor retrahatur ad materiam concoquendam: nam secũdo de causis symptomatum 5. cap. & in tractatu de rigore, & tremore cap. septimo dicit quòd rigor fit, quia retrahitur calor ad interiora, & ad suum principium. Auic. uero loquitur de principio totius morbi, & non paroxismi: quoniã in illo nõ potest calor materiam adhuc superare, sicuti ignis paruus super quo imposita sunt multa ligna, qui antequam ligna ipsa ab ipso incendantur uidetur submersus. Calor tamen innatus in principio febris non prefocatur á materia, sic quòd uincatur, & extinguatur, nisi febris fuerit ex occidentibus in principio sui, sicut sunt interdũ febres syncopales: Sed sic q̃ uelatur seu cooperitur sub hac materia, sicut ignis aliquis undique uelatur lignis multis inflammabilibus. Membrum uero illud in quo submergitur materia prefocãs calorem innatum in principio febris est minera febris, & ipsa est diuersa in diuersis febribus. Ná in febribus apostematum, siue exteriorum, siue interiorum, minera sua est locus apostematis. Et in continuis sine apostemate locus mineræ ẽ in uenis magnis uel arterijs, sed in interpolatis locus mineræ est in uenis paruis capillaribus, uel in porris membrorum, uel in concauitatibus alijs á uenis, ut matrice, stomaco uel intestinis.

Minera febris diuersa in diuersis febribus

TEX.

Mo

MAXIME propriũ preterea eſt talium febrium, vrinæ cruditas: atque obſcura concoctio, proprium indicium eſt febrium ex humoribus cõſiſtentium. Neque enim cruda, neque obſcure co ncocta in febribus diarijs exiſtit. Atque alterutra quidem earum ſeorſum dicta proprium eſt febrium putridarum indicium. Sed ambo ſimul dicta per ipſam enuntiationis diſiunctionem, penitus inſeparabile ſunt. Qm̃ primæ urinæ in tali febrium genere, vel penitus crudæ, uel obſcurę cõcoctæ exiſtunt. Magnum vero, atque inſigne indicium concoctionis in primis vrinis nunquam exiſtit per huiuſmodi febres niſi á diarijs in has transſeatur: id quod paulo ante docuimus. Cęterum ab his quæ diximus indicijs propoſitarum febrium, id quoque exiſtit, ſi per ipſum acceſſionis vigorem ſymptoma quoddã ardentis febris extiterit: quemadmodum ſi quod epialæ, ac lipyriæ, vel ſemitertianæ, uel typhodis, vel alterius talis febris ſymptoma fuerit: quæ propria quidem ſunt generis febrium ex putredine humorum conſiſtentium, non tamẽ inſeparabilia, & ob eã rem, ſiquidem hæc minime adfuerint, ex alijs indicium querendum: ſi uero adfuerint, non ſolum genus talium febrium, ſed & ſpecies

Lau.

Aliud ſignum proprium ab urina.

vna aliqua ex ipsis significatur.

Leoni. MAXIMVM vero & harum febrium indicium existit cruditas urinæ, debilis etiã concoctio, proprium est indicium febrium quæ humorum sequuntur putredinem. Neque enim cruda, neque cõcocta debiliter in ephemeris apparet. Ac earum quidem alterutra seorsum est proprium huiusmodi febrium indicium. Simul autem vtraque dicta secundum disiunctionis proloquium omnino inseparabile: huic enim febrium generi urinę primæ uel omnino crudæ, vel debiliter coctæ in principio assosciantur: neque vnquam magnum aut effatu dignum concoctionis indicium in huiuscemodi febribus in primis vrinis apparet, si excipiamus eam quę fit ex ephemeris febribus per mutationem, de qua a' nobis antea dictum est. Præter prædicta autem propositarum febrium indicia contingit etiã eo tempore, quo accessio consistit casum aliquem febris ardentis apparere. Quòd si etiã hi casus se ostẽdũt, qui in febribus epialis, & lyparijs appellati, sicuti & qui in emitriteis, aut succẽsiuis videri solet. Erunt quidẽ propria huius generis febrium, quæ ex humorum putredine accenduntur indicia, non tamen inseparabilia: atque idcirco vbi pri-

ma

ma nō adſint ex aliĳs dignoſcere licet: quod ſi affuerint, non ſolum ad genus huiuſce-modi febrium pertinebūt, ſed etiā aliquam earum ſpeciem indicabunt.

COMMEN. 54.

PONIT *aliud ſignum putridarum ſumptum ab urina, ut urinæ cruditas in principio, & parum concocta: neque enim cruda, neque parum digeſta in diarijs exiſtit. Nam ſi indicium ſit proprium in putridis, eius oppoſitum proprium eſt in diarijs. Et quodlibet horum ſeorſum proprium eſt putridarum indicium, ſed ambo ſimul cum nota diſiunctionis ſunt proprium & inſeparabile: quoniā primæ urinæ in tali genere febriū, uel penitus crudæ ſunt, uel parū cōcoctæ. Et ideo negatiue ſequitur urinæ primæ non ſunt crudæ nec parum concoctæ. Igitur febris non eſt de genere putridarum. Cum uero dicit. Niſi à diarijs in has per tranſeatur, excipit putridas quæ ſequuntur ex diarijs: quoniā ut dicit Auic. prima quarti cap. 8. in primis urinis harum poteſt remanere digeſtio ſecundum ſubſtantiam, ideſt media ſecundum craſſitiem, et ſubtilitatem, ſicut ipſa erat tempore diariæ, ut quando in putrida quæ ex diaria fit nō eſt oppilatio deſcendere prohibens cum urina ipſa humorem per quem inſpiſſatur eius aquoſitas, neque humor diuertitur à uijs urinæ propter paroxiſmum putridæ febris uerſus loca alia. Quod po*

Typhodes febris, qd

stea sequitur est clarum, & typhodes est febris quæ iocinori sacris ignibus correpto prouenit. quid autem Epiala, & Lypiria, & quid semitertiana, in secundo libro uidendum.

TEX.

Lau.

QVOD si inclinatio minime desinit ad integritatem siue per sudorem, siue etiã aliter fiat, alterum é duobus erit, aut indicium quód transeat in alienam febrem, si superiora omnia diariæ fuerint indicia: sin nullũ ex his fuerit, febrẽ quandã ex humoribus cõsistentẽ statim ab initio prehẽdisse ostẽditur.

Leoni.

ET quidem si post febris declinationem integra non successerit integritas, siue cum sudore, siue quouis alio modo declinet: ex duobus alterum, vel permutationis est argumentum, si omnia quæ præcesserint febrium ephemerarum fuerint indicia, aut si nulla ex his fuerint statim ab initio febrem aliquam ex his quę putridinẽ humorũ sequuntur, inuasisse indicatur.

COMMEN. 55.

ALIVD *signum, cum febris declinat, non desinit ad integritatem, siue cum sudore, siue alio modo: alterum erit ex duobus, aut ꝙ diaria transit in putridam, & hoc si superiora omnia diariæ fuerint indicia, uel si nullum ex indiciis diariæ fuerit, febrem fuisse ab initio humoralem ostẽditur.*

Vbi

TEX.

VBI vero pulſus prima die durus exi- Lau.
ſtat, conſiderandum num concretio quæ-
dã ex frigore, an ſiccitas, an tẽſio conuulſiſi
ca in corpore laborãtis, an inflãmatio quæ
dã, an ſcirrhus ſit, ſciẽtes ꝙ ex his tm̃modo
pulſus durus efficiatur. Nam Archigenis
errores circa notionem, cognitionemq́; du
ri pulſus, in opere de pulſibus abunde do-
cuimus, in quo verſatus ſit oportet, qui ad
hæc legenda accedet, ac potiſſimum in ea
parte quę de pulſuum dignotione agit. Et
enim pulſuum ipſorum nomina ac ſignifi-
cata ab eis omnia, omnẽq́; numerum uno
volumine indicauimus, quod quidem in-
ſcripſimus de differẽtia pulſuum. Sed quo
nam modo unumquẽq́; conueniat digno-
ſcere, alio volumine diximus in quatuor li
bros diſtincto, quod ĩſcripſimus de digno
tione pulſuum. Quemadmodum alios
deinceps quatuor libros de cauſis pulſuum
effecimus: & item quatuor ab iis dictis de
prænotione ex pulſibus, non ſolum ver-
bis, ſed etiam re ipſa indicantes huius ſciẽ
tiæ utilitatem. Et ſi quis nobiſcum vnà ac
ceſſit ad ægros horum librorum ſpecula-
tionem re ipſa oſtendentibus, cum cœtera
ei perſuaſa ſunt, tum uero etiam illud, non

esse videlicet durum pulsum aut proprium talium febrium aut inseparabilem, sed de hoc nunc non est dicendi locus: nam prædictis libris diximus, & aliis octo libris quibus expendimus librum de pulsibus Archigenis, abunde huiusmodi symptomata docuimus: hoc loco quod sit neccessarium tantummodo indicabitur, pulsus durus, neque proprius est, neq; inseparabilis cuipiam generi febrium, neq; diarię, neq; putridæ, neque hecticæ. Sed hecticæ inest magna ex parte, atq; interdum in aliis duobus generibus ob symptoma quoddam existit. In diaria quidem, quoties febris affligat ob refrigerationem fortem, vel tensio quædam neruosa insit: atq; interdum efficitur ob æstum fortem, vel lassitudinem simul, vel inopiam alimenti, uel uigilias immodicas, uel euacuationem: quoties ob alimẽti defectum hæc quoquæ constiterint. Per febres autem putridas, pulsus quoq; durus habetur, quoties in viscere inflammatio fatiget, uel scirrhus, et ob symptoma aliquod coniunctum, nempe aut neruosam aliquam tensionem, aut siccitatem, durus quoq; sic pulsus euadit ve-
lut

lut & iis qui intempestiue frigidam bi-
berunt, aut eadem lauerunt, vel fructus
quosdam largiter comederunt. Sed pul-
sus durus nunquam efficitur per ipsam fe
brem, qua febris est, neque per ipsam
diariam, neque per ipsam putridam, ne
que enim quoties ex inflammatione fe-
bris, affligat eodem modo febris ac pul-
sus durities comitatur: sed febris quidem
sequitur putredinem humorum, duri-
ties autem tensionem ex repletione uaso-
rum. Nam (ut semel dicatur) durities tuni
cis arteriarum accedit, uel propter concre-
tionem, uel tensionem, uel siccitatem. Con
cretionem igitur refrigeratio uehemens cō
mittit, tensionem vero inflammatio ac scir
rhus, atquæ etiam neruorum proportio-
nalis inflammationibus dispositio, siccita-
tem uero euacuationes diutinæ, uel ob al
ui fluorem, uel leuitatem intestinorum,
uel difficultatem intestinorum, uel vo-
mitum longum, uel aliud istius modi, &
fames diutina, atque ardentes febres diu
tinæ, & (ut in totum dicatur) quæcun
que uehementer exiccant ipsius anima-
lis partes solidas, uelut & heticæ de qui-
bus nunc dicere fuerit tempestiuum, ab
earum generatione exorsis.

Leoni. SI vero in prima die pulsus durus sentiatur, animaduertere oportet nūquid in corpore ægrotantis sit aliqua congelatio ex frigore, vel siccitas, uel tensio, qualis in distentione neruorum fieri consueuit, uel inflammatio, vel durus tumor, quem græci scirrhon appellant. In quibus enim errauerit Archigenes, circa notionem, & dignotionem pulsus duri, in eo tractatu quem de pulsibus composuimus ostenditur, in quo exercitatum esse oportet quicunq; ad præsentis operis lectionem animum sit appulsurus, atq; in ea præsertim parte, in qua de pulsuum dignotionibus agitur. Nam pulsuum quidem nomina, omniaq; eorum significata, numerumq; uniuersum in vno trac. exposuimus, qui de pulsuum differentia inscribitur. Quo pacto vero singula ex ipsis sint dignoscenda, altero tractatu, quē de pulsuū dignotione inscribimus in quatuor libris explicat. Sicuti alterum volumen ordine consequens in quatuor libris comprehēsum exposuimus, in quibus pulsuum causas edocemus. Ac post ea quæ iā diximus, quartum quod de pulsuum præcognitione inscribitur, non uerbis tantum sed operibus etiam huiuscemodi contemplationis vtilitate à nobis ostēsa. Et si quis

nobiscum affuit, quando ægrotos uisere-
mus, eorum librorum contemplationem
re ipsa demonstrantibus eisdem, partim
alia, partim id ipsum est persuasum, quod pul-
sus durus, neque proprium, neque insepara
bile est huiuscemodi febrium indicium. Sed
non est nunc tempus de hisce rebus differen
di: nam insuper dictis tractatibus, atque in al
terovolumine octo libris comprehenso, in
quo librum Archigenis de pulsibus ad ex
traneã rationis adducimus, satis à nobis hu
iuscemodi casus ostenduntur. Nunc quan
tum presenti operi expedit, dicemus, quod
pulsus durus non est alicuius generis febri
um, neque ephemerarum, neque earum quę in
humoribus accenduntur, neque hecticarum
proprius atque inseparabilis. Comitatur ue
ro magna ex parte hecticas febres, nonnun
quam vero etiam duo genera alia, sympto
mate aliquo interueniẽte. Ephemeres qui
dem quando ex algore nimio contigerũt.
Si qua neruosa tensio simul affuerit. Con
tingit uero aliquando ob nimium solis fer
uorem, aut lassitudinem simul, aut esuritio
nẽ, aut immodicas uigilias, aut exinanitio-
nem, quando hæc ob alimenti inopiam cõ
sistant. Illis autem quæ ex humorum pu-
tredine fiũt febres, pulsus durus adest, quã

do aliquod viſcerum vel inflammationem vel durum tumorẽ patiatur. Et ſi aliquod symptoma aliud affuerit, ueluti tenſio aliqua neruorum, aut ſiccitas, hac etiam ratione pulſus fit durus. Sicuti in his qui non tempore frigidam bibunt aquam, aut frigida ſe lauant, atq; aliquibus arborum fructibus immodice veſcuntur. In febribus autẽ ea ratione qua febres ſunt, nunquam fit durus pulſus, nequæ in ephemeris, neque in his quæ ex humorum accenduntur putredine. Neque enim quando ex inflmmatione febris inuadit, eadem ratione ſequitur & febris, & pulſus durities: sed febris quidẽ ex humorum putredine, durities autem ex tenſione, quæ in uaſorum repletione. Vt autem ſummatim dicatur, durities tunicis aduenit arteriarum, aut ob congelationem aut tenſionem, aut ſiccitatem. Congelationes igitur vehementes algores efficiunt: tẽſionem vero inflammationes, & duri tumores, & neruorum diſpoſitio inflammationibus correſpondens. Siccitatem uero & diuturnæ euacuationes, quæ vel ex uentris profluuio, uel inteſtinorum leuitate, aut dyſenteria, aut diuturnis uomitibus, aut tali aliqua alia cauſa proueniunt, & longi temporis fames, & feb. ardentes diutur-

næ

næ. Atque ut in vniuersum dicatur quęcũ que ipsas animalis solidas partes uehemẽter exiccant, sicuti & hecticæ febres, de quibus iam dicendum est, sumpto ab earum generatione principio.

COMMEN 56.

VT ostendat q duritiex pulsus non sit alicuius generis febrium signum proprium nec inseparabile, premittit primo, q ubi pulsus prima die durus existat, considerandum, nunquid in corpore laborantis aliqua sit concretio ex frigore, an siccitas, an tensio conuulsifica, an inflammatio quedam, an scirrhus, scilicet durities, ex his enim tãtũmodo pulsus fit durus. Vnde secundo de causis pulsuum, durities contentorum instrumentorum existit, si ipsa in flammata sint, scirrho intumuerint, induruerint, desiccata sint, uel refrigerata. Et Archigenis errores circa cognitionem duri pulsus demonstrauit in de pulsibus, & maxime in lib. de dignoscendis pulsibus. Postea dicit q nomina pulsuum & omnia eorum significata, et omnem numerũ in lib. de differẽtiis pulsuum indicauit: sed quo nam modo unumquemq; conueniat dignoscere, dixit in uolumine de dignoscendis pulsibus, diuiso in quatuor libros. Composuit, & quatuor alios libros de causis pulsuum. Item & quatuor alios de prænotione ex pulsibus indicantes non uerbis solum, sed re ipsa scientiæ pulsuũ

utilitatem, quos omnes habemus, habemus etiam librum de usu pulsuum. Postea dicit q, pulsus durus neq; proprius est nec inseparabilis alicui generi feb. neq; diariæ, neq; putridæ, neq; ethicæ, sed ethicæ inest ut plurimũ ex siccitate. Et aliis duobus generibus scilicet diariis & putridis interdum ob symptoma quoddam existit. In diaria quidem quoties febris affligat ob refrigerationem fortem, uel tensio quædã neruosa insit &c. In putridis autẽ quoties aliquod uiscerũ uel inflãmationẽ uel scirrhũ patiatur, & ob symptoma aliquod cõiunctũ, ut ob neruosã aliquã tẽsionẽ, aut siccitatem. &c. Sed pulsus durus nunquam afficitur per ipsam febrem qua febris est, neq; per ipsam diariam, neq; per ipsam putridam, & hoc declarat in una causa de predictis, nam siquis febriat ex inflammatione non eodem modo ex illa fit pulsus durus & febris, quoniam durities sequitur tensionem ex repletione uasorum, sed feb. sequitur putredinem ibi existentem. Et ideo dato q, putredo ibi esset sine tensione, ibi esset febris, et non durities pulsus. Similiter si esset tensio sine putredine, ibi esset durities pulsus, & non febris. Et ideo durities Pulsus non est signum propriũ alicuius generis feb. quoniam potest in aliis à febre reperiri, nec est inseparabile, quoniam quodlibet genus febris potest reperiri absq; duritie pulsus. Postea cum dicit. Nam (ut semel dicatur) col

ligit

ligit in breui causas duritiei arteriarum & consequenter ipsius pulsus, & quæ dicit. Sunt clara.

DE GENERATIONE FEB. Hecticæ. CAP. VIII.

TEX.



EBRIS igitur hectica nomine, efficitur duobus modis, magna ex parte ob febres ardentes, quę prorogantur adeo, ut consumāt spatio temporis humorē corporis cordis, uel etiam si adhuc multus permaneat. Illa igitur non solum hectica, sed etiam marasmodes iam existit. Hæc uero quę manente adhuc humore fit, corpus ipsum cordis prehendens, inde maxime accēditur, quemadmodum lucernarum flamma ex ellychnio. Atque vna quidem eius generatio est prodita. Reliqua autem est, quoties statim ab initio prehendat, primā generationem similem habens diarię ob mœrorem, iram, lassitudinem magnam cū ustione contractam. Lau.

QVAE igitur febres hecticę appellantur, duplici uia ortum habent, magna qui- Leoni.

dem ex parte ex ardentibus febribus, quę tantum protrahuntur, ut longitudine temporis humorem in corpore cordis contentum consumant, uel fieri potest, ut eius adhuc magna portio reseruetur. Illę uero nõ tm̃ hecticę sunt, sed tabidę etiã. Quę autẽ manente adhuc humiditate generãtur, ubi cordis corpus occupauerint, hinc maxime accenduntur, quemadmodum lucernę flãma ex ellychnio. Atquę una quidem à nobis exposita est earum febrium generatio. Reliqua autem est, quum statim ab initio inuaserint similem primũ sui ortum ephemeris facientes, aut ex tristitia, aut ira, aut lassitudine nimia una cum solis feruore cõtracta.

COMMEN. 57.

Duo modi generationis hecticæ.

I N *parte ista agit de hecticis febribus*, Et pri*mo duplicem modum generationis earum ostendit, dicens uno modo et ut plurimum fiunt post febres ardentes quæ prolungantur, adeo ut consumant spatio temporis humorem id est humidum nutrimentale corporis cordis, uel etiam si adhuc multus permaneat*. Et *sic innuit febrem quæ dicitur hectica marasmodes, et febrem quæ dicitur hectica absolute, quod patet cum dicit, illa igitur scilicet in qua multum & manifeste consumptũ est de humido nutrimentali, nõ solum hectica dici*

febris hectica marasmodes

tur, sed etiam marasmodes quæ prehēdens corpus ipsum cordis in ipso maxime accenditur, quemadmodum lucernarum flamma ex ellychnio idest in substantia ellychnij. Pro quo nota secundum ipsum septimo methodi cap. sexto quatuor esse siccitates. Vna consistit in consumptione humitatis existentis in extremitatibus uenarum & arteriarum paruarum, & hæc ex sanguinis penuria prouenit. Secunda in consumptione propriæ humiditatis, unde partes nutriuntur. Tertia in consumptione carnis mollis & pinguedinis. Quarta in consumptione substantiæ membrorum solidorū. Vnde corpus demacratur consumpta humiditate quæ est in paruis uenis & arterijs. Et magis cōsumpta humiditate in porrositatibus uenarum existente. Adhuc magis consumpta pinguedine et carne molli. Et adhuc magis cōsumpta carne cordis & membri solidi. Et hæc quarta consumptio & siccitas est quæ est incorregibilis & irremouibilis, quoniā aliter iuuenes possent fieri pueri, et senes fieri iuuenes. Et per carnem uocat Gal. nō solum id quod uulgo dicitur caro, ut musculi, sed et propriam substantiam cuiuscunq; membri, excepto osse, decimo methodi cap. ultimo. Intellige autem humiditatem nutrimentalem primo consumi, non simpliciter: sed apparenter: quoniam cū caliditas illa agat secūdum ultimum sui posse nō solum humiditates nutrimentales continue exsic

Siccitates quatuor

corporis demacratio quot modis fit

Siccitas incorrigibilis, q̄

cat, sed & membra ipsa solida. Nota etiam differentiam inter Gal. & Auic. Vult Auic. de quatuor humiditatibus secundis tres esse penes quarum consumptionem gradus ethicæ attendũtur uidelicet, ros, cambium, & gluten, primam enim reiicit ut impertinentem presenti proposito, scilicet humiditatem innominatam in extremitatibus paruarum uenarum comprehensam. Et dicit q̃ ros sic se habet ad membra corporis, & calorem eorum, sicut oleum in lampade effusum ad ellychnium lampadis & ipsius flammam, sicut. n. oleũ in lampade effusum prohibet flammam uelociter serpere per corpus ellychnij & se cõsumere, sic humiditas illa quæ ros appellatur prohibet innatum calorem per membra serpere & se consumere. De humiditate dicta cãbiali dicit, q̃ sic se habet ad membra & calorem eis innatũ, sicut oleũ ellychnio in mersum ad ellychnii corpus & flammam ipsius, nam sicut oleum ellychnio appositũ & inuiscatum prohibet ipsum uel ipsius humidũ cito consumi, & est ut fomentum coniunctum flãmæ eius, sic cambium prohibet calorem membrorum cito hæc consumere & eorum humidum, & est nutrimentum coniunctum ipsorum. Et de glutine dicit, q̃ sic se habet ad partes corporis terrestres & siccas quibus alligantur, sicut humiditas consunstantialis ellychnij lãpadis ad partes ellychnij siccas & terrestres. Nam sicut hæc prohibet

Nota differentiã ĩter Gal. et Auicenã, de humiditatibus secũdis, & gradibus ethicæ.

hibet

hibet ellychnium dissolui & incinerari per ignẽ lãpadis quamdiu permanet in ellychnio, sic illa membra dissolui prohibet et incinerari per suum calorem. Vult ergo Auic. q̃ primus gradus ethicæ febris sit quando caliditas extranea permanens in corde & membris per modum habitus cõsumit roridam humiditatem quæ est in membris, & proprie in corde sicut ellychnii flamma cõsumit oleum lampadis per ipsam diffusum. Et q̃ secundus gradus est cum calor ethicæ iam roridã finiuit humiditatem, & ressoluere incipit, ac finire cambium, sicut postquàm finiuit ellychnij flãma fere totum oleum in lampade effusum consumere incipit & finire oleum ellychnio inmersum & imbibitum, & iste gradus, dicit, habet amplã latitudinem, & tria tempora, sicuti morbi cronici mortales scilicet principium, in quo sensibiliter incipit minui cambiale humidum, Augmentũ in quo iam diminuta est magna eius pars, status in quo ferè totum consumptum est & consumi incipit glutinosum humidum. Et tertius ethicæ gradus est, quando finite sunt duæ humiditates .s. roralis, et cãbialis, et calor ethicæ cõsumerẽ ĩcipit et finire humiditatẽ tertiã gluten nominatam, sicut in lampade flamma ellychnij postquàm consumpsit oleum diffusum una cum imbibito, consumere incipit radicale humidũ corporis ellychnij Gal. uero aliter sentit, ipse enim ut cap. sequenti

Primus gradus ethicæ secundum Auic.

Secũdus gradus.

Tertius gradus

Galeni opinio.

Principiũ hecticę, quando et qñ eius medium

Hectica marasmodes, quæ

Non diuidit Gal. humiditatẽ extremitates uenarum egreſſam in rorem & cãbiũ quemadmodum Auic.

Opinio Auerois

uidebis hecticam diuidit in principium, medium, & ſtatum, & dici poteſt ſecundum ipſum primã ſpeciem eſſe principium, ſecundam medium, tertiam ſtatum. Nam primo corpus cordis caleſit abſque humidi conſumptione, & tunc eſt principium hecticæ & durat donec appareat corporis cõſũptio & demacratio, nõ.n.ſubito corpus extenuatur, sed per certũ tempus uidetũ durare. Dũ uero incipit demacrari, ſuccedit aliud tempus, et dicitur augumentum uel medium, quo tempore uſque ad certam partem, febris dicitur hectica abſolute, & ab illa parte uſq; ad finem, dicitur ethica marasmodes, eſt enim marasmus, quando humiditas nutribilis eſt ferè tota conſumpta. Nec Gal. humiditatem egreſſam extremitates uenarũ paruarum diuidit in partem ſubtiliorem, & craſsiorem, ſcilicet rorem & cambium, quemadmodũ Auic. ſ3 eam appellat unico nomine. Auer. autem tertio colliget undecimo, has ſpecies hecticæ uidetũ diſtinguere ſecundum caloris impreſsionem in ſubſtantia diuerſa, ut ſi caliditas impreſſa ſit in rore, dicitur prima ſpeties, et ſecunda quando in ſubſtãtia cambiali, & tertia quando in ſubſtantia cordis: sed hæc diſona ſunt menti. Gal. nam ut ex dictis patuit in qualibet ſpecie hecticæ caliditas habet eſſe factum, & accenſa eſt in ſubſtantia cordis. De humiditate quæ eſt in uenis paruis dicit Auic. q; eſt materia putridę febris: quoniam hæc non eſt aliud quam maſſa ſanguinis ad albedinẽ

per

per digestionem parumper deducta, & ait q̃ nõ tota hæc humiditas effunditur aut expanditur in porros membrorum, immo aliquid eius remanet in uenis qđ ẽ in uia seu semita ut expãdatur. et remanet aliquid qđ est in semita, ut recũdatur seu reseruetur in extremitatibus paruarũ uenarum, ubi si putrefit generat febrem putridam, & si inflammetur & non putrefiat generat febrẽ ebullitionis, idest sinocham sine putredine, uelut si esset sanguis. Cum uero inquit Gal. Reliqua autem. &c. declarat alium modum generationis ethicarum cum fiunt incipiendo, ut post mœrorem, iram, laxitudinem. &c. Et ob aerem pestilentẽ dixit tertio de præsagatione ex pulsibus. Et incipit ethica aliquando simul cum diaria, ut cũ causa est adeo fortis, q̃ simul et semel calefacit spiritus & cor & aliquãdo simul cũ putrida, ut in febre pestilẽti, ut plurimum tamẽ nõ fit incipiẽdo sed sequendo alias febres. An autem fieri posit ethica sola sine aliis, hoc habet difficultatem. Gal. in cap. sequenti uidetur uelle, q̃ non, ubi uult ephemeram simul cum ethica incipere. Et Auic. prima quarti tract. tertio cap. primo cum dicit. Et longinquum est, q̃ ethica accidat incipiendo, sic q̃ membra radicalia iam sint inflammata, sine hoc q̃ prius inflammentur humores & spiritus, immo oportet naturali ordine, q̃ prius spiritus et humores ferueant membris radicalibus, quoniam sunt his membris subtiliores, rariores, & paßibi-

de spetiebus hecticæ.

Nota de humiditate quę ẽ in uenis paruis secundum Auic.

De hectica quę fit incipiendo.

Incipit hectica aliquando simul cũ diaria Aliquando simul cũ putrida.

Dubitatio.

liores, deinde his calefactis & inflammatis, calefiunt, & inflammantur membra radicalia, nisi causa inflammans occurrens corpori ualde fortis fuerit & uiolenta, simul & semel calefaciens spiritus & cor. Aliqui tamen immaginantur q; sic, nam dicunt, q; sicut prius possunt incendi late ri balnei, quàm aer & aqua contenta in eis, ita & membra corporis, quæ se habent ad spiritus, & humiditates contentos in eis, ut latera balnei ad ea quæ continet. Item poßibile est, ut membra corporis sint calida & sicca multum chollerica naturaliter & ex se facillime inflamabilia, humoribus eorum frigidis & humidis craßis & uiscosis existentibus, & spiritibus his proportionabilibus ex natura alimentorum. Item posibile est ut causa incendij uiolentißima corpori occurrens mẽbris se applicet, nõ autem spiritibus, uel quia non reperit in his resistentiam, sicut in illis, uel quia aliqua est proportio occulta inter agens & passum, qua fit maior actio inter tale agens & tale passum, sicut de fulgore quo interdum liquefit ensis in uagina, remanente illæsa uagina, & de sanguine hirci, p quẽ soluitur, & mollescit adamas lapis durißimus, qui neq; ferro, neq; igne soluitur, aut mollificatur. Sed dices Gal. uidetur simpliciter negare ethicam incipientem secundo de crisi in ultimis uerbis, dicens: nulla feb. ethica fit in primis diebus, sed in progressu temporis.

poris. Dicendum *q́ intelligit nullam ethicam quo ad ſui cognitionem perfici in primis diebus, ſed bene tempore procedente. In eo.n. libro docet Gal. quomodo prima die poßimus ſpeciem febris cognoſcere, & in primo huius cap. ſequenti dicit, q́ non poteſt ethica cognoſci, niſi poſt primos duos dies, in quibus apparent ſolum inditia diariæ, & propterea dicit ibi Gal. de ethicis autẽ non eſt preſentis temporis ſermo: quoniam nulla earum in primis diebus perfectè cognoſcitur.* Ex *quibus ſequitur, q́ non ſemper cum quis fit ethicus fit primo in prima ſpecie: nam quando ethica ſequitur putridas, conſumptum eſt de humido cordis et nõ eſt primæ ſpetiei. ſed ſecũdæ, aut tertiæ.*

Non ſp cũ quis fit, ethicus, t primo in prima ſpẽ. Lau.

TEX.

HANC igitur febrem ſanare nequaquã difficile ẽ: quæ uero ex eis deuenerit in marasmum propter inſcitiam eorum, qui adhibiti ſunt medicorum, eam ſanare non ſolum non facile, ſed etiam impoſsibile eſt, quoties plane iam confirmata fuerit, nec præterea incipiat. Natura.n. eius calida ac ſicca exiſtit, ac cor ſimiliter afficitur, vt ellychnium in lucerna, quoties plurimũ crematum fuerit. Etenim ita exuſtum friabile fit, atq; diſſoluitur, perditurq; continuitas præ ariditate: ut neque ſi affundas abunde oleum, queas rurſus accẽdere flammam co

piosam. Parua.n.atq; infirma flammula in ipso concutitur, ac semper minor efficitur, vsque quo extinguatur. Atq; exacte quidem marasmodes febris huiusmodi existit, nec eadem est cum affectu marcore. Hic.n. in iis efficitur qui consenuerunt sine febre, extincto in illis natiuo calore (quæ potissimum mœrore uacua mors est, ac secũdum naturam ex siccitate consistens) velut & in iis qui emarcent præter naturam genus illud efficitur, quod Philippus nominat ex morbo senectam. In quã multos nouimus, non senes solum, sed etiam pueros incidisse. Febris autem marasmodes non solũ sicca, sed & calida affectio est. Extinguitur autem per eam multo celerius calor in animali, atq; tabescit totum corpus instar arboris in plenum arefactæ, vel ob temporis lõgitudinem, vel flammæ vicinitatem, vel fortẽ atq; immoderatũ squalorẽ. sed de tota marcoris affectione, seorsum diximus.

Leoni. HASCE igitur febres non est admodũ difficile curare, at quæ ex ipsis ad tabẽ peruenerũt ex inscitia medicorum, quibus earum cura fuit demandata, vbi iam exquisite consistunt, & iamdudum inceperunt nõ modo est easdem curare difficile, sed etiam impossibile. Earum siquidem natura calida

da est, & sicca, quum tale aliquid cor patia-
tur, quale lucernæ ellychnium, quum fuit
plurimum exustum. Nam quod ita torrefa
ctum est, frangitur atque dissoluitur, atque
ex ariditate tenuitatem admittit, adeo vt
neque si magnam olei copiam superinfun-
das flamma abundantior posit accendi.
semper. n. parua & debilis in ipsa palpitat
flamma, ac continue fit minor donec ex to
to extinguatur. Talis quidem est febris quę
omnino tabida existit, vt quæ ab ea pasio
ne non differat, quę tabes appellatur. Nam
hæc & absq; febre in decrepita ætate solet
accidere, extincto natiuo calore, quod ni-
hil aliud existit q̃ mors, quæ ferè sine sensu
doloris, ac secundum naturam ex siccitate
contingit. Sicuti his qui pręter naturam ta
bescunt, altera aduenit species, quæ a Phi-
lippo ex ægritudine senectus vocatur, in
quam non solum senes, sed etiam pueros
vidimus incidisse q̃plurimos, Tabida vero
febris non tantum sicca, sed etiam calida est
pasio. Extinguitur autem valde celerius
in hac ægritudine calor animalis, totumq;
corpus tabescit instar arboris supramodũ
arefactæ aut ob lõgitudinem temporis aut
flammæ viciniam, aut vehementem atque
immoderatam siccitatem. Sed de vniuer-

ſa quidem tali diſpoſitione, qualis nam ſit, ſeorſum ſcriptum eſt.

COMMEN. 58.

CONCLVDIT *ex dictis difficultatem & facilitatem curationis ethicarum, & dicit q; has incipientes nõ eſt difficile ſanare: ſed quæ ex his ob inſcitiam medicorum deuenerit ad maraſmum, eam ſanare non ſolum difficile, ſed etiam impoßibile eſt, quoties iam integre confirmata fuerit, & iamdudum incepit. Et cauſa horum eſt nota. Nam cum eſt incipiens, nulla adhuc eſt facta conſumptio humiditatis: ideo facilis eſt curæ: ſed cum fere tota eſt conſumpta humiditas nutribilis, & caro mollis, & pinguedo, dicitur maraſmus, cuius cura eſt difficilima: non tamen impoßibilis ſecundum Gal. modo Medicus in aliquo errorẽ non committat, & ſiccitas in membris ſolidis non ſit impreſſa. Cum uero integre in maraſmum deuenerit in quo membra ſolida ſunt ſiccata, cura omnino eſt impoßibilis. Ethica uero quæ media eſt inter principium & maraſmum, medio modo ſe habet, quoniam difficilis & non difficilimæ eſt curationis: ſententiam habes à Gal. 7. Methodi, cap. 6. & 10. & ultimo, ubi ita ſcribit. At ſi quidẽ omnia curioſe adminiſtrabuntur, tum quod ad balneum, tum quod ad nutrimenta ſpectat: utiq; ſanandi iam eius quem maraſmus conſumit, ſpecies eſt. Sin error uel in uno committatur is reliqua ſubuertit*

uertit omnia. Quippe cum exitialis horum affe-ctus sit, ne leuißimum quidem errorem tollerat. ac si quis talium est seruatus, huic carnosam portionem marasmus occupauerat. Ipsis uero solidis siccatis fieri nequit, ut homo prorsus persane-tur: sed omnino uel statim cum febris ipsa iugu-lauerit, uel postquam in eum affectum est trans-lata, quem senio ex morbo uocamus. Nam pri-*mum eiusmodi febris propriam partium humidi-tatem, ex qua nutriuntur depascit.* Hinc *uero ad carnosum generans transit, quod circa, tum fibrosas, tum membranosas partes solidorum corporũ hæret.* Ita *deinde ipsas solidas papulatur. Si qui-dem in singulis simplicium ac primarũ quas uo-cat partium (ut in dissectionibus es contempla-tus) alia portio substantiæ eorum est ueluti fibrosa, alia membranosa, alia carnosa, sicut exem-pli causa cum uena unam tunicam habeat, et eam tenuem, licet fibras in ea inuenire multas, quæ sint araneosis quibusdam intersitis contextæ; quibus utrisq; ipsa propria uenæ substantia adnasci tur.* Hæc *alia in alijs partibus habetur, nec ullũ commune nomen est nacta.* Cæterum *docendi causa nihil uetat eam carnosam substãtiam uoces: uel certè huius particulæ carnem, quæ in uentriculo quidem sit alia, in iocinore alia, similiter in arte-ria & musculo.* Vocatur *autem caro tantum ea, quæ in musculo est, reliquarum nullam homines*

carnem uocant, præterq̃ admodũ pauci,ſed quæ in uiſceribus,ceu iocinore,renibus,liene, & pulmone uiſuntur, eas paregchymata (quaſi affuſiones dixeris)græcè uocant. Quæ in inteſtinis,uentriculo,ſtomacho,& utero ſunt,ſine nomine relinquunt. Tu tamen de nominibus non laborabis,illud potius intelliges: ſingularum particularum ſubſtantiæ molem ex tali maxime completam eſſe natura, quæ utiq; (ut in ſinuoſis ulceribus uidere licet) & perire & regigni poteſt. At uero nec fibroſa, nec neruoſa,membranoſa'ue natura eandem generationem habere cernitur. Nec fas eſt eiuſmodi ſingularum partium fibras à malignis febribus liquari,ſicuti carnes: quando animal ipſũ priusq̃ hæ prorſus ſint ſiccatæ, interemerint. Sanè ſunt & quas maraſmodes febres uocant, uniuerſæ ex eorum genere quæ colliquant, ſed in eo differunt, q̃ quæ portio carnis in his colliquatur,ea ſemper uaporis uice digeritur: in illis defluit in uentrem. Cernitur hoc etiam in carnibus, dum in craticulis torrentur, euidenter fieri. Siquidem ab aliquibus plurima liquatio defluit,ferturq; in prunas largiter. Aliquando nihil omnino, quod utiq; ſentias, defluere uidetur, etiam ſi par ſit prunarum ſubdita copia. Quippe feris ſuibus, aut nihil omnino, aut planè minimum eſt,quod defluat: cicuribus plurimum. Quantoq; magis uel adipe, uel carne animal abundat,tanto pro-

eo profecto quod ab ipsius carnibus dum in craticulis torrentur defluit, cernitur copiosius. Ad eundem itaq; modum, in calidissimis febribus, si carnes humidæ ac molles cum adipis copia fuerint, eas sensu liquari deprehendas. Sin sine adipe & siccæ sint, in marasmodes febres transeũt. Clarissimo huius rei argumento sunt infirmi, qui per aluum quod liquatur excernũt: qui nisi prius uel morbi uiolentia, uel medicorũ inscitia moriantur, in marasmodes febres incidunt. Siquidẽ quo ad materiam uberem habẽt, hanc colliquant. Vbi illis, tum adeps, tum caro mollis defecit, duras & ægre liquabiles carnes siccant, à quibus propter siccitatem nihil defluit: ueluti nec ab ijs quæ sole sunt siccatæ, siquis has quoq; torrere parans pari cum alijs igni admoueat. Nam & sicciores earum carnes reddentur, & corij ritu turabuntur: nec defluet ex his ulla sensibilis liquatio. Sed obijcies, q; hectica in principio non sit difficilis cognitionis & facilis curationis: quoniam dicit Gal. in cap. sequenti, q; quando est sola est facilis cognitionis, Et Auic. decimaprima tertij cap. 2. dicit, q; cum confirmatur malitia cõplexionis cordis, non curatur, & cum non est confirmata non facile curatur, modo hectica est mala complexio in corde confirmata, cum sit facta. Dicendum, q; hectica quando est sola facilius cognoscitur, q̃ quando iuncta est cum putrido, Et in principio Dubitatio

Hectica quare in pricipio difficilis est cognitionis.

difficilis est cognitionis, uel quia iuncta est cum putrida, uel quia in primis duobus diebus nō distinguitur ab ephemera. Auic. uero non dicit cum confirmatur in corde mala complexio, sed cū confirmatur malitia complexionis. i. cum mala complexio in corde peruenerit ad summum malitiei. In alijs autē membris non sic est: quoniā cum in eis ultimata est malitia complexionis, possunt sanari ob auxilium quod possunt à principalibus accipere: cor autem à nullo potest subsidium habere, licet aliqualiter discrasijs eius quandoque poßit epar cōtra operari, ut Gal. dixit. 2. artis Medicinalis. Deinde Gal. ostendit causam ob quam impoßibile est febrem marasmodem sanare cum dicit, natura enim eius calida & sicca est, & cor per eam similiter afficitur, ut ellychnium in lucerna quoties plurimum exustum fuerit. Nā quod ita exustum est, frangitur atq; dissoluitur & perditur continuitas præ ariditate, adeo ut neq; si abunde oleum affundas poßis rursus flammam copiosam accendere, Parua enim atq; infirma flāmula in ipso cōcutitur ac semper minor efficitur, usq; quo extinguatur. Et dicit ꝙ huiusmodi febris est quæ exacte marasmodes dicitur & non ē eadem cum ea paßione quæ tabes appellatur, ita esse negatiue legendum ostendit sequentium sensus. Nam tabes in his efficitur qui consenuerunt sine febre, extincto in illis natiuo calore, quæ si-

Febris exacte marasmodes quæ, & nō eadē cū passione, q̄ tabes appellatur

ne

ne dolore mors est ac secundum naturam ex sic-citate consistens, uelut genus illud efficitur in his qui emarcent præter naturam, quod Philip-pus senectam ex morbo nominat, in quam multos nouit non senes solum, sed etiam pueros incidisse. Et totum quod dicit usq; ad caput nonum est cla-rum.

DE COGNITIONE FEBRIVM Hecticarum. CAP. IX

TEX.



ECTICAE autem fe-bris, cum duplex eius ge-nus sit, ut ante diximus, in dicia deinceps explicabi-mus. Febris igitur hectica cum marcore coincidens, promptissime ac facillime cognosci potest Prius. n. q̃ tangas pulsum atq; calorem oculos supramodum cauos uidebis, qua-si in fouea quadam conditos, ob totius hu midæ eorum substantiæ consumptionem, ita ut ossa quibus palpebræ annexæ sunt, promineant. Quinetiam sordes in eis ui-suntur aridæ, ac quedam squalida disposi-tio, qualis maxime inest eis, qui per pulue-rem multum tota die in sole calido fecerũt Lau.

Iter. Flos ipſe preterea viuidus coloris periit, atq; id toti faciei accidit, & immoderatus ſqualor habetur totius cutis circa faciē, maximeq; circa frontem: ita, ut propter ſiccitatem, ſicca atq; intenta ſit: non tamē queunt palpebras ipſas multum attollere, perinde affecti ſemper ut qui dormituriunt. Quinetiam cōniuent magna ex parte, quēadmodum qui dormitant. Eſt autem talis affectio nequaquam ſomnus: ſed impotentia uigilandi. Carnes præterea conſumptę ſunt circa tempora, ita ut ea loca collapſa, cauaq; appareant. Nec quicq; aliud omnino quàm oſſa, ac cutis ſunt, ita, ut ſi eos nudos perſpicias, in ventre nullum ſupereſſe inteſtinum, nec vlla viſcera, atq; hypocondria ipſa retracta eſſe ad thoracem admodum videantur. Quòd ſi libeat illos tangere, cutis quidem perquam ſicca exiſtit, & ubi attollas apprehendens digitis, quaſi corium quoddam ſtat. Pulſus autem gracilis, durus, debilis, ac frequens habetur Calor autem in primo quidem occurſu debilis, ſed paulo poſt acer atque erodens apparet, maximeque ubi tangendo diutius immoreris. Sed minime conuenit reliqua indicia cōmemorare in re tā perſpicua.

Leoni. FEBRIVM autem hecticarum quando

do quidem duplex est, ut nuper definiui mus genus, earum indicia exponamus. Hectica quidem quæ in tabem incidit febris, cognitu prōptissima atq; facillima existit. Nam priusq̃ pulsus atque calorem tactu perpendas, uidebis oculos immodice concauos, ueluti quibusdam quasi foueis reconditos, exhausto iam uniuerso in ipsis liquore, ita ut ossium, quibus palpebrę cohoerent, eminentiæ conspiciantur. Et sordes quidem in ipsis siccæ ostenduntur, & quędam ueluti squalida dispositio, qualis maxime inest his qui toto die sub solis ardore iter longum per puluerem egerunt. Est etiam in eisdē flos uitalis coloris extinctus, hoc quidem tota patitur facies, atq; in tota cute, quæ faciem obducit ac frōtem presertim, squaliditas quedam immoderata conspicitur, adeo ut exsiccitate durescat ac circuntendatur, non tamen possunt plurimum producere palpebras dormitantibus similes, & quidem sæpius commouent dormitantium more. Non erit autem eorum passio somnus, sed potius uigilandi impotentia. Colliquatæ adhuc sint carnes quæ in temporibus sunt ut, collapsa videantur, & concaua spatia. Et quid aliud omnino sunt quam ossa atq;

Hecticarum indicia.

cutis: adeo ut si nudato corpore partes ad uentrem attinentes aspicias, neque ex intestinis aut uisceribus aliquod superesse cē sueris, ac præcordia uehementer contracta versus thoracem videantur. Quód si eos tangere libeat, cutis quidem apprime arida, quam si digitis apprehendens extēderis, instar corii consistit. Pulsus autem tenuis, durus,ac debilis & frequens. Caliditas autem, quum primum manus admouetur,debilis est,paulatim vero acredinem atque excisionem quandam ostendit,ac magis quum plus tangendo immoraberis. Neque amplius reliqua commemorare oportet indicia in re presertim adeo manifesta.

COMMEN. 59.

PER *duo genera intelligit hecticam tertiæ speciei quæ incidit in tabem, & hecticam quæ nō incidit in tabem, ut est hectica primæ et secūdæ speciei.* Et *incipit ponere signa earum & primo illius quæ incidit in tabem.* Et *primum signum qđ ponit sumptum est á concauitate oculorum, cuius causam assignat.* Secundum *est sordes in oculis, & hæc accidit secundum ipsum primo prædictionum com.13.ob imbecilitatem facultatis naturalis oculum regentis, quæ impos est oculorū concoquere alimentum.* Tertium *est squalida corporis dispositio, ob siccitatem qualis inest eis*

qui

qui per multum puluerem tota die in ſole calido fecerunt iter. Aliud eſt deperditio ſanguinis & ſpiritus. Aliud eſt immoderatus ſqualor totius cutis circa faciem & maxime circa frontem, nã conſumpta ibi carne, fit ſicca & tenſa. Aliud ẽ impotentia eleuãdi ſurſum palpebras ſimiles dormientibus & non dormientes, cum affectio hæc non ſit ſomnus, ſed impotentia uigilandi, Et hoc ob imbecilitatem principii ſenſitiui. Aliud eſt conſumptio carnis circa tempora, ita ut ea loca collapſa, & caua appareant. Et hæc omnia ſigna ſunt quæ in facie apparent, & uiſu cognoſcuntur. Ponit poſtea aliud ſignum in toto dicens. Si eos nudos perſpicias in uentre, nullum ſupereſſe inteſtinum, nec ulla uiſcera apparent, atq; hypocondria ipſa retracta eſſe ad thoracem admodũ uidentur. Ponit & alia ſigna, quæ tactu cognoſcuntur. Primum in ſe & ſua cauſa eſt notum. Secundum ſumitur à pulſu, & eſt pulſus ſubtilis ex diminutione ſanguinis, durus ex ſiccitate, debilis ob uirtutis imbecilitatem, & frequens ob neceſſitatem refrigerationis. Aliud ſignum à tactu caloris. Nam calor in primo concurſu debilis, ſed paulo poſt acer atq; erodens apparet, maxime ubi tangendo diutius immoreris. Et dicit Auic. calor quando tangitur in principio tactus eſt magis ſuauis, q̃ in proceſſu, & cum manus tangens ſuper eum permanet quaſi hora una

tunc calor apparet fortis & mordax, & non cessat augeri durante tactu eius, donec appareat uehemēter fortis & mordicatiuus. Et *causa primi est, quoniam calor hectici potentialis est & habitualis sicut calor calcis aut cinerum non effumans de se, neq; uaporosus ut calor humorum aut spirituum.* Ideo *non multum primo occursu tactus, ostendit acumen & mordacitatem, sicut neque calx uel cinis primo occursu tactus.* Cau*sa secundi est, quoniam manus diu tangens hecticum calefacta emittit uelut rorem quendam uel uaporem humidum quo calor hectici excitatur et de potentia ad actum reducitur sicut calor calcis aquæ aspersione.* Cau*sa tertij est, quoniam quanto diutius tangitur tanto plus actuatur & magis effumat ad instar fumi cineris aut calcis quando irroratur. Alia etiam signa in hoc ponit Auic. quæ uide.*

TEX.

Lau. ITAQVE satius est, vt ad ipsum marcorem adhuc incipientem veniamus. Marcor ergo incipit, quoties humor insitus in unoquoque corpore dispersus per loca media partium similarium, ex quo membra primum aluntur, fere in ipso corpore cordis nullus amplius est. Quousque .n. aliquid ipsius seruatur, hectica febris tantummodo est, nondum tamē marasmodes.

Vbi uero fere nihil insuper huius humoris existit exquisitus, iam marcor consistit.

PRAESTAT enim ad incipientem adhuc tabem rursus transferre sermonem. Dico autem tabem incipere quando natiuus humor in uno quoque dispergitur corpore, in spatijs particularum consimimilium intermediis, & iam corporis substantia aboliri periclitatur, donec enim pars huius aliqua reseruatur, solum febris hectica existit, nondum etiam tabida. Quum vero iam res eo periculi peruenerit, ut nihil iam ex tali humiditate supersit tunc exquisita tabes existit. Leoni.

COMMEN. 60.

QVANDO *incipit tabes ostendit, & quod dicit ex declaratis est manifestum*. Et per hu*morem insitum intelligit humiditatem secundã, quæ cambium appellatur, & est humiditas ex qua membra primo nutriuntur, non enim ex humiditate in paruis uenis existente nutriuntur, nisi primo ipsa in cambium conuertatur.* *Cambiũ humiditas secunda, ex q̃ membra primo nutriuntur.*

TEX.

Difficilis ergo cuiuslibet hecticæ febris dispositio est, quoties ipsius principii tempus præterierit. Definio autem principiũ, non dierum uel horarũ numero, quẽadmodũ neq; in cæteris morbis, sed ipsa qualita- Lau.

te dispositionis. Etenim dum corpus ipsum cordis discedit ab ipsa temperie naturali, non statim insitus humor perit, neque facultas debilitatur: sed in primis velut ebullitio quædam efficitur ipsius humoris quo tempore talis febris facillime curatur, quippe quod facultas nihil dum perpessa est.

Leoni. EST quidem omnium hecticarum febrium dispositio difficilis vbi iam principij tempus præterierit. Determino autē principium, non dierum aut horarum numero, sicuti neque in alijs morborum generibus, sed ipso dispositionis modo. Quum enim naturalis cordis temperies primum euerti inceperit, neque natiua humiditas protinus aboletur, neq; uirtus plurimum laborat, sed primo fit uelut quedam efferuescentia humiditatis, quo in tempore facile est huiuscemodi febrem sanare, tanquam nihil adhuc uirtute perpessa.

COMMEN. 61.

Hecticarū dispositio difficilis, cū speciem primam

CONCLVDIT *quòd difficilis est dispositio hecticarum febrium, cum tempus initij, id est speciem primam pertransiuerint, & patet ex predictis.* Nam *post primam speciem consumitur humidum nutrimentale, & corpus accedit uersus marasmum.* Et *quid per principium intelligat*

gat declarat dicens, definio autem principium, non dierum uel horarum numero, quemadmodũ neq; in cæteris morbis, sed ipsa qualitate corporis. Et nota principium morbi sumi apud antiquos tripliciter, ut dixit ipse Gal. primo de crisi cap. sexto, septimo, & octauo & prima aphorismorum com. 12. & primo predictionum com. 12. Primo pro primo insultu eius qui nondum ullam obtinet latitudinem secundo pro primis duobus diebus. Et tertio pro eo quod est pars totius morbi, quando in principium diuiditur, augmentum, & statum. Et in hac tertia significatione, principium in morbis non determinatur numero dierum uel horarum, sed qualitate dispositionis, & durat in febre hectica usq; quo humidum nutrimentale incipit consumi, & facultas debilitari. Nam, ut dicit, dum corpus ipsum cordis discedit ab ipsa temperie naturali, non statim insitus humor perit, neq; facultas debilitatur, sed in primis uelut ebullitio quedam efficitur ipsius humoris, quo tempore talis febris facillime curatur.

ptrāsiue rit.

Pricipiũ Morbi apud antiquos, tripliciter.

TEX.

DEINCEPS autem consumptio quędã fit ob ebullitionem, eaque ipsa amplius iam procedente, ipsa etiam corpora similaria, que uelut elementa cordis existunt, sicciora euadunt, minusque alimenti sentiunt: ac facultas debilis redditur tantum,

Lau.

quantum ſiccitas ac caliditas in eo exupe-rat. E quibus alterum ſufficiens erat, ut exuperans infirmam redderet facultatem. Talis febris iam quodãmodo medio genere ambigit, ac media eſt inſanabilis penitus illius maraſmodis, eiuſq; quam paulo ãte diximus adhuc incipientem faccillime poſſe curari. Atq; in ea per quam multa latitudo exiſtit, quoniam non parua affectionis ipſius permutatio maioris minoriſque ratione eſt. Itaque quoties ab vtraq; febre diſcedit æqualiter, ab exquiſita ſcilicet maraſmode, eaq; quæ nondum quippiã eiuſmodi habet, media quodammodo eſt, & ad curationem ambiguum habens utroq; verſus momentum. Quæ autem maraſmodi proprior eſt iam periculo propinquat: quemadmodum priori alteri propinquior ſpem obtinet non paruam sanitatis

Leoni. DEINCEPS hac in longum protracta efferueſcentia, ipſæ ſimilares particule ſicciores redduntur, atque inopia alimenti tenuiores, ac tantum virtus laborat, quantum ſiccitas atque caliditas in ipſa inualuerit, quarum altera exuperans, ex ſe virtutem imbecilliorem reddere potuit. Huiuſcemodi febris iam quodammodo ad vtranque partem declinat, ac me-

dium

dium obtinet locum inter eam tabidam febrem, quæ penitus curam non admittit, atque illam de qua paulo ante diximus, quæ facillime in principio curari poteſt. Sūt uero & in hac latitudines multę, quoniã & diſpoſitionis ipſius multæ in eo quod magis ac minus diuerſitates. Quæ igiẗ ęqualiter diſtat ab utraq;, & ea. ſ. quæ exquiſite tabida exiſtit, atq; illa in qua nihil eſt adhuc tale, media quodãmodo ſe habet ad curationem, dubio ad partes ambas inclinans momento. Quæ autem tabide proximior exiſtit, eſt etiam periculo uicinior, quum quæ alteri primę magis adheret, non paruam ſalutis ſpem poſſit afferre,

COMMEN. 62.

ET post principium, ſuccedit ſecunda ſpecies hecticæ, quæ dici poteſt augmentum, in qua fit humidi conſumptio, & ea procedente, particulæ ſimilares, quæ uelut elementa cordis ſunt, ſicciores redduntur, & minus alimenti ſentiunt, ac facultas debilis redditur, tantum quantum, ſiccitas ac caliditas in eo dominatur, ex quibus altera exuperans ſufficiens erat infirmam reddere facultatem. Et poſtea comparans hanc ſpeciem ſecũdam ad primam et tertiam. ſ. maraſmodem, dicit q̃ media eſt inter illas, & q̃ in ea multa exiſtit latitudo. Nam aliquando æqualiter diſtat ab

Species ſecũda hecticæ media inter alias; magnam habet latitudinem

Cũ secunda speci-es æqualiter di-scedit ab alijs duabus, me-dio modo se habet ad curationẽ.

utrisq;, aliquãdo plus primæ speciei apropinquatur, quam tertiæ, & aliquando plus tertiæ q̃ primæ, secundum q; alia & alia est ipsius affectionis permutatio. Et ita quoties ab utraq; febre scilicet à marasmode, & ab illa quæ nihil habet illius scilicet prima specie, in qua nulla est humidi substantifici consumptio æqualiter discedit, medio modo se habet ad curationem: sed cum marasmodi propinquior est, in periculo est non sanãdi, quemadmodum priori alteri propinquior specie multam obtinet sanitatis.

TEX.

Lau. SED tempus est vt ad earum indicia transeamus: & primum quidem illius quã posse facile curari docuimus, nisi in vulgarem quempiam medicum incidat. Est autem ubi sola consistit, nequaquam difficilis cognitu: implexa autem cuipiam putridæ, deprehẽsu difficilis iam existit ob permixtionem. Sed primã subiiciamus solam ipsam ex quadam causa prædicta cõsistere, atque appareant in ea prima die cuncta indicia febris diariæ. Simul igitur cum eis apparebit statim causæ pręgressę genus, atque id indicabitur procedẽte oratione. Sed interrogando ægrotum ipsum licebit discas, si alijs in rebus non male affectus: ex ira forti tantumodo, uel mœrore, febricitare in-

cepit

cepit. Quòd si uideātur hæc ita se habere, febrisq; extendatur usq; in secūdū diē. nequaquā desinens ad integritatē: sed neque uehemētior euadēs, si squalidior quidē appareat, suspicari hecticā fore talem debes. Quòd si tertio die sine cibo trāsmittere voluerit suspectas horas accessiōis, quę tertio quoque die prehēdere solet, ac neque additio ulla facta sit, neque minutio insignis, sed primę febris paruę reliquię extendantur, ꝑmaneātque cū squalido corpore & calore, miti qdē ī prīo occursu manus apparēt, morā autē diutius acri, mordaci, & sq̄lido occurrēte, talē febrē hecticā esse existimare d̄bes.

Leoni.

DE Inceps igitur ad earundē dignotiones deueniendū, ac primum illius in qua facilis est remedio locus, nisi in aliquē de hac medicorū inciderit turba. Est autē ubi sola fuerit haud quaquā difficilis cognitu, alteri uero associata ex putredine humorū propter mixtionem iam difficillima redditur. Supponatur iam ipsa sola ex aliqua nuper dictarum causarum habuisse principiū, appareantque in ipsa die omnia generis febrium ephemerarum indicia, simul autem & cum ipsis appareat & preincipientes causæ forma, qđ etiam in progressu sermonis ostendetur. Sed etiam ex ægro interroga

to addiſcere licet, ſi in cæteris quidem bene ſe habẽs, ſolum ob id quod ſupra modũ fuit iratus, aut triſtitia affectus cœperit febricitare. Et ſi hęc uera eſſe inuenientur, febris autem ad diẽ ſequentem extendatur, neq; ad quietẽ declinans, neque magis inualeſcens, ariditatem autẽ maiorem in corpore repreſentes, talẽ hecticam fore tibi eſt ſuſpicandum. Quòd ſi et in tertio die ſine cibo ꝑmanere elegerit, quouſq; tertianę acceſſionis ſuſpectas p̃terierit horas, nihilq; effatu dignũ priori acceſſerit febri, aut fuerit ĩminutũ, ſed quędã exiguę reliquię primæ febris tantũmodo procedãt, atq; permaneãt cũ ariditate corporis & caliditate, q̃ primo tactu mitis ſentiatur, in proceſſu uero tẽporis acris, mordax atq; arida manui ſe offerat, huiuſcemodi febrẽ hecticã eſſe eſt exiſtimãdũ.

COMMEN. 63.

NVNC *inditia primæ & ſecundæ ſpeciei hecticæ intendit ponere, cũ ſatis dixerat de tertia ſpecie. Sed primo poſita eius intentione premittit hecticam ſimplicẽ cognitu nõ eſſe difficilẽ, & cõpoſitã cũ putrida eſſe difficilẽ, et cã ẽ, quoniã indicia putridæ, indicia illius offuſcãt, et ipsã hecticã primæ ſpeciei ſolã incepiſſe ab aliqua cã pregreßa, et p̃ria die appareĩ cũcta ĩdicia febris diariæ, cũ q̃bus apparebit ſtatim gñs cauſę p̃greſſe*

ut

ut ostendetur in progressu sermonis, sed ex ægro interrogato scies, inquit, si in alijs rebus non male affectus, ex forti ira tantummodo, uel mœrore febricitare incepit. Et si uideantur hæc ita se habere, & febris extendatur usque ad secundum diem, non desinens ad integritatem seu infebricitationem, neq; magis inualescens, si squalidior appareat, suspicari debes talē febrem fore hecticam: non.n.primis duobus, ut dictum est, bene distinguitur ab ephemera, q, si tertio die sine cibo uolueris suspectas horas accessionis transire, quæ in tertiana tertio quoq; die fieri solet, et nulla facta sit additio, neque minutio notabilis, sed primæ feb. paruæ reliquiæ extendantur, permaneantq; cum squalido corpore & calore miti in primo occursu manus apparente; moranti autem diutius acri, mordaci, & squalido occurrente, talem febrem hecticam esse existimare debes. Et sic intellige Auic. prima quarti, tex.3.cap.1. de Signis hecticæ febris. Cum dicit de significationibus permutationis ephemeræ ad feb. hecticā, est uehementia fortitudinis caliditatis ualde in tertio, & usq; ad tertium diem, quoniam ut plurimum ephemera febris declinare incipit post horas duodecim ab initio eius, cum ergo pertransit duodecim horas absq; apparitione signorum, suæ declinationis, & perseuerat atque fortificatur unaquaque die in continuo tactu, usque ad ter-

Ephemera post horas 12. ab eius initio declinare incipit.

tium, tunc est hectica, deinde cum dicit.

TEX.

Lau. AT vero maximum tibi atq; certissimũ indicium erit naturæ eius nutrito homine, quando certissime videtur transiuisse omnes horas suspectas: statim.n. a cibo post unam horam uel alteram, omnibus tangentibus ægrum, alterum incrementum febris ipsa habuisse videbitur. Nec deerit qui increpet tanquam intempestiue dantes cibũ, & ipso potissimum tempore accessionis, & dicat diutius fuisse expectandum, & tardasse accessionem. Sed res non ita se habet.

Leoni. MAXIMVM vero atque indubitatũ hoc erit eius naturæ indicium, si cibum homini obtuleris, eo prę̨sertim tempore, quo maxime omnes horas suspectas subterfugisse videtur. Statim.n. hora una aut duabus post acceptum cibum quicunq; ægrotantem tetigerint, alteram febris accessionem adesse opinabuntur. Nec deerunt qui eos qui cibum obtulerint, increpent, quoniam haud in tempore dederint. Sed tunc quum futura accessio erit, cuius annotatio tardius sit subsecuta, vnde opportune cibum in longius tempus differre. res autem non ita se habet.

Hecticarũ inditium propriũ & inseparabile.

COMMEN. 64.

Ponit

PONIT signum hecticarum proprium et inseparabile, et est si statim post assumptum cibum per horam unam tangentibus ægrum alteram accessionem febris habuisse uidetur. Cibari autem debet homo trãsactis omnibus horis suspectis de accessione, uidelicet tribus diebus integris. Nec deerunt, inquit, qui increpent dantes cibum tanq̃ intempestiue, & ipso tempore accessionis, & dicant, diutius fuisse expectandum. Res autem non ita se habet.

TEX.

CVILIBET enim hecticæ febri proprium inseparabile id est, vt ingesto cibo calor accendatur, pulsusq; in magnitudinẽ ac velocitatem increscat: ita vt æqualis esse accessio videatur. Aequalem autem accessionem uoco, in qua nec horror extitit, nec frigus extremorum, neq; somnus, neq; pigritia insignis, vel inæqualitas quædam penitus, vel in calore, vel in pulsu, immo nec etiam paruitas, neq; debilitas, neque aliud huiusmodi quicquam: sed tanq̃ aliĳ cuipiã nutrito pulsus maior statim ac velocior redditur. Accidit autẽ interdum & in aliĳs quibusdam febribus incrementum æquale: &, quod quidem ex ipso est, videbitur minime esse hecticæ febris symptoma proprium inseparabile. Sed non parum differt

Laur. *Aliud signũ propriũ & inseparabile.*

si ad uniuersam dictorum indiciorum collectionem respexeris. In omnibus enim alijs febribus tales accessiones æquales existunt, etiam citra alimentum ingestum. In hectica autem penitus contrarium euenit. nullo enim tempore accessio prehendit, sed vna continua febris est, velut ea quæ synochos, idest continua proprie nominatur. Sed hæc quidem, quasi flammam quandam permultam occurrentem habet imponentibus manum: præterea pulsus quoque velocissimus, frequentissimus, maximusque ei existit. In febre autem hectica, neque caloris multitudo occurrit, ac pulsus tanto minor, rarior, tardiorque est, quàm in synocho, id est, continua, quanto calor ipse minor habetur. Commune igitur cuiusuis hecticę febris est, vt exigua sit, atque æqualis semper a primo initio, vsque ad vltimum finem. Proprium autem eius quæ tabi affinis existit, siccitas est: quoniam hectica febris sæpenumero sine siccitate consistit, nequaquam transiens in marcorem, qualis etiam nunc multis in magna penuria contigit. Febris igitur hectica dissidet a synocho, id est, continua: quemadmodum dictum iam est.

OMNIBVS ſiquidem febribus hecti-cis hoc inſeparabile adeſt indicium, allato cibo quidem febrem accendi, ac pulſum ad magnitudinem ac velocitatem augeri, ita vt incompreſſa inuaſio facta uideatur. Voco autem inuaſionem incompreſſam, in qua neque horror aliquis, neque extremarum partium frigefactio facta eſt, neque veluti quædam dormitatio, neque aliqua inſignis ſegnities, aut omnino inæqualitas aliqua, vel ſcilicet in caliditate, vel in pulſu. Adhuc autem magis neque paruitas, neque debilitas, neque horum aliquid aliud, ſed quemadmodum, & cuicunq; alteri ex cibo maior ac uelocior pulſus efficitur. Fit quidē aliquando & in quibuſdam febribus aliȷs incompreſſus aſcenſus, atque hac quidem ratione non videretur febrium hecticarum proprium inſeparabile ſymptoma. At non parum differt, ſi vniuerſum horum indiciorum aceruū inſpexeris: in oībus ſiquidem feb. aliȷs huiuſcemodi introitus etiam præter cibum aſſumptum fiūt incompreſsi: in febribus autem hecticis res omnino cōtrario modo ſe habet, neq; penitus fit aliqua inuaſio in tēpore aliquo. Sed eſt una febris continua ſicuti quæ ꝑprio noīe ſynochus appellatur.

Leon. Aliud ſignū propriū & inſeparabile.

At illa quidem quandam veluti flammam plurimam admouenti manum, habet occursantem. præter id ꝙ pulsus in ea celerrimi sunt frequentissimi ac maximi. In hecticis autem febribus, neq; multa occurrit caliditas, pulsusq; tanto minores, rariores, ac tardiores sunt his qui febribus synochis appellatis existunt, quanto etiam caliditas minor existit. Commune itaque omnibus hecticis febribus, quod pusillæ ac semper a principio vsque ad finem sunt æquales. Proprium autem his, quæ cum tabe sunt annexæ, est siccitas: quoniam sine siccitate sæpius hecticæ febres consistunt, quum nõ transmuttãtur ad tabem, quemadmodum multis hoc tempore in magna pestilentia contigit. A synochis igitur differunt, vt diximus, hecticæ febres.

COMMEN. 65.

PONIT *aliud signum proprium & inseparabile omnibus hecticis, uidelicet accendi calorem post oblatum cibum, & magnificari ac uelocitari pulsum, ita ut noua acceßio æqualis uideatur fieri: et quid per acceßionem æqualem intelligat, declarat, & est clarum: Quòd si dicas.* In aliis febribus interdum incrementum etiam æquale. *Et sic hoc non esse hecticæ feb. symptoma proprium inseparabile.* Respondet Gal. ꝙ *differunt non parum,*

rum, si uniuersam indiciorum collectionem perspexeris. Nam in alijs febribus tales accessiones æquales existunt, etiam citra alimentum ingestum. In hectica autem penitus est contrariũ: quoniam nunquam fit nisi infirmus cibatus fuerit, cũ sit feb. una continua, uelut ea quæ synochos.i.continua proprie nominatur, sed hæc.s.synocha quasi flammam quandam permultam occurrentem habet imponentibus manum, & in ea pulsus uelocißimus, frequentißimus, & maximus existit. In hectica autem, neq; caloris multitudo occurrit, et pulsus tanto minor, rarior, tardior est, q̃ in synocho, quanto calor ipse est minor. Et ob hoc concludit, q, cõmune est omnium hecticarum esse debiles. Et q, febrium quæ ad tabidas proxime accedunt est siccitas. Nam sæpius hecticæ febres sine siccitate consistunt, cum non transeunt ad tabem, quemadmodum multis hoc tempore in magna pestilentia contingit. Solet hic quæri quis calor sit maior an hecticæ, qui est in membris, an putridæ, & de magnitudine caloris in quali, & intensiuæ quæritur, & non extensiue, de hac.n. non est dubium, q, in hectica est minor, cũ de subiecto caloris in ea sit plus resolutum & consumptum. Dicunt aliqui, q, caliditas hecticæ factæ ex putrida non potest esse maior, neq; minor, quia latitudo non subito acquiritur, nec subito deperditur. Et.d. Auic. in de uiribus cordis, cap.4. q, he-

Synocha continua feb. proprie.

Hecticæ sine siccitate.

Dubium

Hectici corũ caliditatẽ non sentiunt. *ctici non ſentiunt eorum caliditatem: quia facta eſt complexio æqualis, & æque calida non ſentimus. Et q̃ patiens cauſonem non ſentit caliditatem hectici, & ſic uult calorem cauſonis eſſe intenſiorem calore hectici. Sed diſtinguendum, aut quæritur de caliditate membrorum, aut de caliditate humorum & ſpiritus, ſi de caliditate membrorum caliditas maior eſt in hectica, ſi humorum, maior eſt in putrida.*

De caliditate mẽbrorũ caliditas in hectica ẽ maior.

TEX.

Lau. AB alijs autem habentibus acceſsiones æquales, eo ipſo maxime diſsidet, q̃ inæqualitatem quandam illæ omnino habeãt poſt alimentum ſub ipſam acceſsionis prehenſionem: hecticæ aut poſt alimentum uelut acceſsio quædam æqualis cõtingat; quę (vt pauló ante docui) minime acceſsio habetur, ſed imperitos circa talia decipit ob caloris tum multitudinem, tum magnitudinem uelocitatemq́ pulſus. Talis autem febris ſequenti die planius cognoſcetur, ſi diligentius obſeruaris, quãdiu ꝑmaneat poſt cibum ipſa pulſus calorisq́ alteratio. Inuenies. n. tandiu permanere omnium quę manifeſte apparent alterationem, donec diſtributio alimẽti atq́ adiectio, ſqualorem cordis humefaciat; deinde rurſus ad priſtinum

redirę

redire statum, qui erat antequam sumeret alimentum. Si igitur alio tempore nutrias ipsum sequenti die, rursusq; alio tempore sequenti die, inuenies ita fieri, vt dixi, augeri quidem calorem post cibum, pulsumque ipsum, vt dictum est, alterari. Constat enim illis id accidere, quod calci, ac lapidi calefacto. Si enim eis affundas frigidissimam aquam, multo calidiores sentiuntur, tanquam calor squalidus in eis ab humida substantia nutriatur. Quæ autem causa sit ob quam ita eueniat, quæstio naturalis existit: sed quod ita efficiatur, cuiuis tentare volenti discere licet. Vbi enim manibus sumas glebulam calcis, contemnes eius caliditatem, ac minime senties. Vbi vero deponens ipsam humi, affundas illi aquam, percipies statim admodum calefieri, atque adeo feruore vt lebetes, quoties in multa flamma versentur. Videbis præterea uaporem ab ea aut exiguum efferri, quod si audeas tangere, facile deureris. Ad hunc igitur modum ad ipsum sensum, humidus calor non paulo habet vim euidentiorem q̃ siccus. Cæterũ, q̄ calor siccus existat per hecticam febrẽ, cui succedit marcor, hinc discas licebit. Nemo statim ab initio prehensus est tali feb, qui corporis

Id accidit hecticis, quod & calci et lapidi calefacto &c.

habitum habuerit humidum: sed qui ſic-cior natura exiſtit maximeque vbi calidus quoque natura ſit, & qui vitam delegit in labore vigiliis, cura, ac victu tenui, is aſſo-let ſtatim ab initio prehendi hectica febre ex ira, ac mœrore: ac multo magis, quoties æſtas, & conſtitutio calida ac ſicca, locusq; eiuſmodi fuerit.

Leon. AB aliis quæ incompreſſas habent inua-ſiones, hoc maxime differunt, quod afflictatio aliqua omnino illis adeſt, quum cibum aſ-ſumpſerint in acceſsionis principio. In he-cticis poſt cibum aſſumptum veluti quan-dam afflictationis expertem annotationē fieri contingit, quæ non eſt, vt antea dixi-mus, annotata. Decipit autem eos, qui circa huiuſcemodi non ſunt exercitati, ob calidi tatis multitudinem, ob magnitudinem pul ſuum ac velocitatem. Manifeſtius autē die ſequenti hæc febris agnoſcitur, ſi diligētius obſeruauerimus, quouſque poſt aſſumptū cibum in caliditate ac pulſibus alteratio fa-cta perdurauerit. Nam quęcunque conſpe ctui ſunt obuia, eouſque manifeſte alterata apparebunt, donec cibi digeſtio atque ap-poſitio cordis ſiccitatem humectauerint. deinceps ad priſtinum habitum reuertetur in quo anteq̃ cibus aſſumeretur, conſpicie-batur.

batur. Si igitur alio in tempore cibo refeceris in eo qui ſequitur die, ac rurſus die ſequenti, in tempore pariter diuerſo, quod dico fieri uidebis caliditatem. ſ. poſt cibum adauctam, pulſus autem, vt diximus alteratos. Id. n. eis contingere videtur, quod in calce ac lapidibus calefactis: Si. n. aquam frigidiſſimam miſcueris, multo calidiores ſentiuntur, ita ut nutriri videas in ipſis humida ſubſtantia, aridam caliditatem. Sed quænam ſit huius rei cauſa, naturæ rationũ ſtudioſos inquirere oportet. Quo'd autem ita fiat cuicunque uolenti ediſcere licet. Si. n. intra manus recipiat calcis glebam, eiuſdẽ paruifaciet caliditatem, quam neq; ſentiet. Quo'd ſi ad terram deponat, atque aqua ꝑfundat, uidebis ꝙ primum vehementer calefactam atque ita feruentem, ſicuti lebetes, quando ingenti adhęſerint flammæ, vapores etiam non paucos ab ea afferri conſpicies: quod ſi etiam tangere auſus fueris, facile ex hoc deuri continget. Igitur et ad ſenſus iudicium humida caliditas vires habet non parum ſicca euidentiores. Siccam vero in hecticis febribus eſſe caliditatẽ, quas tabes conſequitur, eo conſtat argumento: Nullus eorum qui habitu corporis pręditi ſunt humidiore, ſtatim ab initio huiuſce

modi febre correptus fuit: ſed quicunque ſunt natura ſicciores, ac præſertim ſi una calidam habuerint temperaturam, vitamque elegerint in laboribus, vigiliis, ac curis, victuque pauco, hos ſtatim ab initio ſolet hectica febris inuadere ex ira, uel triſtitia, ac magis æſtate, ſtatuque temporis calido & ſicco, ac loco præterea conſimili.

COMMEN. 66.

Differentia inter hecticas febres, & eas q̃ habẽt acceßiones æquales

PONIT *differentiam inter hecticas et febres quæ habent acceßiones æquales.* Nam *in illis ſi inuaſio aliquando fiat poſt cibum, non eſt ob cibum datum: ſed quia fuit datus tempore acceßionis & ea ueniente.* Hecticis *autem poſt cibum uelut acceßio quædam contingit, quæ ut paulo ante dictum fuit, minime acceßio habetur.* Imperitos *autem decipit credentes ob caloris multitudinem & pulſus magnitudinem ac uelocitatem, eam nouam eſſe acceßionem.* Et dicit, ꝙ *talis febris ſequenti die planius cognoſcetur. ſi diligentius obſeruaris q̃diu permaneat poſt cibum ipſa alteratio pulſus & caloris.* Nam *tandiu inuenies alterationem caloris & pulſus permanere, donec alimenti diſtributio atque adiectio humefaciat cordis ſiccitatem, deinde rurſus ad priſtinum redire ſtatum, qui erat antequam ſumeret alimentum.* Et *ſi alio tempore nutrias ipſum ſequenti die, & rurſus alio tempore ſequenti die, ita*

inuenies

inuenies fieri, augeri.s.calorem post cibum, & pulsum ipsum, ut dictum est, alterari. Et reddens *causam huius ait, q. id accidit hecticis, quod & calci, et lapidi calefacto.* Nam *si eis affundas frigidissimam aquam, multo calidiores sentiuntur tamq; calor squalidus in eis ab humida nutriatur substantia, & pro causa huius remittit nos ad naturalem philosophiam:* Et declarat ulterius *hoc per experientiam, cum dicit.* Vbi enim *manibus &c. & totum patet: hoc etiam exemplum habes ab eodem secundo prædictionum cõ.* 60. Concludit *postea* Gal. *quo ad sensum, humidam caliditatem, qualis est febrium putridarum multo maiorem esse caliditate sicca, qualis est hecticæ, & caliditatem hecticæ esse siccam ostendit, & quod dicit est clarum.* Auenzoar. 24. Theisir, *cap.* 9. *ita ait.* Extenditur *hæc feb. hectica in membris radicalibus ob sui siccitatem, quemadmodum reperimus calorem ignis apprehendere res ualde siccas.* Videmus *enim lapides calcinatos, qui si sint frigidi effusa super illis aqua accenduntur, & manifestatur ardor, & calor qui egreditur ab eis, & non occultatur sensui, simili modo & habenti hanc febrem:* Inuenimus *enim suum corpus non multum calidum, & sumpto cibo quocunque, siue calido, siue frigido post.* 2. *aut.* 3. *horas sentimus in suo corpore calorem augumentatum: & additur in eo strictura* Auēzoar

anhelitus,& pulsus eius fit durus uelocior distra ctionis.i.diastolis,q̃ constrictionis, & mora quæ est,post distractionem longior fit quiete, quæ sequitur post constrictionem. Similiter quoq; sentitur uelocitas distractionis manifesta magis. Et permanebunt hæc quousq; cibus digeratur tertia digestione,deinde uero remittũtur paulatim. Sed

Auer. Auer.4.colliget.33.ait,q; causæ quæ dantur à medicis de caliditate aucta in hecticis post cibum accidentales sunt,sicut sunt fabulæ cantatorũ:quoniam impoßibile est,ut membra hectici calefiant à cibo,sicut calefit calx ab aqua. Nam impoßibile est,ut uirtus nutribilis à nutriente sit tantum elongata, ut ipsum sit eidem contrarium, sicut aqua calci,unumquodq;.n.istorum alterũ corrumpit:sed causa est,quia in hectica calor extraneus in membris fixus est,quæ in cibum agere debent, et de natura nutribilis est sibi aßimilare nutriẽs & sic in hectica nutrimentum corpori adueniẽs, à mẽbris calorem extraneum accipiet, q̃uis sit nutrimentum frigidum,& sic calor augetur,non sic autem est in putridis, cum calor in eis non sit

Errat Auer. fixus in mẽbris.Sed desipit Auer.nam sensui manifestum est,q; calor causonis,& tertianæ continue magis calefacit calore extraneo manus tangentiũ,& quid quid occurrit sibi intus,aut extra cibus,aut potus,aut medicina q̃ calor hecticæ, & plus cibi & potus colerizantur & ardorẽ acqui-

runt

runt in causonisantibus, q̃ in hectica. Cur igitur in eis non calesit sanguis & quodcunque nutrimentum, sicuti in hectica. Nam caliditas membrorum nõ agit plus uel minus per hoc, q̃ sit fixa uel fiens: sed per hoc, q̃ est magis uel minus intensa. Et in putridis non apparet caliditas augeri, sicuti in hecticis: quoniam membra in eis sunt humida, et caliditas multa, non arida, sicuti in hecticis: Nec requiritur ut calor sit fixus & habituatus ad hoc ut igniat, et superinflammet sibi occurrentia, immo frequenter uelocius inflammat et plus se profundat in occurrentibus calor dispositionalis & superficialis, q̃ fixus et habituatus, sicut apparet in stipulis incensis & arundinibus. Desipit secundo Auer. in hoc quod dicit, impossibile esse, ut uirtus nutribilis à nutriente sit tãtũ elongata, ut ipsum eidem sit contrarium, sicut aqua calci contrariatur: Nullus .n. medicus id asseruit, q̃ cibus hectici sit cõtrarius uirtuti nutritiuæ: sed hectici membra calida & arida sunt contraria cibo aduenienti, q̃ ipsum corrumpunt in toto aut in parte, & in fumum uertunt, ueluti calx aquã sibi superinfusam. Verba ergo Auer. dici debent potius fabulæ cantatorum, q̃ dicta Gal. Alexander autem Tralianus uidetur negare calorem hecticorum augeri post cibum; sed errũpit foras prius occultatus in solidis membris. Sic .n. ait primo practicæ cap. 22. Principium uero febris hecticæ

Caliditas membrorum non agit plus uel minus p hoc q̃ sit fixa uel fiens.

Secundo errat Auer.

Alexãd. Traliani opinio d̃ calore aucto post cibum in hecticis.

indicium est, quòd à cibo ardores aucti, quum minime tamen sint esse uidentur, sed extincti potius calores extrinsecus, latentes in profundo. Perinde. n. esse uidetur, atque in calce non extincta usu uenire uidemus: Quemadmodũ. n. calx uiua aquarum adspergine accẽditur, ita in febre hectica lãguentes à cibo profunde solidis partibus inflammantur. Et intelligendum, q; calidum quod in cinere & calce reperitur est calidum uirtualiter, nam calor ignis adurens lapides & ligna, consumpta eorum humiditate, remanẽt partes siccæ. cum effectu & uirtute caloris, et non solum cum effectu, & uirtute caloris, quæ est siccitas, quam habent illæ partes formaliter: sed cum effectu & uirtute, quæ est caliditas, unde sunt uirtualiter calidæ: non enim possunt caliditatem formalem habere, cum sint ab humiditatibus exclusæ. Habent igitur caliditatem uirtualem, quæ appellatur uestigium caloris, siue aliqus ignis, secundum Arist. 2. de Partibus animalium, cap. 2. et partes quæ ex istis remanent uirtualiter calidæ, sunt partes subtiliores: Quoniam illæ sunt naturæ ignis conformes, & hoc apparet: nam cum ex cinere fit lisciuium, aqua fit acuta: quia partes illæ acutæ & subtiles transeunt in aquam & remanet cinis sine acuitate. Et propter eãdem causam cum multoties lauatur calx, fit non mordicatiua. Attende etiam, q; est dare alias res, quæ sunt

Calx, & cinis, quõ calida uirtualiter.

Calx, & cinis, quare nõ calíd. formaliter.

Calítas uirtualis uestigiũ caloris.

ſunt calidæ in uirtute & in potentia, & non actu, quæ non ſunt factæ per aduſtionem tales & per corruptionem, ſed ſunt res quæ per digeſtionem à calore perfecte acquiſiuerunt hunc modum calidi, ut ſunt medicinæ calidæ, ut piper, zinziber, euforbium, & ſimilia, quæ niſi reducantur ad actum á calore noſtri corporis, nos non calefaciunt. Quis autem ſit modus huius reductionis diximus in noſtro de modo medendi cap. 19. Tales uero medicinæ non potuerunt eſſe in rerum natura cum calore actuali: quoniam natura non facit rem aliquam ad cuius conſeruationem non intendat, ut dicit Ariſtotiles ſecundo de generatione animalium. Nam ſi medicinæ illę fuißent genitæ cum actuali calido, cito recepißent detrimentum ex reſolutione à tali calido, cum ſint corpora commixta, & non ſimplicia. Factæ ergo ſunt calidæ in potentia, & non actu, ut poßint diu conſeruari. Animalia autem potuerunt fieri & eſſe actualiter calida, quia per animam habent uirtutem regenerandi calidum. Vnde in eis continue regenerantur ſpiritus calidi, ob quam cauſam ex calido actuali non cito recipiunt detrimentum. Et eſt intelligendum, q. hoc ſignum caliditatis poſt cibum nõ apropriatur primæ ſpeciei hecticæ, cum in ea nulla ſit exſiccatio, sed ſola ebullitio ſecũdum Gal. Nota etiã q. circa ho

Quæ calida ĩ uirtute & potentia & nõ actu.

Quare medicinę nõ potuerunt eſſe cũ calore actuali.

Nota

Differētia inter doctores de hora ī qua post cibum calor incipit inflāmari.

ram qua post cibum calor inflammari incipit est differentia inter auctores. Gal. dicit post cibū assumptum per horam unam uel duas. Auenzoar dicit per duas uel tres horas. Auer. dicit per. 3. horas, & hoc accidit propter diuersitatem ciborum quorum quidam sunt subtiles fluidi cito penetrantes & membris distributi, sicut aqua ordei, aqua pulli post quos supercalefiunt hectici membra per horam unam. Alij sunt craßi duri tarde penetrantes, sicut pedes porcorum, cancri fluuiales, & post istos hecticis solet augeri calor extraneus per tres aut quatuor horas. Alij sunt medii horum, sicut species lactis, oua sorbilia, post quos per duas horas, uel circa calor febris hecticæ inflammari incipit. Ex quibus patet, q causa quare aqua proiecta super calcem, uigoratur caliditas, nō est, quia aqua frigida fugat calidum calcis ad profundum, quod ob unionem fortificatum exit ad extra ostendens manifestā caliditatem, sicut uelle uidetur Concil. differentia. 140. Nec est, quia partes calcis quæ sunt uirtualiter calidæ agant in aquam, inducendo in illam caliditatem formalem & actualem, ut dicit Thomas de Garbo. sed est quia ab humiditate aquę calor calcis excitatur & de potentia ad actum reducitur. Videmus enim in omni subiecto arido calido, calidum ipsum ab humido augeri & nutriri.

Quare Aqua ꝓiecta sup calcē caliditas uigoratur.

Conciliator.

Thomas d Garbo

Prin-

TEX.

PRINCIPIVM autem eius terminatur, quoties eo tempore quo diaria per inclinationem mitiorē deducitur ad integritatem, adeo nihil eiusmodi ipsi accidit, vt siccitas perspicue intendatur: tūc enim primum succedēs diariæ, hectica iam efficitur. Definitur preterea aliter eius incrementū atque perfecta generatio per accesſionem tertiæ diei. Si enim (ut paulo āte diximus) eo die alia accesſio minime prehēdat, neq; æger sine febre existat, sed siccitas ipsi constanter intendatur, talis febris haud dubie iam hectica ē, ac processo temporis marasmodes sine mora euadet, nisi recte curetur. Definitur autem abitio eius in tabem, cum primum pulsus debilis simul ac durus est, continuoq; paruus ac frequens is necessario est, non tamen propterea marasmodes existit, sed propter debilitatem ac duritiē. At vero debilitas accidit ob fortem cordis intemperiem: durities autem, ob siccitatē. Quod si tales affectus prehendant cor ipsum, marasmode febre detineri animal tūc neccesse est. Lau.

TERMINVS autem earum principij est, si eo tempore, quo solent ephemera febres in integrā quietē desinere, ne dū istis Leoni.

tale aliquid eueniat, quinetiã ſiccitas manifeſte intendatur, tunc.n. primum febrẽ euadens ephemerã, tranſcendit ad hecticã. Alter uero cuiusdã veluti ipſius augmenti atq; integræ perfectionis terminus eſt tertiæ diei accesſio. Si.n. ut paulo ãte dicebamus, neq; altera accesio ſuperuenerit, neq; ægrotus ſine febre fuerit, adaucta inſup ſiccitate, tũc procul dubio hic hectica febre laborat. Quæ progreſſu temporis cito ad tabidam cõuertetur, niſi recte curetur. Terminus autem permutationis ipſius ad tabem, ẽ quando primum pulſus debilis ſimul ac durus fiet. Atq; idem ſtatim eſt & paruus neceſſario ſimul et frequens, non tñ propterea febris eſt tabida. Sed ob id potius quoniam debilis ac paruus exiſtit. Debilitas ſiquidẽ uehementem ſequitur cordis intemperiẽ. durities autem ſiccitatem. Si igitur huiuſcemodi affectus cor occupauerit, hinc febre tabida neceſſe eſt animal laborare.

COMMEN. 67.

calorem augeri poſt aßũ ptũ cibũ uerum ẽ ſolũ poſt

VT *dictum fuit cap.9.in principio hecticæ nulla eſt exiccatio, ſed ſola ebullitio*. Et durat *donec appareat corporis conſumptio, & demacratio, cum uero incipit demacrari ſuccedit aliud tẽpus et dicitur augmentum uel medium, quo tẽpore usq; ad certum terminum febris dicitur hectica ab*

ſolu

ſolute. Et ideo calorē augeri poſt aſſumptū cibū p horas duas uel. 3. uerificatur ſolū poſt prīcipiū et quādo hectica eſt manifeſta, ut poſt tres primos dies, in quibus non diſtinguitur ab ephemera. Et iō dicit Gal. q principiū eius terminatur quoties eo tēpore quo ephemera p inclinationē mitiorē deducitur ad integritatē. &c. Definitur preterea (inquit) & declaratur hecticæ incremētum & generatio. ſ. ſecundæ ſpeciei per acceſſionem tertiæ diei, quoniā ut ſupra dixit, ſi eo die alia acceſio minime prehendat, neq; æger ſine febre exiſtat, & ſiccitas ſibi conſtanter intendatur talis feb. certiſſime iam hectica eſt, quæ niſi cito curetur, fiet tabida. Significatur autem eius tranſitus in tabem, cum primū pulſus debilis manifeſte ſimul ac durus apparet, nā etiā in ſecunda ſpeciæ hcticæ quædam durities apparet, ſed nō manifeſte et maxime, niſi maraſmode, nam debilitas pulſus accidit ob fortē cordis intēperiē, durities autē ob ſiccitatem. Si ergo tali affectu cor ipſū prehendatur, animal tūc neceſſe eſt febre marasmode detineri.

prīcipiū & quando hectica ē manifeſta.

Hecticæ *tranſitus in tabem ſignum.*

In ſecunda ſpecie hecticæ durities nō manifeſte apparet

T E X.

IN eandē preterea febrē incidunt ex acuta atq; ardenti pleriq; eorū qui male curātur: maximeq; quicūq; ubi frigidā aquā bibere poſtularent, adeo nihil eiuſmodi biberūt, ut nec ullū aliud īfrigidās remediū thoraci atq; hypocondriis adhibuerint. q ſi adeo Lau.

nihil eiuſmodi adhibuerunt, ut inſuper cataplaſmatis ex melle plurimũ uſi ſint, quæ nunc frequẽti in uſu ſũt, amplius in marcorẽ incurrere his promptũ eſt, ſiue ſolũ febricitent, ſiue ex iecoris aut uentris inflãmatione. Maxime.n. his inflãmationibus haud recte curatis ſuccedit marcor: ita, ut quidam exiſtimarint non aliter poſſe fieri huiuſmodi affectionẽ nequaq̃ ſcientes, ꝙ neutrũ horum, nec aliud quodquã uiſcus, aut mẽbrũ, neq; marcorem, neq; penitus hecticam ullam febrem cõmittat, priuſq̃ (ut diximus) cor ipſum afficiatur.

Leoni. IN eãdem uero incidunt febrem ex ardẽtibus atq; acutis febribus, plures qui recte curati non ſunt, ac preſertim qui quũ aquę frigidę potu indigerent, preter id q̃d eam nõ biberint, nullum aliud refrigerãs medicamẽ thoraci ac præcordijs appoſuerũt. Si uero quũ omni huiuſcemodi auxilio caruerint, cataplaſmata etiã ex melle, quorũ nunc plurimus eſt uſus, ultra modum adhibuerint, his expeditum eſt iter ad tabẽ. Si etiã diu febrẽ tolerauerint ex epatis aut uẽtriculi inflammatione. Etenim horum prę ſertim uiſcerum collectiones, niſi recte curentur inſequuntur hecticæ febres, adeo ut pleriqué exiſtimauerint eas nulla ex cauſa

alia generari. Quos latet neutrum istorum ac nullũ preterea ex uisceribus aliud, neq; tabẽ, neq; ullã omnino hecticã febrẽ efficere priusq; ut dictum est, cor patiatur.

COMMEN. 68.

DICIT q; in hanc eandem febrem tabidã incidunt, qui ex acuta ac ardenti febre male curãtur, & maxime quicũq; potu aquæ frigidę indigent, & eam non biberunt, nec ullum aliud infrigidãs remedium thoraci atq; hypocondriis quo indigẽt adhibuerint. Si uero cum omni huiusmodi auxilio caruerint, & cataplasmatis ex melle plurimum usi sint, quorum nunc plurimus est usus, amplius in marcorem incurrere his promptum est, siue febricitent solum, siue ex iecoris aut uentris inflãmatione, his enim maxime inflammationibus nõ recte curatis marcor succedit, ut quidam existimarint non aliter posse huiusmodi affectionem fieri, nequaq̃ scientes, quòd neutrum horum, neq; aliud ex uisceribus, aut membrum, neq; marcorẽ, neq; penitus hecticam ullam febrem committat, priusquam cor ipsum afficiatur, ut supra fuit declaratum.

TEX.

TALIS igitur affectio ei incipit, interdũ ex se ipso, ut ex ira ac mœrore forti & longo, interdum ex febre ardenti, quandoq; vero ex affectibus pulmonis ac thoracis, Lau.

maximeque purulentis ac tabidis. Vt autem ex his, ita accidit ex ventre ac iecore: & ut summatim dicatur, quauis diutina inflammatione in parte principe simul cum siccitate totius animalis, maximeq; cordis. Ego nanq; vidi inflammationi laxioris intestini diutinæ succedere marcorem, ac stomachi, ac vesicæ, ac renum. Fuerunt autem nonnulli qui affecti erant difficultate intestinorum tali febre correpti, quum scilicet laborassent inflammatione intestinorum. Atque etiam leuitates intestinorum & fluores intestinorum diutinos, quoties statim ab initio, aut tempore procedente febris exigua incidit, marcor ipse subsequitur. Et ut in summa dicatur, quoties præexiccatum cordis ipsius corpus, febrilem calorem susceperit solutu difficilem.

Leoni. ADVENIT autem & hæc passio, nonnunquam quidem per se ipsam, sicuti in excandescentiis vehementibusque tristitiis ac diuturnis: non nunquam uero ex ardentibus febribus. aliquando autem ex pulmonis ac thoracis affectibus ac presertim ex suppurationibus & tabe: sicuti autem ex his, ita ex epate ac vētriculo, atq; ut simpliciter dicamus, ex omnibus diuturnis inflammationibus, quæ nobiliores par

tes

tes occupauerunt, adiuncta totius animalis ac præsertim cordis ſiccitate. Ego quidem uidi in laxioris inteſtini, græci colon appellant, inflammatione diuturna tabidam febrem fuiſſe ſequutam: itidem in ſimilibus ſtomachi, ueſicæ, ac renum affectibus, nec minus à tali febre nonnulli ſunt capti, qui dyſenteriam patiebantur, quum ſcilicet inteſtina inflammatione laborarent, in leuitate etiam inteſtinorum & longo profluuio, alterum græci lienteriam, alterum diarrhœam appellant, quum ſcilicet uel ab initio ſtatim uel progreſſu temporis febris inuaſerit, tabidæ febres conſequuntur. Et vt ſimpliciter dicam, quando, p̃ exiccatum cordis corpus febrilem caliditatē, q̃ cum difficultate amouetur, acceperit.

COMMEN. 69.

IMPVGNAT *illorum dictum, q̧ non ſemper fit talis affectio ex prædictorum membrorum, iecoris ſcilicet & uentriculi paſſione, nam ex quo talis febris nō eſt paſſio propria eorum: ſed ipſius cordis, poteſt multis aliis uijs hæc paſſio accidere.* Et ideo dicit *q̧ talis affectio incipit interdum ex ipſo ſcilicet corde: quia non fit illud in eo ab alio membro, ſicut ex ira, mœrore, forti, & longo, interdum ex feb. ardenti, & quandoq; ex affectibus pulmonis & thoracis et maxi*

me purulētis.i.ſanie plenis, & ptiſicis. Et hoc ꝑ experiētiā cōfirmauit, cū dicit. Ego uidi. &c. et q̄d dicit eſt clarū, laxioris inteſtini id eſt inteſtini colon: dyſenteria græcis proprie nihil aliud eſt q̄ ulceratio inteſtinorum, latinis placuit hoc malū appellare tormina, eoq; in eo inteſtina dolore ad modum torqueantur. Et egeſtionis sanguinis quatuor ſpecies ſunt, ut teſtatur Gal. lib. tertio de symptomatum cauſis, quarum prima eſt in qua sanguis propter aliquam partem corporis præciſam, ut manum, uel pedem, aut prioris uitæ exercitationem intermiſſam per circuitus excernitur. Altera eſt in qua sanguis aquoſus ſimilis loturæ carnis deiicitur, ut ob iocinoris imbecilitatem accidere ſolet. Tertia eſt in qua ſanguis nigrior & ſplendidior eo qui naturalis eſt excernitur, ex sanguine & atra bile commixtus. Et in his tribus multum eſt excrementū, & affatim excernitur, per quartam uero paulatim & breuibus interuallis deiectio fieri ſolet; nonnunq̄ sanguis ſincerus, nonnunquā etiam grumoſus, cū ſanie uel ramentis inteſtinorum, ſæpenumero etiam denſum ſtercus cruentis gutis reſperſum deijcitur. Leuor inteſtinorum eſt malum quod græcis lienteria dicitur, in hoc enim inteſtina cibos non retinent, sed antequā permutationē & ꝑfectā concoctionem admittant dilabuntur, ea forma qua fuerunt aſſumpta. Vnde Gal. ſexta apho

Egeſtionis ſanguinis ſpeties quatuor.

rismorum com. primo. Leuitas intestinorũ est uelox exitus eorum quæ comeduntur & bibuntur, quæ talia deijciuntur, qualia fuere deuorata. Et ideo latinis recte leuitas seu leuor intestinorum dici potest. Et per fluorem intestinorum, diariam intelligit id est fluxum humorum sine excoriatione. Tenesmus uero est assidua cupiditas egerẽdi, quæ differri ac euitari non potest, qua tamen nihil præter modica cruenta, uel mucosa egeritur, barbaris tenasmus appellatur. *Leuitas intestinore quid.*

TEX.

MAXIMVM itaque signũ febris hecticæ est, quoties arteriæ ipse sentiuntur calidiores q̃ corpora quæ circiter sunt: qđ per alias febres illis minime accidit. Fit autẽ symptoma adhuc euidẽtius ubi laueris, aut alio quouis modo rarefeceris, ita ut humor quidam profluat, atq; calor ipse perspiret. Calor enim moderatus in alijs partibus omnibus post talem perspirationem apparet: in ipsis autem arterijs nequaquã minor est priore. Is uero quam maxime exquisite sentitur per pulsum diastolas, qui minime mutatur post dictam expirationẽ: sed similis penitus permanet. Sola ergo consistens hectica febris perspicua est, siue absoluto sermone hectica, siue etiam marasmodes sit. *Lau.* *Aliud signum hecticarũ, & maximum.*

QVARE & quum arteriæ circunstantibus partibus calidiores sentiuntur, maximum sunt hecticarum febrium indicium. Si quidem hoc illis, nequaquam in aliis aduenit febribus: adhuc autẽ manifestus hic aduenit casus quum sunt loti, aut quouis alio modo, rarefacti, ita ut aliqua profluat humiditas ac caliditas efflet. Tunc enim aliis partibus omnibus calor percipitur moderatus, vbi calor ita expirauerit: qui vero in arteriis existit, nihil ominor sentitur quam ante. Est uero eius manifestus sensus, quum se pulsus attollunt, qui neq; ipsi in talibus expirationibus permutantur, sed continuo in eodem statu perseuerant. Quũ igitur sola per se ipsam consistit hectica febris, perspicua est, an sit absolute hectica, an & simul tabida extiterit

COMMEN. 70.

PONIT *aliud signum hecticarum febrium, et est* ꝙ *arteriæ ipsæ sentiuntur calidiores partibus circunstãtibus, quod nõ accidit per alias febres. Et adhuc fit hoc signum euidentius, ubi laueris, uel alio modo rarefeceris loca illa, ut humor quidam profluat, atq; calor ipse perspiret per lotionem illam rarefactis & ampliatis porris cutis. Nam post tales perspirationes in hectica febre hic calor qui in omnibus alijs scilicet circunstantibus*

tibus particulis apparet moderatus. Sed calor qui est in ipsis arterijs, nequaquã minor est priore, & hic calor quam maxime exquisite sentitur per diastolas pulsuum qui minime mutatur post dictam expirationem, sed similis penitus permanet. Hoc in loco dubitatur. Nam cum in putrida sit cor calidius reliquis partibus, etiã loca arteriarum calidiora in ea apparere deberent. Dicit Gentilis prima quarti, q. loca arteriarum in extremis scilicet manibus & pedibus sunt loca uenarum quæ sese asociant. Dicit secundo q. hoc symptoma inuenitur in quibusdam aliis dispositionibus sicut in spasmo & litargia. Et ideo Gal. dixit hic, hoc symptoma non inueniri secundum alias febres, & non dixit secundum alias ægritudines. Dicit tertio, q. cũ Gal. dicit maximum est signum hecticarum febrium, q. arteriæ sentiuntur calidiores, facit imaginari ex hoc duas causas. Vna est, q. in hecticis calor ẽ aridior et fortior in corde & arterijs quã in aliis febribus. Alia causa est q. extraneato calore secundum cor arido, maxime repræsentabitur tactui ille calor in locis quibus iteratur & iroratur humiditas, hæc autẽ sũt loca arteriarum et uenarum. Et ne uapores sparsi per corpus decipiant hoc iudicium, præbalneari docet Galenus. Et tunc ad contrarium respõdet, q. licet ĩ putrida febre cor sit calidius reliquis partibus, tamẽ calor putridæ repræsentatur

Dubitatio.

Speculator.

per totum cum putridis fumis, tã in loco arteriarum, quam in alijs locis. Thomas de Garbo dicit q; hoc signum non est precise & absolute signum hecticæ, quia etiã in putrida est maior caliditas arteriarum, quã in locis circunstãtibus, quoniam in arterijs habentibus putridam est maior multitudo uaporum, quã sit in aliis membris circunstantibus, sed quia illud signum ualde plus in hectica et manifestius est repertum, quã in aliis, ideo est sibi apropriatum. Sed Gal. hoc esse maximũ signum feb. hecticæ dixit, & arterias esse calidiores dixit, & non uenas, quæ secundum medicos ab epate ortum habent. Nec uerum est, q; in putridis arteriæ sint calidiores partibus circunstantibus. Nam arteriæ ipsæ uelut rami á trunco nascentes à corde directius & uberius recipiunt ab eo calorem q̃ alia mẽbra, non solum influxu qualitatiuo, sed ipsius sãguinis arterialis super calefacti, et spirituum uitalium, & in semetipsis ob hærentẽ hecticã sunt feruentes habitu & arefactæ actu, & habitus caloris assidue ad actũ in his reducitur presentia sanguinis, ut fit in membris aliis suscepto alimento.

In febre hectica arteriæ calidiores sunt partibus circũstãtibus nõ sic autẽ in putridis

DE SIGNIS FEB. HECTICAE *cum putrida coniunctæ.* CAP. X.

TEX.



VBI vero cum alia quapiã fuerit, difficilius iã cognoscitur, quẽadmodum q̃ nuper mulieri cuipiã accidit, cui non solum die, sed etiã nocte non obscure fiebat accessio. Latuit.n.marasmodes febris omnes qui eam uisitabant medicos, existimantes oportere, neq; principium prehensionis sensibile esse hecticę febri, neq; incremẽtum, neq; uigorem, tanquã minime contingat hecticam febrem putridæ alicui posse implicari: sed nobis statim primis diebus ĩ hac muliere cognita est. Vtraq;.n. accessio q̃ die ac noctu fiebat, breues efficiebat partes accessionis, ac sæpe cũ madore quodã, aut perspiratione vaporosa soluebatur tã perspicue, ut corpus ipsum bene tẽperatũ tangentibus sentiretur. Indicia autem in arteriis paulo ante dicta semper extiterunt, nequaquam refrigeratis ipsis similiter aliis partibus, neq; velocitatem aut frequentiã motus amittentibus. Lau.

ALteri uero associata adhuc difficilius co Leoni.

gnoscitur, sicut q̃ nuper cuidã mulierculæ contingit, cuius accessio nõ die tm̃, sed etiã nocte manifeste fiebat. Latebat. n. tabida febris oẽs medicos quibus eiusdẽ curatio fuerat demãdata, ut qui arbitrarẽtur, neq; prĩcipiũ aliqđ sensibile hecticis febribus inesse oportere, neq; incrementũ neq; cõsistentiã tanq; nõ posset eisdẽ associari altera febris ex humorũ putrefactiõe ꝓueniẽs. At nos statim primis diebus in eadẽ muliere cognouimus: utraq;. n. inuasio, & q̃ ĩterdiu et noctu fiebat, partes quidem breues accesionis faciebat, & sæpius cum rore aliquo aut expiratione uaporosa ita manifeste soluebatur quod corpus in bona tẽperie positũ tãgentibus sentiebatur. Signa autem ex arteriis accepta, de quibus paulo ante sermo habebatur, sẽper remanebãt, quũ neq; similiter ut alię partes refrigerentur, neq; celeritatẽ aut frequentiam motus amitterent.

COMMEN. 71.

Cognitio difficilis signorũ hecticæ cũ putrida cõplicatæ.

CVM *posuit signa hecticæ nõ cõplicatæ cũ alia febre, in parte ista ponit signa complicatæ cum putrida, cuius cognitio est difficilis, cum signa eius à signis complicatæ confundantur. Vnde magnus Aueuzoar uigesimo quarto theisir cap. ultimo. Contingit aliquando hãc febrem hecticã p misceri cũ aliqua aliarum febrium, cuius decisio*

est

est difficilis speculationis. Potest *autem permisceri cum febre cholerica, cum phlegmatica, & cum melancolica, & cum sanguinea, quemadmodum hæ febres quandoq; permiscentur ad inuicem, & quandoq; simpliciter persistunt.* Potest *et hectica febris complicari cum ephemera præueniente ipsam, & simul nascente, & postea inducta. Præueniente quidem: quoniam nihil prohibet in cholericissimo corpore fortem ex ira fieri ephemeram, & ægro ab imperito iniungi triduanum ieiunium, & inde hecticari, nondum cessante ephemera. Simul nascente autem: quoniam fortis causa sicut labor nimius sub ardenti sole potest simul ponere spiritus & membra in calefactum esse, non dependente calore unius a calore alterius, præcipue in siccis cholericis ualde hecticari paratis.* Post *uero inducta: quoniam spiritus hecticati corporis ex ira forti possunt inflammari, unde cor & membra calidiora erunt.* Potest *etiam feb. hectica complicari cum putrida febre præueniente eam, & nascente simul, & postea exorta. Præueniente quidem, ut causon qua sæpe febrem affert hecticam & aliquandiu cũ ea permanet: nascente autem simul, ut in cholericissimo corpore aptissimo hecticari à uiolenta causa simul poni possunt humores & membra in calefactum esse, quorum alterum ab altero nõ dependeat.* Post *hanc uero exorta: quoniam frequenter*

Hecticã posse cũ alijs febribus pmisceri & cum epheme ra eam præueniẽte, & simul nascente.

Hecticã posse cõplicari cũ putrida eam præueniẽte, et simul nascente.

in iam becticatis corruptio lactis & obstructio porrorum cutis ex applicatione frigidorum de foris febrem afferunt putridam. Potest et febris ephemera cum putrida complicari prius, et post & simul nascendo, ut per priora. Et ostẽdit Gal. modum cognitionis complicationis becticæ cum putrida in exemplo cuiusdã mulieris, dicens quẽadmodum quæ nuper mulieri cuipiam accidit, cui non solum die, sed etiam nocte non obscure fiebat acceßio: nam hæc feb. marasmodes latuit omnes medicos, qui eam uisitabant existimantes, neque principium aliquid sensibile febri becticæ inesse oportere, neq; incrementum, neq; uigorem quæ sunt acceßionis tempora, tanquam minime contingat becticam febrem putridæ alicui posse implicari. Et tunc ponit signa quibus prædictã cõplicationem cognouit dicens. Sed nobis statim primis diebus in hac muliere cognita est, Et per primos dies intelligit primos tres uel quatuor: nam ille est terminus cognitionis ægritudinũ cõpositarum, ut patet primo de Crisi, cap. 7. & 8. cum quilibet modus accessionis in illo termino comprehendatur. Et utraq; annotatio quæ die ac noctu fiebat, breues efficiebãt partes accessionis, ac sæpe cum madore quodam, aut perspiratione uaporosa soluebatur, tam perspicue, ut corpus ipsum bene temperatum tangentibus sentiretur, & usq; nunc posuit signa feb. humoralis. Et ponit

Terminus cognitiõis ęgritudinũ cõpositarum

postea

postea signa hecticæ ibi existentis cum dicit. Indicia autem in arterijs dicta paulò ante semper exstiterunt, cum neq; similiter, ut aliæ partes refrigerentur: quoniam etiam recedente paroxismo illius putridæ complicatæ, semper locus arteriarum remanet calidior locis circundantibus; neq; arteriæ ipsæ uelocitatem aut frequẽtiam motus amittunt: quoniam semper remanet uelocitas cũ frequentia ob hecticam ibi existentem. Et illa putrida in prædicta muliere complicata cum hectica erat interpollata: quoniam non solum die, sed etiam nocte fiebat accessio, & soluebatur cũ uaporosa perspiratione. Potest etiam continua feb. putrida complicari cum hectica, & talis erit difficilioris cognitionis propter non remanere hecticam aliquando simplicem: multa tamen erunt quæ ostendent febrem putridam de supradictis, & multa hecticam, & dato q, non omnia signa harum febrium distincte appareãt. Et dat Auic. prima quarti, cap. 1. Signa quatuor complicationis hecticæ feb. cum putridis. Primum est remansio siccæ caliditatis in febre putrida per totum corpus post finem declinationis uel totius feb. putridæ, uel eius periodorum, et post sudores multũ exuberantes. Ex hoc. n. significatur, q, ultra calorem extraneum febris putridæ, qui cũ sudoribus post declinationem euanuit, est alius calor aridus infixus membris, quem hecticam uocamus.

Signa quatuor cõplicatiõis hecticæ febris cũ putrida

Secundũ Secundum est, quod in putrida feb. corpus arefit & extenuatur seu demacratur plusquã necessariũ esse faciat feb. illa putrida, ita quod ex sola putrida tantæ fortitudinis & durationis non peruenit corpus ad talem & tantam arefactionem, sed est calor aridus, qui membris infixus extenuat ea, reddit quoq; arida.

Tertium Tertium est unctuositas supernatans urinæ & fœcibus, qua significatur æger elliquari nec non hecticari, nisi ipsa contingat uitio rerum iuxta id Hyp. Prædictionum secundo, si pingue desuper natans araneorum speciem referat damnandum est: Significat. n. ægrum elliquari & hecticari.

Quartũ Quartum est si in complicatione hecticæ cum putrida fuerit illud quod apparet hectica & aliud fuerit occultum. s. putrida, significat febrem putridam adesse cum hectica, coartatio accidens in paroxismis: coartatio quidem primi caloris qui ad interiora reuocatur hora aduẽtus paroxismi. Secundo pulsus qui tunc submergitur & fit depressus maxime in interpollatis etiã continue, demptis synochis, non omnino carente hac coartatione temporibus illis quibus incipiũt exacerbari, licet typum non habeant manifestum. sed solet dubitari.

Dubitatio. Nam minus calidum magis calido iunctum remittit calorem magis calidi, ut si aquam calidam in primo gradu cum feruente misceas in æquali mensura manifeste remittet feruorem ipsius. Corde ergo & membris supera-

percalefactis à feb. putrida, uel hectica, si his su peruениat calor spirituum ephemeram faciens, non ipsa inflammabit, sed potius ipsorum calorẽ remittet, cum tunc minor sit calor spirituum. Item si feb. diuersorum generum possent complicari, sicut ephemera cum putrida & hectica, idẽ calor numero puta cordis & membrorum omnium erit habitus de difficili mobilis & dispositio faciliter mobilis, & mala complexio æqualis & mala complexio diuersa: nam calores omnes istarum febrium cum sint eiusdem speciei, & in eodem subiecto, sunt unus & idem calor. Item si complicatio generum febriũ esset poßibilis, semper cum hectica complicaretur feb. ephemera, & similiter cum putrida fieret ephemera. Nam occurrente causa inflammante quæ sufficit inflammare membra & ponere ea in calefacto esse uel quæ sufficit inflammare humores, ipsa citius & facilius inflammabit spiritus, & eos ponet in calefacto esse, quo fit ephemera. Item si effunderis in lebetem ardentem igni superpositum aquã feruentẽ non calefiet ab ea lebes, immo ardor ipsius ab his remittetur, ergo similiter non calefient membra inflammata ab humoribus calidis & inflammatis, nec à spiritibus, et tenet consequẽtia, quoniam membra se habent ad humores corporis & ad spiritus, sicut lebes ad aquam & ad aerem quos ipse continet, assumptum declarat ex-

Ad primum. perientia. Dic ad primum, q minus calidum magis calido iunctum remittit calorem magis calidi quando permiscentur taliter ad inuicem, quòd quodlibet minimum magis calidi tãgit quodcũq; minimum minus calidi, sicut in mixturis elementorum & in mixtione feruentis aquæ cum minus calida. Sed cum sibi inuicem iuxta ponuntur & non commiscentur, sed ambo concurrunt ad calefactionem alicuius tertij, sese inuicem iuuant. Ad secundum, unus & idem calor numero secundum subiectum est dispositio, et habitus, & mala complexio diuersa, & æqualis, diuersis respectibus, ut calor extraneus accensus in corde patientis hecticam & febrem putridam secũdum q pendet ab humore putrido dispositio est de facili mobilis, & mala complexio diuersa: Sed secundum q pendet à substantia cordis cui fixæ cohœret, est habitus permanens et mala complexio æqualis. Ad tertium, concesso, q in febre hectica semper inflammantur spiritus et humores, nõ ideo ibi sunt putrida & ephemera, eò q eorum calefieri uel calefactum esse non est indepẽdens. Ad aliud, dic q, licet sit similitudo aliqua inter lebetem & mẽbra hecticata, & inter humores ebullientes, & aquam feruentem in lebete positam, non tamen omnimoda est similitudo: quoniam aqua etiã feruens extinguit ignem & alia ignita, ut docet sensus, sed humor ebulliens non extinguit ardorẽ infixum

Quãdo minus calidũ magis cal'o iunctum remittit calorem magis calidi.

Ad secũdum.

Quomodo idẽ calor nũero secundũ subiectum est dispõ, habitus, mala cõpl'o diuersa, et æq̃lis

Ad tertium.

Ad quartum.

fixum membris, immo potius ignit et accendit.

TEX.

QVAE ergo alio loco sæpenumero docuimus, etiam nunc diximus: non oportere solum circuitiones, atque proportiones accessionum considerare, sed multo prius ipsam speciem febris: ex eaq; cognoscere ipsam febrem, quemadmodum ipsum hominem ex propria forma. Sic ipsi sæpe prima die ad hunc modum speciem febris cognouimus, minime expectãtes tertianam. aut quartanam, aut quotidianam circuitionem. Sed de his secundo libro de iudicijs latius docuimus. Lau.

QVAE igitur, & alias a nobis sæpius dicta sunt, nunc & dicentur, q non oportet accessionum circuitus ac similes proportiones solũ in febribus aduertere, sed multo magis ipsius febris formam, atq; ex hac ipsas dignoscere febres, non aliter q̃ homines ex figura, & ex propria forma cognoscuntur. Sic & nos prima die sæpius febris formam cognouimus, non expectata aut triduana, aut quartana, uel quotidiana reuersione. Sed de his quidem satis in secũdo de Crisibus libro dictum est. Leoni.

COMMEN. 72.

VT *scias quæ putrida sit illa, quæ cum hectica*

complicatur, an tertiana, an quotidiana, &c. dicit non oportet ſolum circuitiones, atque proportiones acceßionum conſiderare: ſed multo prius ipſam ſpeciem febris, & ex ea febrem ipſam cognoſcere, quemadmodum ipſum hominem ex propria forma cognoſcimus, ut docuit ſecundo de Criſi. Et ita dicit nos hoc modo ſpeciem febris cognouimus prima die non expectantes tertianam, aut quartanam, aut quotidianam circuitionem. Oportet ergo conſiderare proprias & eſſentiales febris ſignificationes: nam in duabus tertianis omni die ſit paroxiſmus. Et ſi ex illo iudicares, exiſtimares febrem eſſe quotidianam. Et iã Auic. prima quarti, tractatu ſecundo, capit. 39. de epiala dicit, q̃ ipſa propter craßitudinem materiæ ſuæ conuertitur quandoq; in quartanam, & tertianam: quoniã huiuſmodi materia in corpore eſt pauca & paruæ putrefactionis accidẽs rarò. Et paucitas (dicit) eſt ex cauſis elongationis periodi. Et hoc nõ extrahit eam ab hoc quin ſit phlegmatica. Sed ipſa eſt phlegmatica, propterea quòd putredo eſt putredo phlegmatis, et nõ propterea, quòd paroxiſmus redeat omni die.

Nõ ſolũ oportet conſiderare circuitiões acceßionum, ſed proprias & eſſentiales febris ſignificationes.

DE

DE COMPLEMENTO ALIQVORUM *signorum febris ephemeræ relictæ.* *Cap. xi.*



TQVE eo ipso libro di ximus oportere diariæ febris cognoscere differẽtias Promiseram autem (scio) me dicturum hoc loco de illis. Sed cũ recordarer pauca in eo libro desiderari, quo in plenum de omnibus pręceptum esset, alia quidem huc transcribere superuacuum duxi, adijciam uero ea tãtummodo quæ intra modũ sunt in eo prodita. Febricitantibus igitur propter æstũ, cutis magis ad habitũ calidiorem & squalidiorẽ, q̃ pulsus ad febrilẽ dispõnẽ mutatur; quo circa sitis minus hoc infestat, q̃ ubi ęqualẽ hñt caliditatẽ. At prĩo occursu manus, calor ĩ ipsis vigere vr̃, cõtra q̃ꝑ in ægrotant. ꝓp adstrictionẽ. In his. n. ĩcrescit. Lau.

DICTVM est autẽ nihilominus eodẽ ĩ libro, quo pacto feb. ephemerarũ drĩæ sunt cognoscẽdæ. Scio autẽ me et hoc in lib. fuisse professũ de ipsis aliq̃d annotare. sed quũ in memoriã reuoco, ꝙ pauca q̃dã dicẽda superfunt preter ea q̃ ĩ eo lib. cõscripsimus, alia q̃dẽ supfluũ existimaui hoc ĩ loco repetere. Leoni.

Hic igitur sola, quæ in eo libro sunt defecta supplebo. Qui itaque ex feruore solis in febrem inciderint, his cutis magis ad caliditatem & siccitatem, quam pulsus ad febrilẽ vergit dispositionem: nam & minus sitibundi sunt his qui æqualem habent caliditatem. & quam primum manus admouetur, in eis ingens calor percipitur. Contra res se habet in his qui ex cute densata atque astricta laborant, nam in his reaccenditur calor.

COMMEN. 73.

ETIAM *in lib.2.de Crisi dixit oportere diariæ febris differentias cognoscere. Et quia promisit hoc in libro se dicturum de signis spetialiter harum differentiarum, ut in cap. supra. feb. autem accensas &c. ideo dicit promiseram autẽ (scio) me dicturum hoc in loco de illis. Sed cum recordarer, quod pauca quædam dicenda supersunt preter ea quæ in.2.de Crisi conscripsimus. Igitur hic sola quæ in eo libro sunt defecta supplebo. Et ponit solum signa duarum specierum febris diariæ.s.eius quæ fit ex æstu, & eius quæ fit ex frigiditate, quæ non posuit secundo de crisi, & primo ponit signa illius quæ fit ex æstu, & primo pertinentia toti corpori, Et primum est, quoniã cutis talium magis ad habitum calidiorẽ et squalidiorem mutatur, quam pulsus ad febrilem dispositionẽ, Et causa huius est, quoniam caliditas plus*

est

est impressa circa cutim, q̃ sit in intrinsecis, ex quibus habent plus permutari: quia causæ agenti partes superficiales sunt propinquiores & magis expositæ. Et omne agens naturale fortius agit in propinquum q̃ in distans: Et hoc maxime uerificatur in febre quæ à sole procedit: quoniam partes interiores sunt uelut in umbra, & exteriores in feruore luminis radiorum solis. Et ideo istos sitis minus infestat, q̃ illos, qui in aliis febribus æqualem habent caliditatem. Vnde Auic. prima quarti, tract. 1. cap. 38. Et illud quod apparet de corpore uehementis calefactionis calidius interiore eius. Et de illis quibus scitur illud est, q. sitis eius est minor siti illius, cuius caliditas est illa caliditas, Et est in hac habitudine contraria, uel diuersa ei ephemeræ, quæ est ex dẽsitate: quia in ephemera ex densitate cutis, interiora calidiora sunt exterioribus, propter concludi atq; coartari interius calorem ab oppillatione & densitate cutis. Secundum signum est, q. primo occursu manus calor ingens percipitur, cuius cõtrarium est in his qui ex cute adstricta laborant: nam in his in primo occursu manus calor apparet ualde modicus, quoniam uapores & fumi calidi poris obstructis non exeunt, postea cum diu manus immoratur, sentitur q. calor paulatim increscit: quia coartatus & fortificatus & inflammatus in interioribus, ad exteriora passim diffunditur,

Secundũ signum.

et auctus sentitur. Vnde Auic. prima quarti, cap. de ephemera ex soliditate causata à frigore. Et signa eius sunt, q, corpus in primis cum tãgitur non est uehementis caliditatis, cumq; figitur manus sentitur calor elleuari.

TEX.

Lau. CAPVT præterea peruri maxime videtur, iis qui propter ęstum febricitãt. Gaudentq; magis & iuuantur frigidis fomẽtis.

Leoni. AT qui ex feruore solis ægrotant, his maxime caput deuri videt̃, plusq; ex balneis frigidis utilitatis ac delectationis recipiũt.

COMMEN. 74.

PONIT *alia signa partibus capitis appropriata, & dicit q, his qui propter æstum febricitant maxime uidetur caput peruri. Vnde Auic. Est prima suspensio eius cum spiritu animali, cum primum quod eo leditur sit caput: calefit. n. aer eius, & peruenit ad cor, & fit feb. deinde spargitur per totum corpus. Et subdit Gal. aliud signũ q, gaudent magis & iuuantur frigidis fomentis: Vnde octauo methodi, cap. 3. Vstio protinus ab initio refrigerationem desiderat, tum crebriorẽ lauationem: minime uero aut oleum largum, aut crebram frictionem. Sint uero quæ refrigerent, & rosaceum, & omphancinum quod (arbitror) omotribes. i. crudum oleum nominant. Efficies hæc magis frigida, si ita uas in quo continentur*

Refrigerãdi olei ratio.

in puteo

in puteo suspendas, ut aquam tangat. Præterea si defluxus frigidæ aquæ uasi se illidat, magis humorem refrigerat: quod si largius, refrigeratam cupis niue circundabis. Infundere autem syncipiti, sublata in altum manu per mediorem lanæ modum oportet. Et Auic. cap. de ephemera ex calore. Est necessarium ut incipiatur in curationem eius cum eo quod infrigidat ex embrocis super caput, & pectus, & ex oleis frigidis, & proprie oleo rosato infrigidato super niuem, quæ fundantur super caput et pectus ex loco longinquo. Auenzoar autem tract. 24. sui theisir, cap. 1. iubet admisceri oleo medietatem aquæ dulcis, dicens. Et si perceperit ustionem in capite à calore solis, & inuenerit ad hoc tempus & complexio, miscebis de oleo rosarum cum medietate sui de aqua dulci, & effundes ipsum supra caput a longe cum uase stricti rostri. Rasis uero. 10. Almansoris, cap. 2. oleo admiscere iubet aquam rosatam & accetum, dicens. Cum uero aliquis hanc febrem incurrit ex multa mora uel deambulatione nimia sub sole, aquæ rosatæ pars una sumatur, & olei rosati pars semis, & acceti pars unius quarta, & in ampullam uitream mittantur, & coquantur donec inspissentur, & ex eis in niue infrigidatis, paulatim super caput ipsius fundatur, panus quoque eis infusus in niue infrigidetur, & à principio accessionis usque ad quietem capiti super ponatur.

Cura ephemeræ ex calore.

Auenz.

Rasis.

TEX.

Lau. ATQVE ipsorum oculi calidiores, & rubicundiores videntur cum siccitate, qui duntaxat sine grauedine & defluxione febricitant. Quibusdam.n.propter æstum talia accidunt, caputque ipsis redditur, non solum calidum, sed etiam plenum sanguine: ita ut omnes uenæ admodum contendantur, quæ circa oculos & tempora, & frontem, & faciem totam habentur. Illud vero q.s.pleni sunt qui ex humorum putredine febricitant, discretionem non paruam adfert. Hi.n.vbi caput male afficitur, prompte prehenduntur grauedine & defluxione, & febris ipsa interdum symptoma est solius in capite dispositionis. Sed magna ex parte tunc magis febricitant, quum corpus totum refrigeratum est, vel exustũ.

Signum ab oculis.

Leoni. OCVLI quoque in his rubicundiores & calidiores simul cum siccitate uidentur, siquidem sine grauedine ac destillatione laborant. Nam hęc quibusdam a sole deustis accidere consueuerunt, fitque in eis caput nõ solum calidum, sed etiam sanguine plenum, adeo ut omnes uenæ quæcunque in oculis, & in temporibus, & in fronte, & in tota sunt facie, supra modum extendãtur. Hoc etiam satis eos ab his qui ex humorũ

frigiditate

frigiditate febricitant, separat. Nam & horum quicunque caput læsum habent grauedinibus ac destillationibus facile corripiuntur. Eorum uero nonnullis febris solam capitis dispositionem consequitur. Magna uero ex parte tunc febricitant, quãdo totum corpus supra modum caluerit, vel alserit.

COMMEN. 75.

PONIT *aliud signum quod sumitur ab oculis, q. oculi ipsorum calidiores et rubicũdiores uidentur cum siccitate.i.sine emißione alicuius humiditatis, qui sine grauedine et destillatione laborãt, hoc maxime tamen, cum corpus non est sanguine plenum: quoniam in corpore sanguine pleno non sunt oculi sicci: tunc.n.ob calorem attrahit sanguis qui caput replet.* Et ideo dicit, *Quibusdã.n. propter æstum talia accẽdunt, caputq; ipsis redditur non solum calidum, sed etiam plenum sanguine, ita ut omnes uenæ admodum extẽdantur, quæ circa oculos, & tempora, & frontem, & faciem totam habentur.* Et *hoc signum non parũ distinguit eos qui ex humorum putredine febricitant.* N*am hi in quibus caput male afficitur grauedine & destillatione corripiuntur*, Et *febris ipsa interdum est symptoma solius eius dispositionis, quæ est in capite, ut cum ipsum à calore solis calefit: tunc.n. prima est eius suspensio cũ spiritu*

animali & primũ quod eo leditur, ut dicit Auic. Cum uero accidit feb. ephemera ex calore aeris & calore balnei, & similium, non sic est. Et subiungit, q, ut plurimum magis febricitãt cum corpus totum refrigeratum est, uel exustum, cum ad plures corporis partes hæ causæ attingant. Et destilatio proprie dicitur cum ad os, ac fauces humor delabitur, teste ipso tertio de symptomatum causis non longe à fine. Grauedo uero cum ad nares humor mouetur. Sumitur & quandoque destillatio communiter pro defluxu humoris ex capite in subiectas ei partes, ut septima aphorismorum, com. 38. & quinta com. 24. Et ait Paul. Aegineta, lib. 3. cap. 28. descensus excrementi humoris ex capite si in nares decumbit, & per eas defluit, coryza græcis, grauedo latinis malũ appellatur. Si per palatum in fauces, simplici uocabulo catarrhus, nobis destillatio. Si in gutur & asperam arteriam destillet, ut membranam interiorem quæ hanc integit, exasperauit, raucitas tunc sequitur, uocaturq; malum græce branchus, & arteriacon. Et secundum Gal. 2. prædictionum com. 49. destillatio deterior est grauedine: quoniam pulmo non ab utrisq; sed à destillatione tãtummodo afficitur, cum materia per grauedinem screata per nares foras excernatur.

Destillatio quid, & quid grauedo & raucedo.

Paulus Aegineta.

TEX.

Lau. AT uero cutis minus calida refrigeratis,

atq; in tumore maiori corpus exiſtit, nec quiſquam ſqualor circa faciem, qualis propter æſtum febricitantibus euenit ſine capitis repletione. Sed magna ex parte caput ſolet talibus repleri ab æſtu, niſi quis fuerit admodum purus, ac ſine excremẽtis: ijs. n. tantummodo contingit caleſcens caput ſine repletione permanere. Veruntamen interdum ſine repletione multus calor prehẽdit ipſum totum exuſtum. Hæc igitur affectio perſpicue disſidet ab ea quam frigus excitauit. At quæ cum repletione eſt, difficile diſtinguitur: utpote defluxionem inferens ac grauedinem, quę etiã refrigeratis accidunt. Sed (ut diximus) ſqualor & magnus calor cutis, & quæcunq; alia paulo ante dixi, propria uſtorum exiſtunt: de quibus in plenum libro de curandi via & ratione dicetur, cũ aliis omnibus diariæ feb. differentijs: quarum dignotiones, quia ſecũdo libro de iudicijs perſtrinximus, nõ etiã hoc loco dicendæ ſunt: ſed hunc quidem librum hic finiemus, deinceps vero febriũ ex humoribus accenſarum omnes differentias indicabimus.

EST autem minus calida cutis his qui ex frigiditate febricitant, corpusq; his maiorem præfert timorẽ, nullus in fronte ſqua Leoni. *Signa facta á fri*

gore. lor, qualis his qui ex solis feruore febricitent sine plenitudine capitis. Magna uero parte his solet caput repleri, nisi quis purũ atq; materiæ inutilis expers corpus habuerit, solis siquidem his caput calefieri contingit, sine aliqua plenitudinis noxa. Illud tamen aliquando usu euenit, ut plurimus calor deustum occupet caput, quanuis nulli plenitudini obnoxium. Hæc igitur dispositio ab altera quæ ex frigiditate consistit manifestissime differt. At quæ plenitudinẽ habet adiunctam, non facile discerni potest, ut quæ & cum destillatione & grauedine assistat, qui etiam affectus frigefactis adueniunt. At quemadmodũ diximus squalor atq; ingens cutis caliditas, ac quęcunq; alia diximus nuper, propria sunt eorum quos feruor solis deussit. De quibus in arte curandi plenius dicetur: & una de aliis omnibus febrium ephemerarum differentiis. Quarum dignotiones, quum in secundo de crisibus satis à nobis fuerint explicatę, alteram hoc in loco explanationem nõ expostulant. Sed hic finem sermoni faciemus, atque omnium deinceps, quæ ex humorum putredine febres accenduntur, differentias assignabimus.

COMMEN. 76.

Ponit

PONIT *signa diariæ factæ à frigore, quæ eã distinguunt ab ea quæ fit à calore, & quod dicit est clarum. Cum uero inquit.* Hæc igitur affectio et c. *concludit differentiã manifestam huius febris à calore capitis, à febre facta ex frigore in qua caput afficitur.* Et *subdit, q. si illa quæ accidit ab æstu plenitudinem habeat adiunctam, difficile distinguitur ab illa quæ accidit ex frigore, cum & in illa destillatio & grauedo accidãt, sicuti & refrigeratis.* Sed, *ut dictum est, squalor & magnus calor cutis, & quæcunq; alia paulo ante dicta propria ustorum existunt signa de quibus plene in lib. de mor. curandis, cum alijs omnibus differẽtiis diariæ febris, quarum dignotiones, cum in secundo de crisi satis fuerint explicatæ, non insuper hoc loco dicendæ sunt.* Et *huius libri in hoc finem facit.* In *quibus diariis effectrix causa desiit, in quibus manet.* Et *à quibus inseparabilis sit stipatio.* Et *principium in eis aliquando stipationem efficere.* Et *earum nõ unum esse affectum, sed uarium.* Et *cur febres diariæ nominentur.* Et *duas esse causas, quæ eas solui uetant, docet Gal. decimo methodi cap. secundo.* Vbi *ita scribit.* Porrò *abijt effectrix causa, quoties ab ira, dolore, uigilia, cura, æstiuo sole, fatigatione, et bubõe iã inclinato excitata citra stipationẽ febris est.* Manet, *quoties uel ab externa causa, uel ab ipsa febre stipatio aliqua facta*

est. Nam & frigiditas, & adstringentium usus, stipandi occasione semper febrem excitant. Vstio preterea nonnunq̃ corporis habitum constipat. Iam ipsum febris principium ubi cum horrore inuasit, stipationẽ subinde fecit. Quinetiã glutinosi, & crassi, aut etiam copiosi succi, ubi mediocriter obstruxerunt; Diariam aliquando febrẽ accẽdunt. Vtiq; cum idoneũ sortiti sunt medicum, ut supra est indicatum. Sanè dicuntur idcirco id genus, feb. diariæ quia solui (qđ utiq; ex ipsis est) uno die sunt aptæ, cõputato cum hoc una & nocte, quemadmodũ dici solet mensẽ esse. 30. dierum, & annum trecentorum sexaginta quinq;, & hoc gestum esse ante. 3. dies, aut gerendum esse post quatuor. Cæterum, nõ est idem ipsarum omnium affectus, sed ab aliquibus inseparabilis stipatio est, ab aliquibus minime inseparabilis, sed uel ut plerunq; simul adest, uel ambigua fortè, uel raro. Inseparabilis stipatio est iis qui ex aluminosa aqua, uel atramentosa, uel tali quapiã alia, aut ex frigore, aut leui obstructione febricitarunt. Plurimum uero iis adest, qui ex ustione febricitant. Ambigua sorte, iis qui ex fatigatione. Quicunq; uero ex ira, uel tristitia, uel uigilijs, uel pertinaci studio, uel cruditate, uel bubone febricitant, iis rarò adiuncta stipatio est. Atq; harum omnium febrium nulla (quod ùtiq; ex ip-
sa

sa sit) ad secundam usque accessionem perdurat, sed intra quatuor & 20. horas omnino desinit. Aut si quando earum aliquæ (quod tamen rarius fit) longius trahunt, duæ iis accedunt causæ: quæ ipsas solui uetant. Earum una frigus est, qđ uel ex ambiente aere, uel ex unctione quapiã extrinsecus admota proueniat. Altera egregia ista diatritos est, si qui uidelicet hanc transire medicorũ inscitia coguntur. q, si & ambiens aer calidus sit & nemo ex medicis qui diatriton suspiciunt, ad ægrotantem accedat feb. quidem post primam accessionem finietur, idq; cum sudore, uel madore, uel transpiratu qui halituosus sit. Aeger autẽ ubi se liberatum à febre senserit, ad consueta munia redibit, lauans, ungensq; se, aut etiam, si agrestis quispiam monticula sit, his omißis comedens. Ac uulgus quidẽ, sicuti multa alia, utiq; ab ipsa rerum natura edoctum, melius quam sophistæ agit, ita & in diariis febribus omnia sibi ipsi præstare sufficit, presertim ubi citra ualentem stipationem constitere. Vbi uero cum hac una inuaserunt, qui infortunati sunt in medicum aliquem incidunt eorum qui diatriton efferunt. Qui fortunati, in eum qui ipsos & lauabit, & nutriet, cæteraq; omnia præstabit quibus stipatio soluatur. Sæpe namq; (ceu dicunt est) ex leui obstructione cum cutis latente densitudine, quæ uel ex uitiosa lauatione, uel alio

quopiam est contracta, diarijs nonnulli febribus sunt correpti. Quo tẽpore nisi quis celeriter obstructionem summouerit, in plurium dierum febres transeunt.

GALENI DE DIFFErentiis febrium liber. II.

DE FEBRIVM DIFFERENTIIS ex humorum putredine, & de reprobatione ponentium omnem febrem putridam generari ex abundantia cholerae. Cap. I.

Lau.



SEQVITVR ut de differentia febrium ex humorum putredine infestantium disseramus: id prius de eis admonentes, minime sufficere (ut quidam uoluerũt) ad generationem febrium augeri atq; exuperare humorem biliosum, quem alii pallidam, nonnulli flauam nominant bilem.

At

AT illud supereſt, ut febrium differentias, quæ in humoribus accenduntur, percurramus, ſi hoc unum antea admonuerimus, non ſufficere ad generationem febrium, ſicuti multi opinantur, ſi ſolum amara bilis, quam nonnulli pallidam, nonnulli ruffam appellant, augeatur. Leoni.

COMMEN. 77.

CVM in primo lib. Gal. oſtenderit quæ ſint genera febrium, & unde ſummitur eſſentialis differentia, & poſuerit cauſas illorum generum, & inditia duorum generum febrium in generali & ſpeciali, hecticæ ſcilicet & diariæ, & tertij generis ſolum generalia ſcilicet putridæ. In hoc ſecũdo libro intendit ponere eius inditia ſpecialia, & ideo primo dicit ſupereſt ut febrium differẽtias, quæ in humoribus accenduntur diſſeramus. Anteq̃ autem onſtendat quæ ſint hæ putridarum differentiæ ſeu ſpecies, quarum indicia debemus cognoſcere remouet quorundam opinionem, fuit enim ueterum quorundam opinio, non fieri putridas niſi ex abundanti humore bilioſo, quẽ quidam pallidam, quidam flauam bilem appellant. Eam etiam apud medicos dici ruffam, dixit primo de criſibus cap. 12. & non eam eſſe rubeam, ut Auic. prima primi. Ait enim, Amara bilis aliquando ruffa apparet, aliquando flaua, & ſæpius pallida tibi uidebitur. Et differunt ruffus

Humor bilioſus, dici poteſt flaua bilis, ruffa et palida.

color ruffus, et flauus, quo modo differãt.

color, & flauus, quoniam alter magis ad album, alter ad splẽdidum uergit, Nã & amara bilis aliquando ruffa apparet, aliquando flaua, sæpius autem & pallida tibi uidebitur esse, siquidem albior & turbullentior facta sit ruffescit, si uero splendens & purior sit flauescit. Nam quod ueluti ruffum est, si splendorem assumat, bilem reddit flauiorem, quantum uero ruffum flauo est albius, tãtum illo pallidum, quãto rusus minus albũ est flauum, quã ruffum, tantum flauo ruborum. Quare & sanguinis color nõnunquã flauior existit, nonnunquã uero magis rubẽs apparet. Quare & sanguinem ipsum, aliquando flauum, aliquãdo rubeum dicunt, nunquã uero sanguis maxime flauus eundem habet cum bile ad summum etiam flauascẽte colorem, sed est illa quidem flauior, sãguis uero omnino rubidior. Nam qui apprime flauus est, color medius est exquisite inter bilem ac sanguinem cum secundum naturam se habuerint. Quare si uterq; humor in ipso coniungatur, nunquã fiet exquisite flauus, sed se ipso tamẽ flauus magis. Hæc igitur causa est ut appellationes confundantur. Et decimo simplicium cap. de fele dixit. Didicisti porrò ex more non tantũ medicis, sed et latinis omnibus bilem flauuam absolute efferri bilem, tanquam sub audituris qui audiunt coloris cognominationem. Atram uero non simpliciter bilem nuncupari, sed cum addito

Sanguis Aliquando flauus, aliquando rubeus.

Quare nomina sic cõfundantur.

nem

nempe hoc totum atram bilem. Sed & quòd flauam bilem nonnunquã pallidam cognominant nosti. Et q̃ in uesica iecoris interdum pallidam interdũ flauam in consecutionis animalium conspicimus. Audisti porrò flauam tanto esse pallida calidiorem, quanto & crassiorem, nam seroso recremento flauæ bili commixto, pallidam constitui contingit, sicut & flauam pluſculum excalefactam consistentia reddi crassam, colore autem flauam, quin et in animalibus apparet, flaua quidem his quæ magis sunt calida, quæ uero minus pallida. Et Auic. dixit secunda primi doctrina tertia summa secũda cap. secundo quòd color croceus qui similatur capilis croci est color quem medici uocant rubeum clarum.

TEX.

OMNES enim arquati maxima sic afficerentur febre, quibus copia talis bilis in toto corpore continetur: sed haudquaquam febricitant prius, quam alia quædam causa concurrat. De qua paulo post agetur. At vero absurdum est in quartana & quotidiana febre exquisita colligi amaram bilem existimare, quemadmodum in tertiana, atq; causo. Ecõtrario. n. in quotidiana & quartana febre, neq; uomitus biliosus, neq; sudor, neq; urina, neq; de Lau.

iectiones vidētur biliosę: pręterea nec quicquā aliud quod præcessit, aut simul adest eis, subscribit. Febris enim tertiana parte plurima consistit in corpore natura bilioso & ī ętate uigoris, quę ē omniū ætatū maxime biliosa, & æstiuo tēpore maxime, quo talis humor exuperat. Itidē in regione calida & sicca tēperamēto & cōditione ambiētis aeris tali, & vita non otiosa, ac desidi plurimum, sed in labore, cura, vigilijs, æstu & victu parco, eoq; calido & sicco. Quin & immoderatus usus medicamētorum calefaciētium & exiccantium cōmittit febrē tertianam. Quotidiana vero econtrario penitus efficitur in natura pituitosiore, ac tēpore hyberno, & conditione frigida & humida, senibus & pueris potius, in regione frigida & humida, & vita otiosa simul cū repletione, maximeq; quoties post cibum lauantur: ac multo magis, vbi ipse cibus pituitosior natura existit. Sed neq; vomunt tales biliosum humorem, neq; deijciunt, neq; sudant, quemadmodum in tertiana febre. Hæc enim ex flaua bile putrescente fieri solet: quotidiana uero pituitosum humorem subsequitur, quo modo quartana melancolicum. Sic nanq; natura corporis magis melancholica, & ætas inclinans, &

au-

autumni tempus, nec non omnia his proportionalia in cibo potuq́; & toto victu, frigida & sicca temperamento, febrem gignunt quartanam.

SIC enim omnes qui morbo regio laborant, in maximas inciderent febres. In eis si quidem huiuscemodi humoris magna in toto corpore copia redundat, non tamen febricitant, nisi aliqua alia accesserit causa, de qua paulo inferius dicemus. Absurdũ etiam putare in quartanis & quotidianis febribus, quæ exquisitæ sunt tales, aceruari bilem amaram non secusq̃ in tertianis, ac febribus quæ ab incendio causones appellantur. Nam ex aduerso in quotidianis febribus atq; quartanis, neq; uomitus biliosi, neq; sudores, neq; vrinę, neque excrementa aliqua uestigia amarę bilis ostendũt, prȩter id quod neque aliquid ex his quæ antecesserũt, aut simul adsunt eiusdem humoris præbet testimonium. Nam tertianæ quidem febres magna ex parte in corporibus fiunt, in quibus naturalis habitus ad bilem accedit, atq; in consistẽtium ætate, quæ omnium maxime biliosissima est, tempore etiã ęstiuo prȩcæteris, in quo huiuscemodi humor dominatur, in locis preterea, quæ calidam atque siccam habent Leoni.

temperaturam, ac in simili aeris ambientis qualitate, vita etiam non otio atque quieti dedita: sed in laboribus, curis, uigiliis, solis incendiis, & ciborum parcitate assueta, eorum deniq; calidorũ atq; siccorũ usus: pretera medicaminum calefacientiũ atque exsiccantiũ immodicus usus febres tertianas faciliter afferunt. Contra uero quotidianæ febres naturis in quibus pituita superfluit, sunt familiares, atq; ex omnibus ãni diuersitatibus, in hieme precipue, atq; omni tẽporum statu frigidiori atq; humidiori, in ætate senili ac puerili, in locis frigidis atq; humidis, uitaq; ociosa, quã crapulæ comitantur, ac tum præsertim, quũ post cibos balneis utuntur, ac multo etiam magis, cũ ipsi cibi naturam pituitosam habuerint, generantur. Nq; etiã hi amaram euomunt bilem, neq; per uentrẽ inferiorẽ aut sudores excernunt, qđ in febribus contingit tertianis. Hæ si quidem flaua bile putrescente fieri consueuerunt. At quotidianæ ex pituita, quemadmodum quartanæ, ex atra bile, originẽ habent, sic igitur & corporum naturã sequuntur ad atram bilem procliues, atq; ex ætatibus, maxime declinantem, ex anni uero temporibus, autumnum. Sic & reliqua omnia quæ his proportione repõdẽt,

dēt cibi potuſque ac uictus uniuerſus frigidus ac ſiccus quartanis febribus originē p̄ ſtāt. COMMEN. 78.

Impugnat autē Gal. prædictā opinionē oſtēdēs q̄, nō sēper pp augmentū choleræ fit febris. Nam *ſi ita eſſet tūc oēs arquati .i. qui morbo regio laborāt quibus copia talis bilis in toto corpore cōtinetur, maxima febre afficerētur, hoc tamē eſt falſum, quoniā ipſi nō febriūt niſi prius alia quædā cā cōcurrat, de qua paulo poſt dicetur, et ē putredo.* Et *ſic niſi illi humori ſuperueniat putredo nō poteſt ex eius augmēto, et multitudine febris fieri.* Secūdo *oſtēdēs q̄, nō omnis feb. fit à flaua bili, quēadmodū tertiana, &* Cauſon. *Nā in quotidiana & quartana feb. neq; uomitus bilioſus, neq; ſudor, neq; urina, neq; deiectiōes bilioſæ uidētur, neq; aliud q̄d preceßit, aut ſimul eis adē, hoc teſtatur.* Et *hoc declarat quoniā tertianæ ut plurimū fiūt in corpore natura bilioſo, et in ætate uigoris: q̄ ē omniū ætatum maxime bilioſa, et æſtiuo tēpore quo talis exuperat &c. quotidiana uero econtrario penitus efficitur, quoniā in natura in qua pituita ſupfluit, & tēpore hyberno, conditiōe frigida, & humida, ſenibus & pueris, &c. et neq; uomunt tales humorem bilioſum, neque deijciunt, neq; ſudant, quemadmodum in tertiana febre.* Q*uartana uero melancholicū ſubſequitur humorem, & naturā melancholicā, & ætatem: & tem*

ætas uigoris omniū ætatū maxime bilioſa.

pus autumni,& omnia his proportionalia, & totum est clarum. Et hæc omnia quæ hic ponit sūt signa sumpta à rebus naturalibus,& eis anexis, & rebus non naturalibus,& eis anexis. Et est sciendum secundum Gal.in de ratione uictus priuatorum com.7.q, quinq; sunt ætates, puerorū, quæ calida & humida est,florentium seu adultorum,quæ est calida & sicca.Deeclinantium quæ est sicca & frigida.Senum quæ est frigida & humida ob indigestionem,frigida uero & sicca, quantum ad membra.Et quæ inter pueros & florentes media consistit, ut puberum.Et adolescentium,quæ temperata est. Pueritiæ ætas durat à principio natiuitatis usq; ad.14.annum, adolescētiæ à.14.usq; ad.25.Iuuentutis,et dicitur flos ætatis, à.25. usq; ad. 35. Consistentiæ à.35. usq; ad. 49.Postea est ætas senectutis quæ in primam diuiditur,& secundam.Prima durat à.49.usq; ad. 60.secunda á.60.usq; ad finem uitæ. Distinctionem habetis ab Hippo. & Gal.prima aphor.13. & tertia á.24.apho.usq; ad finem. Et ibi diuidit Hyppo.pueritiam in quatuor ætates,in infantiam,quæ tendit usq; ad.2.annum,et dentium plātatiuam usq; ad quintū annum,& mediam, quæ usq; ad.12.aut.13.annum aut.14.progreditur,& appellatur ætas concussionis. Postea est ætas pubescentiæ emissionis seminis.Et dicit Gal.ibi cō. 27.q, pubertatis ætatis non est unus certissimus

Quinq; ætates

Pueritiā diuidit Hippo. in quatuor ætates.

ter

terminus ob caliditatē & frigiditatem tempera turæ, nam calidi citius, frigidi uero tardius pube ſcunt. Et. 6. de tuenda ſanit. prope principium inquit. Nec tamen ē has ætates annorū numero circunſcribere, quemadmodum nonnulli fecerunt niſi forte in latitudine quadam, pubeſcere quidem incipiunt aliqui ubi. 14. annum expleuerunt, quidam uno poſt ano aut etiam amplius. Initium uero declinationis nonnulli habent ſtatim à 30. anno, nonnulli poſt. 5. & .30. & robur omnibus minuitur poſt ipſam ſummi uigoris ætatem, non tamen, inquit, hi ſanitatem amituunt quamuis minus hanc, quam ante laudabilem habent & hanc habēt non ſolum uſq; ad initium ſenectutis, uerum etiam ipſa ſenectute tota. Quæ ipſa quoq; quibusdam naturalis morbus eſſe uidetur. Et uocat Gal. ætatem á. 35. anno uſq; ad. 49. ætatem cō ſiſtentiæ, non quia in ea non ſit caloris declinatio, sed quia parua & inſenſibilis. Medicus autem non iudicat rem ſecundum q, eſt, sed ſecundū q, ſenſui apparet, hoc autem cognoſcitur, quia hi in hac ætate non æque bene reſiſtūt cauſis ægrotare facientibus ſicuti iuuenes. Et propterea philoſophi ſolū diuidunt ætatem in duas, in ætatē augendi, uſq; ad. 35. annum, & diminuendi, à. 35. infra. Sed aliter diuiſit has ætates Auic. prima primi. Nota q, Auer. tertio colliget cap. 4 aſſerit tertianam febrem non ex cholera, sed ex cho-

Quare ætas ab āno. 35 uſq; ad. 49 dicitur ætas conſiſtētis.

ætatis diuiſio ſecundum philoſofos.

Auerois opinio đ febr̄ tertiana.

lerico sanguine generari, dicens. Et debes scire. quòd nõ est in homine cholera absoluta, ita ut sit pars membri hominis excepta cholera quæ stat in saculo fellis secũdum quosdam. Sed natura expellit eam à membris sanguineis quando separatur ab eo, & propterea ẽ impossibile opinari q̃ subiectum febrium tertinarũ sit cholera absoluta sed est sanguis aut humiditas in qua dominatur cholera, propterea potest recipere digestionem et reuerti ad suam naturam, quoniam non est denudatus à sua forma specifica. Sed quando separatur ab eo cholera absoluta, in continenti expellitur á natura. Et si separetur ab eo res quæ habet possibilitatem recipiendi digestionem, nutriẽtur ex ea membra, & non est possibile ut cholera recipiat aliquam digestionem, quoniam nõ est posibile illi rei quæ transiuit terminum decoctionis, ut redeat ad terminum decoctionis, sicut non est possibile ut assum reuertatur ad elixum. Neq; etiam in ea est aliqua pars ex qua possint aliquo modo mẽbra nutriri. Et hoc dico de naturali, sed si sit de naturali, quãto plus de non naturali, hec Auer.

TEX.

Lau. ET ob eam rem præcedens eas rigor nequaquã similis est: sed in tertiana quasi pũgens ac uulnerãs sensum, efficientem causã indicat, in quartana autem quasi refrigerans, Sed de forma rigoris libro de causis

Rigor in tertianis quasi pũ

sym-

ſymptomatum diffinitum abunde iam eſt, ubi etiam de eiusdem generis febrium differentia eſt proditum.

gens & feriẽs,

QVARE & rigor qui utrunque genus febris antecedit, haud quaquam ſimilis eſt. At in tertianis quidem cauſam à qua prouenit, rei quodamodo pungentis ac ferientis, ſenſum repreſentat, in quartanis autem ueluti refrigerantis. De ea autem quæ eſt rigoribus forma, inter cauſas accidentium abunde expoſuimus. Vbi etiam eiuſdem generis febrium diximus differentiam.

Leoni.

COMMEN. 79.

PONIT *aliud ſignum quod in his febribus eſſe ualde diuerſum oſtendit, & eſt rigor eas antecedẽs.* Hic *enim in tertianis quaſi pungens ac uulnerans, efficientem cauſam indicat, in quartana autem quaſi refrigerans.* Vnde *ſecundo de symptomatum cauſis.* In *quartanis ſuccus ex calido frigidoq; mixtus rigorem excitat, quipe atra bilis ſuapte natura frigidus ſuccus cenſetur.* Vbi *uero adeo putris effecta eſt ut febrim inducat, quanta fuerit putredo, tantus erit & calor.* Et *ſic cauſa omnium illarum febrium non eſt tantum humor cholericus.* Et *de forma rigoris dixit in ſecundo de cauſis symptomatum ubi etiam & de differentia eiusdem generis febrium.* Et *in lib. de rigore, tremore, iectigatione, & ſpaſmo cap.*

sexto ita scribit. Pluries recolo me dixisse, q. paroxismus febris in quibusdam incipit cum rigore. In quibusdam uero aliis cum horrore. In alijs uero cum frigore solũ. Et inuenitur etiam istud in libris medicorum communi usu narrari, ita q. quando corporibus accidit frigus in principio paroxismi febris sine agitatione & excussione notabili non accidit eis rigor. Et hoc quia istud accidens in principio febris oportet intendi, ad hoc ut uocetur rigor, & cum hoc sit motus inæqualis in toto, & sine uoluntate, his enim deffi-cientibus non est rigor. Sed si superficies apparens corporis ullo modo ne dum inæqualiter moueatur, typus uocatur frigus. Si uero superficies corporis moueatur motu inordinato, & hirsutatur in principio paroxismi præter hoc q. totum corpus moueatur insimul, uocatur horror, & horripilatio. Et est accidens quod accidit soli cuti. Quando uero dicimus corpora sanorum rigere, quando accidit ei frigus, utimur nomine rigoris preter istam intentionem, extendendo ipsum ad omnem frigiditatem nociuam corpori accidentẽ. Quando uero rigor causatur ab ægritudine, non sufficit eum absolute uocare frigiditatem, immo oportet q. ei turbatio corporis totius adiungatur. Et hoc iam illi addiderunt qui dixerunt rigorem esse frigiditatem cum tremore. At tamen nõ proprie locuti sunt, conueniebat enim eos non nominare

Paroximus aliquando cũ rigore ĩcipit, aliquãdo cũ horrore, aliquãdo cũ frigore solum.

Rigoris ratio, frigoris, horroris, et horripilationis.

Rigor aliquãdo ꝗ frigore

nare tremorem, sed potius ſubleuationem inuoluntariã, aut cõcuſionẽ, aut agitationẽ, aut motionẽ, aut q inueniſſẽt ei nomẽ, et alia his nominibus ſimilia, & hoc quia nomẽ tremoris eſt nomen alterius accidentis. Typus uero eſt quid comune ad omnia illa tria. Aliquando tamen Doctores medicinæ his terminis, rigor, typus, horripilatio, frigus, abutuntur, ſumendo unum pro reliquo. Vnde aliquando omnis typus cõprehenditur ſub rigore ut in aphoriſmo quartæ particulæ. 63. Quibus in febribus quotidie rigores fiunt, quotidie febres ſoluuntur. Et aliquando rigor pro frigore ſumitur, & aliquando pro horipilatione et contra, ut infra in hoc libro. Eſt autem rigor, motus non penitus extra naturam, ſicut ſpaſmus & palpitatio, ſed motus partim naturalis et partim contra naturam, Secundo de cauſis sympto. cap. quinto. Naturalis, quia ab expulſiua uirtute procedit. Contra naturam autem, quia res nociua non naturalis excitat ipſum, numerat enim Gal. ſecundo de sympt. cauſis motus duodecim depr auatos, qui ſunt, conuulſio, tremor, palpitatio, rigor, horror, ſingultus, tuſſis, ructus, ſternutamentum, pendiculatio, oſcitatio, & ſtridor, quorum nouem fiunt à uirtute, à cauſa preter naturam irritata. Et duo à morbo ſolum, ſcilicet palpitatio, & conuulſio, tremor uero fit, ubi ſimul coeunt, & morbus, & natura. Nam tremor duo

Typus quid.

Aliquando ſumũt doctores unũ p reliquo, & aliquãdo oĩs typus comprehẽdit ſub rigore.

Rigor motus ptim naturalis, & ptim cõtra naturam.

Motus dẽprauati, duodecim.

bus perficitur motibus, uno cum cogitur mēbrorum ob grauitatē ab inferiora repere, altero dū sursum fertur à facultate. Cum enim fortis fuerit facultas, grauitas ei minime dominabitur, cū membrorum à facultate superius tantum eleuetur, quantum inferius grauitate ipsa deponitur, In tremore autem, quia membrum non est forte, ad inferiora delabitur, adeo ut manifeste liceat uidere pugnam inter illa, non permittente facultate deorsum feri membrum, ut in resolutione neruorum fieri solet, neq; grauitate concedente, ut facultas ipsum sublime seruet, ita ut cō sueuerat dū ualebat. Itaq; uicissim facultas nunc uincit, nunc uicitur.

Tremor quomodo.

TEX.

Lau. NEMPE ex eis intermittentes (ita appello eas quæ ad integritatem sensibilem desinunt) ex humore moto ac in omnem corporis partem delato efficiente febrem consistere, continuas uero, ex condito & contento in venis. De quarum cognitione secundo libro de iudiciis docuimus.

Leoni. QVOD ex ipsis quæ quidem sunt intermittentes (ita enim appello quæcunque ad sensibilem infebricitationem perueniunt) ortum habent ab humore febrē generante qui per omnes corporis partes

suo

ſuo motu defertur. In continuis autem, humor in uenis continetur incluſus, de quarum dignotione in ſecundo libro de criſibus tractauimus.

COMMEN. 80.

CVM *prius remouendo quorundam errorem poſuerit differentias putridarum ſumptas à materia. Et cum declarauit quādam eſſe cholericā, quandam phlegmaticā, quandā melancolicam p inditia eas antecedentia. Nunc uult declarare differentias putridarū ſumptas á modo motus illarum. Et primo ponit hanc diuiſionem, q feb. putridarum, quædam ſunt intermittentes, quæ ad integritatem ſenſibilem deſinunt, hæ enim uere aliquo tempore hominem ſine febre dimittunt, quoniam ex humore fiunt moto, & in omnē corporis partem dellato. Et quædam ſunt continuæ quæ ex humore condito & in uenis contento fiunt, de quarum cognitione docuit in ſecundo de criſi. Nota cauſas quatuor ex Auic. prima quarti tract. ſecundo cap. primo, Quare febres aliquæ ad integritatem ſenſibilem deſinunt. Prima eſt quoniam putredo quæ materiæ febris aduenit hora acceſſionis conſumit humiditates à q bus pendebat, & in quibus fundabatur extraneus calor. Secunda eſt quia humiditates per putrefactionem à putrido humore reſoluuntur & à corpore egrediuntur, quoniam non ſunt clau-*

Febrium putrida rū diuiſio ex motu

Cauſæ quatuor quare febres aliquæ ad ī tegritatē ſenſibilem deſinunt.

Secūda.

sæ & detentæ in uenis, quæ spißitudine tunicarũ suarum prohibeant eas complete resolui in putridis continuis, sed per porros carnis faciliter trãseunt, & resoluuntur. Tertia causa est, quia de materia quæ putruit solum cinereitas & terreitas in corpore remanent, quæ non sunt uehiculũ caloris extranei putridæ febris, nihil enim carẽs humore, & penitus aridum, putrefieri potest, sicut uidemus de dispositione cumulorum stercorũ à quibus effluunt & resoluuntur paulatim et paulatim putridi uapores & calor fumosus putredinalis eisdem insitus donec fiat cinis totum quod remanet, in quo nullus permanet actualis calor maxime putredinalis. Quarta causa est, quoniã elapso paroxismo nulla febrilis remanet caliditas in humore per putrefactionem incinerato. Et ideo cessat febris usq; quo agregetur uice alia putredinis humor actu uel potentia ualde propinqua in loco putredinis, seu minera ipsius, ubi prius putruit. Duas etiam dat causas quare redit febris ex putredine extra uenas post eius eradicationem. Prima est, quia remãserũt reliquiæ caliditas ex putredine prima in loco putredinis. Et istæ reliquiæ uel sunt cinis putredinis prioris habitu calidus, cuius calor ad actũ reducitur adueniente sibi humiditate aliqua nutrimentali uel superflua. Aut sunt calor quidã preter naturã in membro relictus & sibi adhærens, quod fuit

Tertia.

Quarta

Quare febris ex putredine extra uenas redit post eius eradicationem.

minera

minera primæ putredinis, qui sibi paulatim coattrahit humores ex uicinis locis & putredini aptat, sicut in fornace derelinquitur calor igne remoto. Vnde Gal. in fine com. illius quartæ particule apho. Quibus in febribus quotidie rigores fiunt. &c. In tertianis & quartanis circuitibus, in quibus febres soluuntur, & rursus redeunt, permanet quædam dispositio preter naturam in corpore, à qua secundum circuitum, & alię febres et ægritudines generantur. Secunda causa est, ob inuentionem causæ putredinis in materia secunda parem inuentioni causæ putredinis in materia prima; ut si fuerit causa putredinis primi paroxismi membrum forte mandans membro debili suas superfluitates in quo putrescunt & febrem generant, ex eadem causa postquã congesta erit in membro mandante noua superfluitas mittetur ad debile, ubi faciet febrem modo priori. Vel sit causa inuentionis materiæ primi paroxismi congestio humorum, uel corruptio alimenti poprij in parte aliqua debili, ex eadem causa, postquam cõgesta erit in membro debili noua superfluitas, redibit febris similis priori, nam his duobus modis potissime fiunt periodicæ febres. Dat et postea Auic. tres causas ob quas febres ex putredine intra uenas non eradicantur, donec ipse penitus & ex toto cessent. Prima est, quoniam resolutio cõpleta humoris putridi est multum difficilis cum

Quibus modis fiũt potissime feb. piodice.

Quare febres ex putredine ĩtra uenas nõ eradican

tur, donec ipsæ penitus ex toto cessent.

putredo est intra uenas ob densitatem tunicarum uenarum quibus intercluditur. Secunda causa est quia putredo uel putridus humor in uenis existēs non resoluitur in quacūq; periodo propter continuationem in quibusdā uenis cum uenis aliis & putresit omnis res id est omnis humor putrefieri aptus, quæ uicina est ei id est putredini primariæ febris, deinde procedit iterum putredo in uenis uicinis ad uenas alias. Et sic serpit putredo interior de uenis in uenas, donec nō amplius inueniat humorem aptum putrefieri, & tunc ceßat febris penitus, & ex toto resoluta hac putredine. Tertia causa est, quoniam putridus humor comprehensus & obsessus in uenis, est uehementioris peruentionis ad cor, liberius & abundantius ei suas communicans fuligines, quàm putridus humor extra uenas habitus. Nam uenę omnes non solum per porros paruos & occultos, sed per manifestas concauitates, & sibi inuicem, & etiam cum corde confœderatæ sunt, omnes enim sumunt originem á uena cōcaua, quæ cordi transmittit magnum eius ramum, & dextri auri eius implantatus choeret.
Auer. etiam quarto colliget cap. uigesimo octauo pares fere aßignat causas horum.

DE GENERALI DIFFERENTIA. *Febrium putridarum.*

CAP. II.

TEX.



EBRIVM igitur inter mittentium omnes differentiæ tres existunt: quotidiana, tertiana, & quartana. Ex pituita putri, quotidiana, ex utraq; bile, flaua quidem, tertiana, atra autem, quartana efficitur. Lau.

INtermittentium igitur tres sunt omnes numero differentiæ, quotidiana, tertiana, & quartana. Quotidiana quidem, ex pituitæ putredine, tertiana uero atq; quartana utriusq; bilis: flauæ quidem tertiana, nigræ autem quartana. Leoni.

COMMEN. 81.

DECLARAT *membra prædictæ diuisionis.* Et *primo species intermittentium, dicens quòd intermittentiũ differentiæ omnes tres existunt, quotidiana, tertiana, et quartana. Quotidiana fit ex putredine pituitę, tertiana ex putredine flauæ bilis. quartana uero ex putredine bilis n*

ex putre dine sanguinis fecalis, fit bilis nigra exquisite, & quartana exquisita

Quid atra bilis & colera nigra

græ, & per bilem nigram intellige hic humorē melancholicum scilicet fecem sanguinis, ex huius enim putredine, secundum impsum quarta aphor. 21. fit bilis nigra exquisite, et quartana exquisita, ut infra dicetur, unde. 3. aphor. com. 22. & quarta com. 21. 22. & 23. & tertio de locis affectis cap. 5. & 14. methodi cap. nono, humorem diuidit melancolicum in naturalē, qui est fex sanguinis, & non naturalem, qui proprie dicitur atra bilis, & cholera nigra. Et hanc solum dicit fieri, aut ex adustione flauæ bilis, aut ex adustione sanguinis crassi. Et febrem quartanam dixit fieri solum ex hac cholera nigra tertia aphor. com. 22. & tertio predictionum com. trigesimo.

TEX.

Lau. CONTINVARVM vero quæ ex flaua bile consistunt, duplex genus est: unū quidem earum quæ synochi, id est, continentes appellātur, quarum omne tempus vna accessio est ab initio usq; ad finem. Alterum, earum quæ nomine generis continuæ dicūt, et multis particularibus circuitionibus continentur.

Leoni. CONTINVARVM autem quæ ex flaua bile proueniunt duplex est species altera earum quæ à continuo feruore synoche appellatur, quarum vniuersum tempus

pus in una consumitur accessione, quæ à principio usq; ad finem pertingit, Altera earum quæ idem cũ genere nomen sortiuntur, & continuæ appellantur, atq; in pluribus circuitibus continentur.

COMMEN. 82.

DIVIDIT *aliud membrum, dicens q, continuarum febrium quæ ex flaua bile consistunt duplex est genus. Vnum quidem earum quæ synochi id est continentes apellantur quarum totum tempus una est accessio ab initio usquæ ad finem. Aliud genus est earum, quæ nomine generis continuæ dicuntur, & multis particularibus circuitionibus continentur. Primi generis sunt febres synochę ob putredinem, hæ enim ex flaua bile secũdum Gal. consistunt, quoniam ex sanguine subtili, ac pingui putrefacto. Et generantur, quando in uasis uniuersis, presertim maxime circa allas, & inguina existentibus calidior sanguis æqualiter exuberans putrescit, quæ quidem carnosis copiam sanguinis, ac densa corpora habentibus, calidoq; excremento repletis plerunq; contingunt quas putredinis notę in urina, & pulsibus, & caloris qualitate apparentibus, peculiariter comitantur. Et ab his, ut ait Aetius lib. quinto cap. de continuis differunt feb. ardentes, quoniam hæ synochæ à putrescente sanguine fiunt, & unam tantum à principio usq; ad finem exacerbationẽ*

Febres synochæ ob putredinẽ, quę

Ardẽtes febres quandã

habent q̄ etem & ueluti remißionē

habent. Ardentes uero febres à flaua bili putrescente fiunt, & alternis diebus excitatæ habent quandam febris quietem, et ueluti remissionem, & de istis synochis loquens Gal. 11. methodi cap. 6. ait, q̄ cum putridis intermittentibus duo habēt communia, uidelicet ex putredine fieri, & multorum esse dierum, & unum cum diariis, cum unicam tantum habeāt acceßionem, ut diariæ. Datur & synocha febris quæ corporibus boni habitus, multi sanguinis, ætatisq; calidioris peculiariter euenit, consistens in calidi sanguinis nondum putridi copia, in quo plus æquo exaugetur calor, cū transpiratio á nimia ebullitione prohibeatur, quē admodum musto in lagenis occluso accidit. Et hanc esse ex diariarū genere dixit Gal. nono methodi cap. secundo & quinto, hæc enim duo habet cum diarijs cōmunia, et sine putredine fieri, & absq; circuitu. Tertium uero commune non ē, cū subinde ī quintū porrigatur diē. Et has febres ait, synochos appellant, nō usi græco nomine, sed putantes potius solæcismum committendum, quā speciem ipsarum sine nomine linquendum. Secundi generis sunt febres continuæ, quæ à flaua bili putrescente fiunt, quæ in suis excrescentijs intermittentibus proportionatæ, de quibus ait Paulus lib. secundo cap. 26. q̄ non ante ad integritatem terminantur, quam ex toto fuerint solutæ, & si inclinatio aliqua sensibilis appareat. Quum autē nulla

Synocha sine putredine, quæ.

Synocha ex genere diariarum.

Cōtinuæ quæ nomine generis cōtinuæ dicūt.

nulla accidit quæ sensibus queat percipi, hæ quo q; ex ardentium genere habentur, sed acrimonia ab ipsis uariat. *Quæ ex generĩ ardentium,*

TEX.

CAETERVM continuarum differentiæ oẽs, tres existũt. Quædã. n. earum ab initio usq; ad finem ęqualis persistit, quædam paulatim crescit, quædam paulatim decrescit. Ac non nulli primã nominant homotonon, & acmasticam, id est, æqualiter affligentem ac uigẽtem, alteram anabaticam & epacmasticã, id est ascendentẽ atq; increscẽtem: tertiam uero peracmasticam id est inclinantem appellant. Lau.

EARVM igitur quæ synochę dicũt, tres sunt oẽs numero differentiæ, nã quędã earũ a' principio usq; ad finẽ ꝑdurãt ęquales, q̃dã paulatim augẽtur: tertia species paulatim decrescit. Vnde & nõnulli primas quidẽ homotonas atq; augmasticas: hoc est in eodẽ statu & uigore perseuerantes nominarunt: secundas anabaticas atque epaugmasticas, hoc est assurgentes atque inualescentes dixerunt. Tertias autem paraugmasticas, hoc est decrescentes appellarunt. Leoni. *Homotona quid, Et quid epaugmastica, Et paraugmastica.*

COMMEN. 83.

DIVIDIT *primũ membrum predictæ diuisio*

dicens; q synocharum quedam à principio usq; in finem permanent æquales, quædam paulatim continue augentur, quædam continue minnũtur. Eandem ponit diuisionem secundo de crisi cap. 6. & nono methodi cap. quarto, dicens hanc continentem ex humorum putredine febrem, & quæ aßidue decrescit uidimus. Multas uero alias continentes conspeximus, quarum aliæ crescentes, aliæ similem tenorem seruantes erant, illas epacmasticas, has acmasticas, uel homotonas græci uocant. Aliæ, ceu quam modo memorauimus, decrescentes, quas paracmasticas dicunt. Aliæ rursus in primo die putredinis notas habuerunt. Aliæ in tertio, aut certe ad summum in quarto. Et causã huius diuersitatis habes á Gal. nono methodi cap. tertio, & ab Auic. prima quarti tract. secundo cap. de feb. sanguinis. Nam si plus continue de humore à quo febris dependet resoluatur, quam putrescat, febris continuæ diminuendo procedit. Si autem econtra, plus de humore putrescat, quã resoluitur, febris augendo procedit. Sed si illa æquantur, feb. æqualiter permanet. Et in Synocha sine putredine, dicendum, q id accidit prout maiores uel minores transpirationes fiunt, iuxta rariorem, aut densiorem patientis corporis habitum. Distingue autem tempora in his penes cõcoctionem materiæ, nam ut dicit Auic. prima quarti tract. primo cap. de horis febrium tempus

nota causã diuersitas.

Quomodo tẽpora in predictis distinguenda.

prin

principii in eis occultatur, & in apoplexia, & epilepsia. Nam ex ue loci eorum aduentu, quandoq; ita cito incipiunt cum uiolentia accidentiũ ut carere penitus principio uideantur & mox in statu esse. Habent tamen principium aliquod teste Gal. in libro de quatuor temporibus morbi cap. quarto ubi ait. Cognoscere autem morbos interdum aperte licet, aliquando obscure, uel etiam prorsus diu ignorantur. Hinc quidam statim ubi uigent, inuadere uidentur, quod ex eorum numero est, quæ fieri non possunt. Neq; enim synochos febris protinus à uigore quandoq; inuasit, uerũ á primo insultu usq; ad perfectissimum uigorem horis uel quatuor, uel certe tribus peruenit inde prorsus æqualis sibi permanens, continue ad iudicium properat. Declarat id & in apoplexia & in accessione comitialis morbi, dicens. Sed neque repente adeo inuadentem statum apoplexiá dixeris: quoniam tale adamussim non est, sed breui tempore, & principium, & ascensum percurrit, non tamen caret principio, nec statim perfectissime inuadit, quemadmodũ nec comitialis morbus accessio. Nullus siquidẽ tã subito symptomate corripitur, ut ij quibus ceruix detrũcatur, quãquam horum quoq; sectio primũ aliquod tempus habet, & secundum, & tertium, & quartum ut si chirurgus rem quanlibet diuidat. Consequẽter aliliter respondet de apoplexia & de comitialiis

Quare tempus principij in predictis, apopolexia, & epilepsia occultatur.

Casus in apoplexia non morbus. sed morbi symptoma.

morbi accessione, quod mox in statu sint, & principio careant, ob hoc quod casus in apoplexia & morbo comitiali subito contingens non est morbus, sed morbi symptoma, scilicet obstructionis uentriculorum cerebri paulatim ex repletione inductæ dicens. At enim si uis, concedamus sine temporis spatio comitialem attonitamq; concidentiã fieri cataptosin appellant, ut quod ab initio proposui, recenseam, hanc etenim cataptosis symptoma eorum est, morbus autem non est, uerum corporis aliqua dispositio dicenda, sicut ostensũ ẽ et si uel generatæ ipsius, uel increscentis notã nullam habemus. Ideo sequẽs sermo non peruertitur quo omnem morbum necessario per ascensum ad uigorem peruenire dicebamus. Occultatur etiam quandoq; principium morbi ex paucitate symptomatum. Quandoq; ex breuitate morbi, ut in exacte acutis, et ueloci apparitione signorum digestionis. Vnde primo de crisi cap. decimo septimo. Acutarum uero ualde ægritudinum principium est breue ualde. Et illud ideo, quoniam si uideris in primo die ægritudinis signum concoctionis apparere in urina, tunc ægritudo illa iam egreditur à termino principii, ita ut forsã aliquis existimet quod non sit morbi principium omnino. Verum hoc est inconueniens, & illud ideo, quoniã nõ est possibile ut perueniat ægritudo ad finẽ suum nisi iã inceperit, deinde augeatur donec

Quando pricipiũ morbi occultatur

perueniat ad statū suū. Verū tamē quandoq; est tēpus cuiusq; duorum .s. principij & augmenti in ultimo fine abreuiatiōis, adeò ut perueniat ægritudo ad finem sui status in primo die morbi.

TEX.

CONTINVARVM porro duę differentiæ primæ existunt. Nam aliæ tertio quoque die tantummodo habent accessionem, alię die intermedio alteram inferunt accessionem. Atque hæ nullum modū peculiare obtinēt. Febrem autem tertio quoque die accedentem, ego quidem nomino tertianę finitimam: non tamen prohibeo, si libeat, aliter appellare, modo serues in rebus ipsis differentiam. Alia.n. est natura, quoties desinunt ad integritatem, alia quoties ad inclinationem febrilem finiuntur febres continuæ alternis diebus accessionem habentes. Et ad hęc vbi in medio altera fuerit accessio, natura quædam diuersa est: sed nullam ex his semitertianam appello, non tamen prohibeo ita nominare volentes, si id vnum mihi caueatur ab eis, vt nullum febris genus omittatur, sed vnumquodq; deinceps dicatur, quēadmodum ego nunc in hoc libro facere institui. Ex continuis enim quę in die medio accedunt, quædam in forma quotidiana procedit duas acces-

Lau. *Diuisio cōtinuarum quæ nomine generis continuę dicūtur.*

In hoc libro nullū genus feb. omittitur.

ſiones ſimillimas inuicem efficiens: quædam vero diſsimiles habens duas acceſsiones, primæ quidem tertiã ſimillimam obtinet, ſecundæ vero quartam, in forma duarum tertianarum procedens: ſed hæc ex bile potius: illa ſingulis diebus ſimiliter accedens, ex pituitoſo humore conſiſtit.

Leoni. CONTINVARVM vero duæ ſũt primæ differentiæ, nonnullarum quidem, quæ ſingulis tertijs diebus inualeſcunt: aliarum vero quæ die intermedio alteram faciunt acceſsionem. Hæ igitur nullum pręcipue obtinent nomen. At quæ tertio die inualeſcunt, ego quidem nominare cõſueui tritæophyes, hoc eſt tertianarum naturam referens, nõ tamẽ prohibeo quin pro ſuo quiſq; arbitrio alterum eis nomen imponat, modo rerum obſeruet differẽtiam. Alia ſiquidem eſt natura, quum ad infebricitationem terminãtur, alia quũ in declinationem febrilem deſinunt hæ quæ per tertiam diem febres accenduntur, nullam tamen ex his emitritæum voco. Non veto autẽ ſi quis velit ita nominare, modo hoc tantum ab eiſdem obſeruetur, vt nullã eorum ſpeciem prętermittant, ſed omnes deinceps, quemadmodum ego nunc inſtitui recenſeantur. Nam quæ in die intermedia

Feb. tritæophyes.

faciunt

faciunt accesſionem continuæ, nonnullæ quidem in quotidianarum figura progrediuntur, duas inuicē accesſiones ſimillimas facientes: nōnullæ vero duas diſsimiles habentes, primæ tertiam omnino obſeruant, ſecundæ autem quartam in figura duarum tertianarum, progredientes: hæ igitur ex bilioſo magis, alteræ uero quæ ſingulis diebus ſimilem accesſionem faciunt, ex pituitoſo magis humore conſiſtunt.

COMMEN. 84.

DIVIDIT *continuā, quæ nomine generis continua dicitur, dicēs, q, duæ ſunt primæ ſpecies earum: Nam quædam earum ſunt quæ tertio quoq; die inualeſcunt. Et hæ ſunt febres quæ a flaua bili intra uenas putreſcente fiunt, ut continuæ quæ proportionales de cholera communiter nuncupātur, & febres ardentes, quarum duo genera eſſe dicit Alex. Tral. lib. 5. quorum alterum legitimum & exquiſitum, ex bile flaua gignitur: alterum ſpurium & illegitimū, ex pituita ſalſa. Alia uero ſunt quæ die intermedio alteram faciunt acceßionem, et hæ ſunt quotidianæ à phlegmate intra uenas putreſcente, quarum eſt infirmum continue affligere, & omni die uerſus horam phlegmatis, ut plurimum inualeſcere. Et de continua quartana nihil dicit, quoniam ipſa raro accidit, ut docet experientia. Nec deeſt ratio, quoniam*

Duo genera febris ardentis.

Quotidianæ, quæ.

Quare hic nihil de quartana.

ſuperfluitas melãcolica ualde pauca eſt, ut dicit Gal. 5. de uſu par. c. 6. Et facilius putrefit in porris mẽbrorũ propè exteriora, q̃ in uenis amplis mẽbrorũ interiorũ: quia cõiter magis in porris conculcati ſolet quieta ibi manens, minusq́; euentati, et negligẽtius à natura ſeruari. dicit poſtea, ꝙ hæ feb. quæ omni die accedunt nullũ peculiare nomen habent, & ꝙ febrẽ. 3. quoq; die accedentẽ conſueuit tertianæ finitimam nominare, aut tritæophyes, ſecundũ aliã literã. i. tertianarũ naturam referẽs etc. Et ſubdit, ꝙ harũ feb. quæ alternis diebus acceßionẽ habẽt, alia eſt natura cũ ad infebricitationẽ terminãtur, et cũ in declinationem febrilẽ deſinunt; ſicut cũ ſunt continuæ. Et præter has adhuc q̃dã alia natura eſt earũ quæ die intermedio habẽt acceßiões, et intelligit phlegmaticas, & duas tertianas. Et nullam harũ dicit uoco emitriteũ, ſeu ſemitertianã: tamẽ nõ prohibeo ſi quis uelit ita nominare, modo hoc obſeruet. ut nullã earũ ſpẽm prætermittat. deinde dicit ꝙ, continuarũ, quæ in die medio accedunt, nonnullæ in forma quotidianæ procedũt duas inuicẽ ſimillimas acceßiones faciẽtes, nonnullę uero duas habentes dißiles, tertiam primæ ſiliımã, et quartã ſecundæ in forma. 2. tertianarum procedẽtes, ob diuerſitatẽ materię ad putredinẽ motę. Et hæ ex humore bilioſo, illæ uero q̃ ſingulis diebus ſilem acceßionẽ faciũt, ex pituitoſo magis cõſiſtũt.

Duæ tertianæ ob diuerſitatẽ materiæ ad putredinẽ motæ.

TEX.

TEX.

PORRO tertium aliud genus est feb.cõtinuarũ rarò eueniens, quoties accessio in forma quartanæ circuitionis procedit, nequaquam desinens ad integritatem. Lau.

EST & tertium genus febrium continuarum, quæ per raro tamen eueniunt, quarũ accessiones quartanarum figuram progredientes ostendunt, neque in infebricitatione terminantur. *Quartana cõtinua, quæ* Leoni.

COMMEN. 85.

ALIVD *genus continuarum proportionaliũ, raro tamen eueniens, est febrium quarum accessiones quartanarum figuram ostendunt nequaq̃ anteq̃ ex toto soluantur in infebricitationem desinentes: Quintanam uero liquido non uidisse ait inferius, cap. 5. neque alium circuitum qui ultra quatriduanum protenderetur.* De *his etiam febribus quæ nomine generis continuæ dicuntur, ita scribit. 2. de Crisi, cap. 6. Voco autem febres continuas idem habere genus cum singulis intermittentibus, cum tertiana quidem exquisita: exquisitam ardentem: cum quotidiana uero, eam quæ quolibet die facit accessionem sed, nunquam desinit in infebricitationem: sic et cũ quartana, illamq́;. 4. quoq; die similiter: nã exquisita feb. ardens, cũ omnia alia seruet exquisite tertianæ iditia, eo solo differt, q, neq; cũ rigore inuadit,*

Febr. ardens exquisita, neq; cũ rigore inuadit, neque ad infebricitationẽ desinit.

neq; ad infebricitationem desinit. Quæ uero quotidie accessionem facit quando & tempus anni: & constitutionem: & ætatem: et naturam corporum: & regionem: & uictus rationem antecedẽtem: ac præterea pulsuum formã; caloremq; eundem habuerit cum exquisitis quotidianis non peruenerit autem ad infebricitationem idem genus cum illis obtinet: eodem modo, & quæ quarto quoque die accessionem facit sine ulla media interposita febris quiete, eiusdem est generis cum quartana: & palam est q neq; rigor in ea accessionis antecedit: neque sequetur sudor, sicuti neq; in febre ardenti fit horum neutrum, neque statim ab initio, neque deinceps usque ad crisim fieri possibile est.

TEX.

Lau. ACCIDIT autem, quemadmodum febris tertio quoq; die accedẽs, interdum duplex ac triplex ita etiam hæc nõ solum duplex, sed etiam triplex: Sed hi febriũ implexus. lib. de typis commodius indicantur.

Leoni. SICVTI autem febris tertiana aliquando fit duplex, aliquando triplex: ita & hęc nõ modo duplex, sed etiam triplex euadit. Hæ quidem febrium complexiones sunt eius quæ de typis, id est de febrium figuris propriæ tractationis.

COMMEN. 86.

IN

IN tribus quartanis tres sunt dißimiles acceßiones: quarta simillima primæ: quinta secundæ: & sexta tertiæ. Nota *differentiam secundum cõmunem modum loquendi medicorum inter simplicẽ tertianam, & duplicẽ, aut triplicem, & inter duplicem, & duas: & triplicem quartanam, & tres quartanas.* Dicitur *simplex tertiana, quãdo a materia fit cholerica extra uenas in uno tantum loco putrescente: dicitur uero duplex quando fit à cholera eiusdem denominationis in duobus distinctis locis putrescente: exẽpli gratia. Cholera pura aut nota in uentriculo & epate putrescente. dicuntur uero duæ tertianæ aut plures, quãdo nõ eiusdem sunt denominationis, ut quia una est exquisita, à pura cholera, & alia nota, aut minoris famæ.* Et *ita de quotidiana & quartana dicunt.*

In tribus quartanis, tres dißimiles accesßiones. Differentia inter duplicẽ, & duas tertianas inter triplicem quartanam, & tres quartanas.

DE NOTIFICATIONE FEB. TERTIANÆ *simplicis.* Cap. iij.



EBRIVM autem simpliciũ ex humoribus infestantium, simplices differentiæ tot numero sũt, quot proxime docuimus. Ex earum autẽ permixtione aliæ quędam efficiuntur, de quibus deinceps dicam si prius de simplicibus quod deest, adiece-

Lau.

ro: vt quæcunque fuerit omnino simplex febris, vnam speciem quasi regulam quandam obtineat earum, quas proxime indicabimus. Quæcunque vero degenerat aliquatenus, eatenus ab ipsis febribus simplicibus abscedit. Febris igitur excitata ex flaua bile delata per corpora sentientia, prehendit cũ rigore, atque causódes est; & vomitu bilis, vel deiectione, vel sudore, vel quibusdam horum, vel omnibus simul soluitur. Huius febris longitudo accessionis quæ maxima sit, horarum est æquinoctialiũ duodecim: atque appellamus eam exquisitam tertianã, ex temperamento ægri bilioso, ac tempore, & regione, & conditione, & victu calido & sicco effectam. Sed omnia alia paulo ante docuimus, quæcunque conducunt ad eius generationem. Atque accessio breuior est magna ex parte, quã quæ antea dicta est lõgitudo, per quam multam maioris ac minoris obtinens differentiam: vel propter quãtitatem & qualitatem ipsius bilis, vel propter ægri vires, vel propter præsentem tunc in ægro corpore dispositionem. Bilis enim copiosior, longiorem, quàm paucior efficit accessionem; tenuis, breuiorem, quàm crassa. Sic vero, & vires validiores, breuiorem, imbecilliores, longiorem.

Exquisita tertiana, quid.

giorem. Et corporis diſpoſitio rara quidẽ, breuiorem: denſa vero, longiorem.

QVAE autem ex humoribus febres ſimplices accenduntur, tot numero quot nuper à nobis ſunt explanata. Ex earum autem commixtione, aliæ quædam generantur, dè quibus deinceps dicemus, ſi prius his quæ ſimpliciter conſiſtunt, quod deeſſe videtur adiunxero; quod videlicet quęcũque febris exquiſitam ſimplicitatem ſeruauerit, formam vnam quandam veluti regulam obtinet eorum quę nunc ſunt à nobis dicenda: quæ vero aliquo modo ab iſta defecerit, tantum etiam à febrium ſimplicitate recedet. Nam quæ ex flaua bile per ſenſibiles corporis partes delata oritur febris, cum rigore inuadit, atq; ardentis febris ſimilitudinem gerit, & bilis vomitibus, aut deiectionibus, aut ſudoribus, vel ſcilicet ex horum quibuſdam, vel omnibus ſoluitur. Huius febris acceſsio duodecim ad ſũmum horarum æquinoctialium ſpatio finitur, eandemq; tertianam exquiſitam appellamus, quæ in temperatura laborantis biliosa, & anni tẽpore, ac regione, & uictus ratione calidis & ſiccis cõſiſtit. Diximus autẽ & paulo prius alia oĩa quæ ad eius generationẽ conueniunt. Breuior eſt autẽ aliqñ

Leoni.

prædicto ſpatio temporis acceſſio, in eo quod magis ac minus plurimam habẽs differentiam, ob quantitatẽ uidelicet, aut qualitatem ipſius bilis, aut propter laborantis vigorem, aut propter præſentem eo tempore corpori patiẽti diſpoſitionem. Nam multa bilis, ea quæ pauca eſt, longiorem affert acceſsionẽ, tenuis autem, craſſa breuiorem: ſic & vigor, maior quidem, breuiorẽ: imbecillior autem lõgiorem. Corporis autem diſpoſitio rara quidem breuiorem: denſa vero, longiorem.

COMMEN. 87.

VVLT *in hac parte Gal. ponere ſigna febris tertianæ ſimplicis: ſed primo premittit canonem uľem in cognitione omnium ſimpliciũ febrium. uidelicet q, quæcunq; fuerit febris omnino ſimplex, ea habebit inditia, quę à nobis nunc dicẽtur. Quę uero ab his aliquo modo defecerit, tãtũ etiã à feb. ſimplicitate recedet. Poſtea cum dicit. feb. igitur ex flaua bile delata, incipit ponere eius ſigna. Et primum eſt quia inuadit cum rigore, & intellige cum uehementi: ẽam. n. fieri non contingit ſine rigore uehementi pungente ac carnem ferientc dixit. 2. de Criſi, cap. 3. Vnde Paulus lib. 2. tertiana eſquiſita cum à flaua bili putrefacta, et extra uenas delata generetur, protinus ab initio rigorem, hoc eſt totius corporis concuſsionem*

Primũ ſignũ tertianę exquiſitæ. Paulus Aegine.

non

non exiguam infert in hoc à quartanę rigore differentem, q pungere uideatur, & cutem conuulnerare. Secundum signum est q gerit similitudinem febris ardentis, ex caliditate & acuitate flauæ bilis: unde quarta aphorism. com. 59. tertiana febris ab ea quæ ardens nominatur, humore faciente, non differt. Vtraq;.n. a flaua bile fit: Differunt autem, quoniam febris ardens habet in uenis una cum sanguine bilem plurimam ebulientem. Tertiana uero eandem bilem habet in toto corpore latam, ac motā. Exquisita igitur tertiana erit sui ipsius naturam puram seruans, atq; sincerā: seruat autem, ubi flauam bilem habet, ut dixi superabundantem, & motam, & præterea, tempus æstiuum, & locum tempori similem, calidum. s. ac siccum, & hominis ætatem, & temperaturam similem. Tertium signum est q soluitur hæc feb. uomitibus bilis, deiectionibus, uel sudoribus, uel quibusdam horū, uel omnibus simul. Aliud signū est q longitudo accessionis maior huius febris est duodecim horarum æquinoctialiū. Et dixit quarta aphor. com. 59. q eam nūquam inuenies extra 12. horas suam accessionem protendere. Addit et secundo de Crisi, cap. 3. & sæpius aliquando. 7. horas accessio continet: nonnunquam citius aut tardius. Et Auic. dicit durat eius paroxismus à quatuor horis usque ad horas duodecim, & non addit multum supra duodecim, neque durat mi

De rigore in exquisita tertiana & quartana.

Secundū signum.

Tertiana exquisita ab ardente exquisita in humore nō differūt quoniam utraq; a flaua bile.

Quomodo febris tertiana & ardēs differūt.

Tertiū signum.

Quartū

Paulus — *nus quatuor horis. Ait Paulus lib. 2. febrem, quæ infra duodecim horas terminatur, exactam tertianam nominamus: quæ uero diuturniorem accessionem habuerit, illam simplici uocabulo tertianam nuncupamus: Quæcunq; autem longissime productam accessionem seruauerit, exiguum uero interuallum, hanc rursus extensam tertianam dicimus.* Et dicit Aetius lib. 5. *exquisita tertiana est quæ in integram quietem desinit, cuius exacerbationis spatium maximum ultra 12 horas non producitur, q. si producatur, eam non tertianam exquisitam, sed extensam uocamus. Si uero quotidie febris cum uehementi frigore inuadit, et cum alijs, tum urinarum, tum pulsuum, tum cæterorum notis, quas diximus, duplex tertiana appellatur, quæ ob bilis multitudinē crassitiem ac dissimilares partes contingit.* Ponit & *aliud signū cum dicit, Atq; appellamus eam exquisitam tertianam &c. & est clarum: postea ostendit ob quam causam accessio aliquando est breuior prædicto spatio temporis horarum duodecim, ut ob quantitatem & qualitatem bilis, aut ægri uires, &c. & quæ dicit patent.*

Quid exquisita tertiana & quid simpl'r tertiana, quid extensa.

Aetius.

Duplex tertiana, quid.

Secundū signum.

TEX.

Lau. AT vero tempus intermissionis in tali febre, ex pulsu indicium putredinis humoris penitus obscurum habet, sequenti die ac nocte post accessionem. Leuiter autem

succensa

ſuccenſa ægre cognoſci poteſt primis partibus poſterioris diei:ſed adhuc clarius circa fines eiuſdem diei aut noctis, atq; adhuc clarius proxima die vel nocte,quæ præcedit.ſ.diem aut noctem acceſsionis. Sane in ea ipſa perſpicuum iam eſt indicium, multoq; magis quoties acceſsio prehendat: ac multo magis,vbi aſcendat ad ipſum conſiſtendi vigorem. In eo vero minus q̃ per incrementũ,rurſusq; multo minus per inclinationem. Hanc febrem ſi libeat nominare exquiſitam tertianam, nomine uteris antiquo:ſim minus,at certe nobis dabis ita nominare gratia perſpicuitatis doctrinæ.

TEMPVS autem in hac febre intermiſſionis, nullum habet humoris putreſcentis ex pulſu perceptibile indicium in die, aut in nocte,quæ cõſequitur acceſsionem: cum vero parumper ſuccenditur, vix cognoſci poteſt in primis diei aut noctis,ſub inde ſequentis partibus,manifeſtius autem adhuc ſe oſtendit die proxima, quæ videlicet antecedit acceſsionis diem vel noctem. In illa vero iam ſignum euidentius apparet, ac multo etiam magis acceſsione iam incipiente, atque adhuc plus iam inualeſcente febre.Quum vero iam conſiſtit,minus q̃ quũ augebatur, multo vero minus Leoni.

vbi iam declinauerit. Huiuscemodi febrē, si appellare libuerit exquisitam tertianam, nomine veteris antiquo, si minus, mihi saltem licet manifestioris doctrinæ gratia, ita nominare.

COMMEN. 88.

Sextum signum.

ALIVD *signum est, q̧ tempus quietis sequēti die aut nocte post accessionem nullum habet inditium humoris putrescentis ex pulsu perceptibile. Cum uero parumper succenditur uix cognosci potest in primis partibus diei aut noctis subinde sequentis. Sed adhuc clarius circa fines eiusdem diei aut noctis: atque adhuc clarius proxima die uel nocte, quæ præcedit diem aut noctem accessionis, adhuc multo magis accessione iam incipiente, & adhuc plus iam febre inualescente. Cum uero consistit, minus q̃ cum augebatur: multo uero minus in declinatione. Vnde ut dictum est, tertiana exquisita. 12. habet horas accessionis uel minus, & 36. horas quietis. Potest ergo accessio eius quæ durat 12. horis inuadere in die uel in nocte. Si in die; tunc in nocte sequenti nullum habet inditium putredinis ex pulsu perceptibile, & in principio sequentis diei tale uix cognosci potest: tamen magis manifeste apparet in fine prædicti diei. Et adhuc magis in nocte sequenti illam diem, quæ est directe nox quæ antecedit accessionem secundam, & sic ultra, ut dicit.*

Tertiana exquisita horas. 36. habet quietis.

cit. Et ita si talis febris inuasisset in nocte, illud quod dictum est de die attribueretur nocti. Et nota quòd hoc signum quod appellatur signum putredinis in pulsu, est pulsus diuersitas et inæqualitas, quæ contingit a materia putrescente & naturam aggrauante. Et ideo in febribus in quibus totalis fit transpiratio materiæ putridæ, & totalis eius resolutio, ex toto cessat inæqualitas, & diuersitas in pulsu, & per consequens signum putredinis ex toto a pulsu remouetur; & hoc maxime euenit in tertiana post eius accessionis declinationem, ob illius materiei subtilitatem, nō autem in phlegmatica, dato quòd intermittens sit. Sed quia in intermittentibus febribus, donec non sit facta completa consumptio totius materiæ, fit continue noua reaggregatio materiæ, quæ nouas accessiones facit, contingit quòd modicum tempus est in quo talis diuersitas a pulsu cesset; nam cum materia incipit reaggregari pro alio paroxismo qui naturam grauet: tunc incipit fieri in pulsu diuersitas, & quia in principio illius temporis modicum est de materia aggregatum, ideo uix talis diuersitas apparet, & ex pulsu cognoscitur. Et deinde in fine illius diei uel noctis magis apparet, & etiam continue plus in die, uel nocte ante diem, uel noctem accessionis: quoniam continue magis, & magis de materia aggregatur naturam aggrauante. Et de

Quid signum putredinis in pulsu.

Nota.

diuersitate pulsus in tertiana dixit Auicenna prima quarti, tractatu secundo, capit. 36. quòd est sub diuersitate quæ est in reliquis putredinalibus febribus: quoniam non est tanta, immo minor cum duritie tamen quadam: quoniam necessitas euentationis & expulsionis fuliginum malarum, sunt ferè æquales in tertianis: in quartanis autem & quotidianis necessitas expulsionis fuliginum est multo maior. Etiam materia tertianæ febris ob suam subtilitatem facilius uniformius & citius putrefit ac inflammatur: sed materia quartanæ, uel quotidianæ comparatur lignis uiridibus, quæ uix inflammantur, tarde, & difformiter. Causa uero duritiei pulsus in tertiana, est fortis arteriarum desiccatio, tam à caliditate, quàm à siccitate choleræ, & fumorum ipsius. Dixit etiam Galenus secundo de Crisi, capitulo sexto, si exquisita tertiana fuerit, intra septem circuitus: Si uero exquisita febris ardens, intra primam septimanam necessario finietur. Omnino autem diuturnæ sunt, & quotidiana intermittens, & illi adhærens continua, sicuti & quartana, & quæ per quartum diem excrescit. Quare tria erũt uniuersa simplicium febrium genera, singula uero ipsorum in duas primas differentias secabuntur, uel enim intermittentes, uel continuæ febres erunt: & primo

In quartana, & quotidiana multo maior est necessitas expulsionis fuliginũ q̃ in tertiana.

Cã duritiei pulsus in tertiana.

Exq̃sita tertiana intra 7. circuitus finit.

Exquisita ardẽs intra primam septimanã

& primo die statim inuadentes dignoscuntur. Aliæ uero in ascensu. Aliæ in summo earum uigore. Quædam in primis declinationibus, uel febre uacantibus intermissionibus. An autem maior sit diuersitas pulsus in principio accessionis quàm in augmento. Dicendum, quòd sic. Et in augmento maior, quám in statu, & in statu maior quám in declinatione. Et ratio est. Nam diuersitas pulsus quæ uocatur signum putredinis causatur, ut dictum est, à materia naturam aggrauante, modo humor ualde plus aggrauat naturam in principio accessionis, quàm in temporibus alijs, quoniam tunc calor naturalis maxime ab humore suffocatur, unde intranspiratus manet, quemadm odum ignis cui superuenit magna quantitas lignorum uiridium, qui in suo motu sæpius interrumpitur & difformiter mouetur, & ob eandem causam in augmento fit maior diuersitas quàm in statu. In declinatione autem minus, quàm in aliquo tempore, quoniam tunc materia transpiratur & resoluitur. In statu uero materia plus aggrauat naturam ob sui caliditatem, quàm ob sui corpulentiam calidum naturale suffocantem, cum iam sit excalefacta. Et ideo sicut ignis cum superauerit ligna uiridia, & ea excalefecerit uniformiter plus mouetur, quám cum ab illis suffocabatur, ita etiã ẽ de materia, & de calido na-

diuesitas pulsus in pricipio maior, q̃ i augmẽto, et in augmẽto maior, q̃ in statu. Natura plus in pricipio accessionis agrauatur, q̃ in alijs temporibus.

turali. Et ob id dicta diuersitas plus maior accidit ualde in principijs accessionum febrium, quæ sunt de humore frigido crasso, & maxime uiscido.

DE NOTIFICATIONE FEBRIS *Quotidianæ.* CAP. IIII.

TEX.

Lau.

Signa simplicis exquisitæ quotidianæ.



ALIA porro est simplex ac exquisita febris ex pituita putri, quæ per membra sentientia pellitur ab ipsa natura consistens. Ea incipit ex frigore partium extremarum, atq; horrore potius, non rigore: difficulter accenditur: longumque obtinet incrementum ad ipsum consistendi uigorem: quoniam humor ipse ex quo consistit, frigidus, atque humidus est temperamento, ac glutinosus consistentia. Itaque difficulter accenditur, ac tarde mouetur sæpe in ipsis meatibus hærens.

Leoni. EST autem & altera exquisitæ simplicitatis febris, quæ ex pituitæ putredine ortũ habet per sentientes corporis partes à natura detrusa. Incipit autem ab extremorũ

frige-

frigefactione atque horrore potius, quã rigore. Ac cum difficultate accenditur calor ac longum consumit tempus, dum inualescendo peruenit ad summum. Quoniam uero is ex quo constituitur humor frigidus est & humidus in temperatura, lentus autẽ ac tenax in consistentia: id circo ægre accẽditur, ac tarde mouetur, sæpiusq; in foramininibus retinetur.

COMMEN. 89.

Nunc ponit Gal. signa simplicis ac exquisitæ febris intermittentis, quæ ex pituita ortum habet. Et primum signum est, q. incipit ab extremorũ frigiditate, atq; horrore potius, non rigore. Et dicit secundo de crisi cap. tertio. In quotidianis non antecedit rigor, neq; statim ab initio, neq; in progressu, sed solum frigefactio. Idem cap. quinto. Et de causa huius signi iam patuit supra. Secundum signum est, q. difficulter accenditur calor. Et sic eius accessionis principium est longũ, & in longo tempore peruenit ad summũ, & sic augmentum etiam longum. Et huius causã redit, quoniã humor ipse ex quo consistit, natura frigidus & humidus est, & consistentia glutinosus, Itaq; difficulter accenditur, ac tarde mouetur, sæpe in ipsis meatibus hoerẽs. Vnde Paulus lib. secundo cap. 23. quotidiana non quaquã cum rigore primo stati die inuadit, sed temporis spatio p

Signum primum

Sescũdũ signum

Paulus

frictio magis, quã rigor oritur, ægre uero incalescit, & diuturnum habet incrementũ. Idẽ & Aetius lib. 5. cap. 84. Et ideo Auic. prima quarti tractu secũdo cap. de signis plegmaticæ periodice ait. quotidianã quæ est ex phlegmate dulci uel naturali raro antecedit horripilatio in principio sui usq; ad multos paroxismos, & similiter nec frigus, nec rigor, cũ phlegma naturale sit nutrimentũ ueluti medio modo coctũ, hoc. n. benignũ esse animali, et secũdũ naturã, dixit Gal. 2. de uirtutibus naturalibus. De quotidiana uero quæ est ex phlegmate non naturali, non sic dicendum. Vnde Gal. in lib. de tremore & rigore cap. 7. ait. Rigor uero nõ solum causatur à cholera rubea uel à cholera nigra, sed causatur etiam à phlegmate multæ frigiditatis, quod phlegma uocauit Anaxagoras uitreum, hic tamen rigor non est fortis & rigidus, licet duret sæpe diebus pluribus, quàm alius rigor. Et dicit Auic. loco citato, q̃ hic rigor ex phlegmate uitreo est uehementior, quàm qui fit ex phlegmate accido, quoniam frigus uitrei uehementius est, & mordatius, magis contristans membra, super quæ effunditur. Dicit secundo q̃ in quotidiana de phlegmate uitreo frigus non subito incipit sed paulatine, & primo in extremis, ut manibus & pedibus, & in buto nasi, quoniam magis distant à fonte caloris, & minus sanguinis communiter habent, deinde perueniunt

In febr. piodica phlegmatica de phlegmate dulci uel naturali raro ãtecedit horripilatio.

Rigor ẽt a phlegmate.

Rigor ex phlegmate uitreo, uehementior q̃ ex accido.

ueniunt extrema corporis ad hoc ut appareant frigida, sicut nix quæ uix calefiunt & non subito neq; continue cum gradatione crementi caloris, sed paulatine cum interruptione & reditu frigoris, ut in ligno uiridi nunc ignis flamma crescere uidetur, nunc minui iterum & quasi extingui, propter calorem uarie imprimere in partes uiscosas uitrei phlegmatis. Et de quotidiana, quæ ex phlegmate salso, dicit quòd illam antecedit horripilatio, & non fit uehemens frigus eius.

quotidianam de phlegmate salso ãtecedit horripilatio.

TEX.

AC premit quidem interdum, grauatq; vires. Inæqualem autem ac magis debilem efficit, paruumque pulsum in principio ac primo incremento. Per febrem uero biliosam existit inter initia accessionum unaquæque affectio ex dictis circa pulsum: sed ab illaquidem cito abeunt, tũ alia, tũ etiã inæqualitas quæ magna ex parte nec cum talibus febribus accedit, nec tales febres commitatur. Calor autem ipse non multo postquam desistit rigor, accenditur luculentus, quemadmodum ignis quidam plane purus, in quo nulla fumosa caligo inuehitur. Calorem uero pituitosi humoris assimilabis igni su-

Lau.

moſo lignorum viridium accenſorum.

Leoni. OPPRIMIT autem atq; aggrauat aliquando uirtutem. Hinc inæquales ac debiles magis, paruoſque efficit pulſus quum primum febres inuadunt atque incaleſcũt, fiunt autem in biliofa febre in acceſsionum principijs ſinguli quos diximus circa pulſus affectus, & in illa ſtatim deſinunt: aliaque & inæqualitas plerunque tali febre inuadẽte non adſunt. At poſtquam ceſſauerit rigor, non multum poſt calor accendiditur, veluti ignis efulgens purusque omnis fumoſæ fuliginis expers. At pitutoſi humoris caliditatem igni fumido lignis uiridibus accenſo non male aſsimilaueris.

COMMEN. 90.

OPPRIMIT *atq; aggrauat uirtutem, quoniam humor pituitoſus multum contrarius eſt calori naturali frigiditate ſua, uiſcoſitate, & multa humiditate eum ſuffocante*. Et ideo *hæc feb. incipit multoties, ut dicit* Auic.*cum syncopi propter oris ſtomaci debilitatẽ cui facillime cor cõpatitur: & caſum appetitus cum nauſea quadã & abominatione cibi, ob pituitam quæ in ſtomacho exuberat, & propter deffectum cõcoctionis, unde tertio canone cap. de ægritudinibus ſtomachi.* Et *plurimum quidem quod inuenitur inſto-*

Quare icipit fe. phlegmatica multotiẽs cũ ſyncopi.

in ſtomacho aut generatur in ipſo ex humoribus, eſt phlegma, quoniam chilus eſt naturæ propinquæ phlegmati. Eſt enim uterq; albus dulcis ferè ſemicoctus. Vnde fit, ut chilus quando superabundat, & non digeritur perfecte in ſtomacho, q, ibi remanens, in phlegma aliqua eius pars conuertitur, ex qua non fit ſanguis, neq; cholera rubea, neq; melancholia. Nec cholera ſecundũ naturam in plurimis hominum effunditur in ſtomachum, lauans, & abſtergens, & mundificans ipſum, ſicut lauat abſtergit & mundat inteſtina, ad quæ quotidie effunditur ſecundum naturam. Et ideo Auic. prima quarti tractatu ſecũdo cap. quarto ait. quotidiana febris ẽ magni timoris ſeu periculi, primo quia tempus interpolationis & quietis eius eſt breue ualde, non enim perdurat niſi ſex horis quin redeat alter, & adhuc in illis non perfecte corpus ab extraneo mundatur calore. Secũdo quia corruptio complexionis & debilitas oris ſtomachi indifferenter quotidianæ adſunt, & ipſam aſſociant ob abundantiam phlegmatis in ſtomacho, quod etiam creſcit ex diminuta ciborũ aſſumptorũ cõcoctione, tertio propter symptomata mala, ſicut syncopis, pulſus cordis, caſus appetitus, quæ corruptio & debilitas oris uẽtriculi inducunt, ob uehemẽtiam compaſſionis cordis ad ipſum, & quia os uentriculi eſt ſedes uirtutis appetitiuæ cibi, & accutisſimi

Nõ ſemꝑ colera ſecundũ naturã in ſtomachũ effũditur.

Quare quotidiana magni eſt timoris.

Tempus quietis quotidianæ nõ ꝑdurat niſi .6. horis, ĩ quo nõ ꝑfecte corpus ab extraneo mundatur calore.

sensus. Perarum etiam est, dixit Gal. secundo de crisi cap. quinto quin & os uentriculi, & epar in ipsis male afficiatur, sed & cruditates antecedunt plurimæ, & coctionis moræ, & acidi ructus, & cum primum febrire incipiunt, precordia ultra naturæ habitum penitus intumescunt, magna uero ex parte inflantur, ac distenduntur, Voluit etiam Gal. phlegma generari in uentriculo, & non in epate, & in sanguinem mutari per secundam concoctionem, quæ fit in epate in libello de atra bile, ubi inquit. Nos autem pituitosum humorem ex cibis phlegmaticis in prima uentriculi concoctione fieri demonstrauimus ut biliosum, & melancholicum, in iocinore mutatur, & pituitosus in saguinem concoctione qua iecur perfungitur. Idem in secundo de usu partium cap. quarto. Et ratione sic ostendi potest, nam in epate non generatur pituita nisi per diminutam concoctionem. Ergo si epar perfecte concoquat, totus chilus fiet sanguis, & non secundum partem fiet pituita. Ergo si pituita non generaretur in uentriculo, esset homo aliquando sine pituita, quod non est dicendum. Etiam magis uerisimile est, ut phlegma generetur in uentriculo, cuius substantia est alba, & sanguis in epate cuius caro est rubea. Postea Gal. ponit aliud signum quod sequitur ex predicto, nam quia opprimit & aggrauat uirtutẽ, perducit pulsus inæquales

phlegma generari in uentriculo uoluit Gal.

Aliud signum ex pulsu.

les ac debiles magis & paruos ex debilitate uirtutis in principio et primis incrementi partibus. Vnde Auic. prima quarti tract. secũdo cap. 47. Pulsus eius est paruus submersus, debilis, rarus in primis scilicet quãdiu frigus perseuerat et manet interius calor coartatus, deĩde fit frequẽs in fine febris uidelicet in statu & declinatione. Est tamen differentia inter hãc febrẽ & tertianã, qm̃ licet in tertiana in principijs accessionũ fiãt circa pulsũ singuli affectus, debilitas. s. paruitas, & inæqualitas, tamen ab illa statim abeunt, ob citam bilis inflammationem, & eius subtilitatem, qui plerunq; in tali febre tertiana inuadente non multum manifeste adsunt. Et alia litera, de inæqualitate solum uidetur intelligere, dicens, tum alia, tum etiã inæqualitas quæ plerunq; nec cum talibus febribus, accedit, nec tales febres comitatur, nam quando cholera est pauca, & nõ multum mala, non multum manifeste in accessione tertianæ apparet inæqualitas, ut supra patuit Differt etiam hæc febris á tertiana, quia in tertiana postquam rigor cessauerit non multũ post, immo statim calor accenditur clarus ueluti ignis purus omnis fumosæ fuliginis expers. Et sic principium accessionis in ea ẽ ualde breue et statim ad incremẽtũ ueniẽs, quod nõ sic ẽ de illa. Similiter calor existens in tertiana cum sit in humore sicco subtili, est sicut flamma clara,

ſed calor pituitoſi humoris ob eius craßitiẽ igni fumido lignis uiridibus accenſo aßimilatur.

TEX.

Lau. EVACVATIONES igitur in eo paucæ exiſtũt, ac longitudo acceſſionis diuturnior: et tempus intermisſionis nõ æque ac primum purum eſt, ſed ſemper ſeruans in calore & pulſu, putredinis humoris indicium. At uero & in hac febre circa principia, atque incrementa acceſſionum, indicium putredinis eſt manifeſtisſimum. Attamen & hæc ubi exquiſita fuerit, uidetur multis habere puram intermisſionem, & nos ipſi ita etiam non raro dicimus, quoties importuna ſermonis curioſitas uidetur.

Leoni. IDCIRCO & breues in eo ceſſationes & acceſſionis ſpatium longius producit, neque intermisſionis tempus eſt adeo, ut in tertiana ſincerum, ſed humoris putrefacti ſeruat indicium. Manifeſtisſime autem & in hac febre in inuaſionibus atq; incrementis acceſſionum, ſignum putrefactionis apparet. Attamen cum exquiſite ſuã naturam ſeruauerit, pleriſque uidetur puram intermisſionem habere, & nos quoq; hoc idem non raro fatemur, cum nimium diligens ſermo fuerit intempeſtiuus.

COMMEN. 91.

INFERT tria alia signa. Primum est q, euacuationes in eo sunt paucæ, & intelligit, sudores, iuxta illud secūdo de crisi cap. quinto. In primis diebus minime sudant, sed progrediente tempore hoc illis aduenit. Vnde Auic. prima quarti loco citato. Et de proprioribus significationibus eius est paruitas sudoris, & priuatio eius. Secundum signum est, spatium acceßionis longius, ponitur enim perdurare .18. horis. Tertium est q, tempus intermißionis et quietis non est adeo purum ut in tertiana, sed semper seruat in calore & pulsu putridi humoris indicium. Vnde Auic. de eis, quæ significant q, febris est phlegmatica est ut sit paroxismus eius .18. horis, & hoc quaq; die, & dimißio eius. 6. horis. Et non est dimissio eius dimissio munda, quoniam materiam cum crassitudine & uiscositate est multa, & non intelligas q, paroxismus eius semper duret .18. horis, & quies. 6. sed q, longior paroxismus uere quotidianæ non durat ultra .18. horas, & quies eius non minus. 6. horis, & dimissio seu quies suis paroxismis interueniens non est dimissio munda à febre omnino, immo reliquiæ caloris febrilis in corpore remanent horis quietis, quia materia huius febris est multa craßa uiscida cui putredo adhœrens, & febrilis calor uix euaporatur. Et subdit Gal. q, tale signum putrefactionis manifestissime ap-

quartū signum

De sudore i phlegmatica

Quintū

Sextum

Intermissionis tēpus quotidianæ semp in calore et pulsu putridi humoris inditiū seruat.

Longior paroxismus quotianæ nō durat ultra. 18. horas.

paret in inuasionibus, & incrementis accessionum. Et cum hæc quotidiana exquisita fuerit uidetur multis puram intermissionem habere, & nos quoq; dicit Gal. non raro fatemur, cum sermo intempestiuus nimium fuerint diligens.

TEX.

Lau. ACCIDIT autem naturæ corporis, tẽpori, regioni, tempestati, studio, uictui, & alijs omnibus pituitosis.

Leo ni. HÆC autem naturas consequitur corporum, & tempora, & loca, & status, artesque & uictus rationẽ, aliaq; omnia pituitæ consentanea.

COMMEN. 92.

Aliud signũ à rebus naturalibus & nõ naturalibus.

PONIT *deinde signa huius febris sumpta à rebus naturalibus & non naturalibus, naturas corporum ut puerorum quorum complexio est humida ob abundantiã pituitæ causa crapulæ & inordinationis motuum super cibo assumpto, unde secũdo de crisi cap. 2. quotidiana natura eget humidiore uitaq; otiosa plena crapulis, sic igitur & in pueris assidue fiunt.* Et Rasis decimo *Almansoris ait.* Accidit *autem hæc febris sæpius pueris, & mulieribus, & eunuchis, & corpora habentibus humida.* Accidit *etiam, & in senectute, & propter frigiditatem, temporis, ut hyemis, nã. 2. de crisi.* Taliumq; *ægritudinum hibernum tempus ferax est, & status temporis humidus,*

&

& eiusdem naturæ locus, quem æger inhabitat, maxime propinquus stagnis, aut lacubus, aut palludibus. Artes scilicet frigidas, ut est piscatoria, rationem uictus, ut quòd æger antea dũ sanus erat se replere solebat ad satietatem, unde paulatim phlegma in eo creuit. Et alia omnia pituitæ consentanea, ut sunt consuetudo ægri sæpe incurrendi morbos pituitosos, aduentus causarum antecedentium quotidianæ, ut nauseatiuæ satietatis, iuxta id secundo de crisi, et cruditates antecedunt plurimæ, & coctionis more, & accidi ructus, & color plumbeus faciei cum inflatione eius, ob deffectum adhoerentiæ nutrimenti ex aquositate ipsius, & cruditate, sicut in hyposarca, uel ob multitudinem uaporum pituitæ, qui non ressoluuntur. Et casus appetitus ex abundantia putridi phlegmatis in uentriculo contenti. Ita scribit Gal. de signis quotidianæ intermittentis primo de arte curatiua ad Glauconem. Febrem uero quotidianam intermittentem uel ex his maximis signis agnosces, nam caliditatem humidiorem cum quadam acritudine esse oportet non cum primum manus admouetur confestim, sed per moram. Nam quædã fumosa caliditas cum multo uapore cõmixta exire uidebitur. Quũ magis ignis in humore suffocetur, q̃ ipsum posit cõuincere. Sed et his minores sunt pulsus pulsibus quartanarum, qua n

de signis quotidianæ à gal. primo de arte curatiua.

istarum pulsus pulsibus tertianarum. Rursus uero rariores sunt in quotidianis intermittentibus pulsus, his qui in tertianis, quantum illius pulsus quartanarum at tarditas in utrisque modo se habet. Minus uero siticulosa hæc febris est, tantumq; eam quartana excedit, quantum istam tertiana. Lingua uero & totum corpus siccissimum est in tertianis, at in febribus his humidissimum, & uomitus pituitosi. Et quæcunq; per uentrem excernuntur frigidiora sunt, atq; humidiora, & crudiora, aquosiora, & pituitosiora. Vniuersum corpus deniq; in hisce febribus plenū crudis humoribus inuenitur. Et quidem ætatibus, naturis anniq; temporibus, & temperaturis humidioribus accidunt. Nam iuuenem biliosa, ac sicca tēperatura nūquā uidi huiuscemodi corripi febre, pueri autem & maxime infantes, & ex his, qui iam perfectum corpus habent, pituitosi & habitus crassi, atq; otio plurimo dediti, crapulis, ebrietatibus, balneis assiduis, post cibū præsertim utentes, à quotidianis facile capiuntur, loca etiā humidiora, atq; ex anni temporibus hibernum, atq; ex constitutionibus humidiores hanc precipue afferunt febrem, q̧ si sit etiam populo communicata, tunc præter ea, quæ ante diximus signa, hoc quoq; non parum ad eam dignoscendam conducit, non tamen harum febrium declinationes, Quemadmodum tertianarum & quartana

Nunq̄ Gal. uidit iuuenē biliosa & sicca tēperatura corripi feb. cotidiana.

rum

rum sudoribus terminantur. Quare neq; ad integram quietem manifeste (exceptis paucis) perueniunt. Vrinæ uero quæ procedentibis ipsis adueniunt totius morbi tempora docent. Quæ autem in principijs uidentur, febris etiam speciem indicabunt. Nam in quotidianis, uel labæ sunt et tenues, uel craßæ, aut turbulentæ uel turbidæ. In tertianis autem ruffæ uel subruffæ. In quartanis uero uariæ quidem, sed crudæ. Hhæc omnia febrium intermittentium sunt indicia. *Quotidianę, ad integrã quietẽ nõ manifeste perueniunt.*

TEX.

ACCEDIT vero singulis diebus, quãuis minus calida sit quam biliosa, quæ tertio quoque die fatigat. Sed constat hãc quidem (quoniam & humorem habet accensu facilem, & prompte semper ob tenuitatem quicquid eius feruefactum est per accessionem, expurgatur) ad integritatem quãdam magis puram desinere, & exiguũ post accessionem vestigium putridi caloris relinquere: eam uero quæ ex pituita cõsistit, nec integre purgari per inclinationes accessionum, nec exiguum, quod velut succendatur, relinquere. Inde ergo efficitur & intermissio multo deterior, & secundæ accessionis maturius principium. **Lau.**

SINGVLIS autem diebus accenditur quãuis minus calida sit biliosa tertiana. At **Leoni.**


illa quum & humorem habeat accensioni opportunum facile subinde propter subtilitatem quicquid ex eadem efferbuerit, totum in accessione expurgatur, ad puriorẽ quandam infebricitationem terminare uidetur. Postq; accessionem breue aliquod putridæ caliditatis uestigium relinquere. Quę autem in pituita febris accenditur, in accessionum declinationibus integre non expurgatur, neq; parum relinquit eius q̃d ueluti succendi uidetur. Hinc ergo eius intermissio longe deterior ac secundæ accessionis festinat inuasio.

COMMEN. 93.

DVBIVM *remouet. Nam diceret quispiam. Bilis est humor calidior, & magis aptus incendi. Ergo febris biliosa deberet potius accendi singulis diebus. Respondet Gal. q; cũ tertiana habeat humorem ascensu facilem, & facile subinde ob subtilitatem expurgatur quid quid eius feruefactum est in accessione, constat hanc ad infebricitationem quandam magis puram desinere, & exiguum post accessionem uestigium putridi caloris relinquere. Eam uero quæ ex pituita consistit, nec integre purgari per inclinationes accessionum, nec exiguum eius, quod ueluti succendi uidetur, relinquere. Et sic eius intermissio multum deterior, & secũdæ accessionis festinat inuasio.*

DE

DE NOTIFICATIONE FEBRIS Quartanæ. Cap. V.



AT vero tertium genus intermittentium febriũ, quartana. s. exquisita, quoties ex humore melancholico solo efficitur frigido siccoque tẽperie, paulatim quidem succenditur: quemadmodum lapis quidam, vel testa, vel os, vel aliud quodpiã sic frigidum & siccum corpus. Vbi vero flamma quædam ex eo accensa est, nihil relinquit fumosum, neq; semiustum post accessionẽ: & ob eam rẽ eũationes plures ex tali humore q̃ pituitoso, & intermissio plane pura esse videtur, eo ꝙ hic omne id humoris melãcholici quod est accensum euacuatur atq; discutitur. Lau. *Quartana exquisita, quæ*

TERTIVM febrium intermittentiũ genus est exquisita quartana, quando ex solo atræ bilis humore generatur, qui frigida ac sicca constat temperatura. Succenditur autem paulatim veluti lapis aliquis, aut testa, aut os, aut tale aliquod huiuscemodi corpus frigidum & siccum. Vbi vero aliqua ex eo flamma fuerit accensa nihil fumidũ, aut à se incombustum in accessione relin- Leoni.

quit. Atq; idcirco in hoc humore longiores sunt cessationes q̃ in pituita, atq; intermissio exquisite pura videtur: quoniam & hic quicquid atræ bilis fuerit accensum, exhauritur atq; dispergitur.

COMMEN. 94.

VVLT *in parte ista ponere signa tertij generis febrium intermittentium. s. exquisitæ quartanæ, quæ ex solo humore melancholico generatur. Nam quæ ex adustione flauæ bilis generatur, nõ dicitur exquisita quartana: sed solũ illa, quæ ex putredine melancholiæ naturalis, quæ frigida et sicca constat tẽperatura, secundũ ipsum. 4. aph. com. 21. facit etiam ibi Gal. differẽtiã inter humorem melãcholicũ et atrã bilẽ seu cholerã nigrã: quoniã proprie cholera nigra dicit̃, q̃ fit aut ex adustione flauæ bilis, aut sanguinis craßi. Eos etiã qui naturalẽ melancholiam, cholerã nigrã appellarunt, dicentes aliã esse nigrã, quæ dum animal naturaliter se habet quotidie gignitur, aliam quæ ex ustione conflatur, de quibus. 14. methodi, ca. 9. reprehẽdit Gal. 3. de locis affectis, cap. 5. Species uero melancholiæ non naturalis ex permixtione naturalis cũ aliquo uel aliquibus aliorũ humorũ, raro sensui subiacent, tũ pp melancholiæ naturalis paucitatẽ cõparatione ad alios humores, tum pp difficilẽ ipsius cum alijs humoribus incorporabilitatem, ob ipsius grauitatẽ qua deorsum trahitur.*

Quid proprie cholera nigra.

bitur. Et ita uult Gal. q̃ tantum duæ ſint ſpecies ſimplices melãcholiæ nõ naturalis, uidelicet quę fit ex aduſtione flauæ bilis, & quæ ex aduſtione ſanguinis fecalis, nec apud eũ inuenies, q̃ ex aduſtione phlegmatis fiat humor melancholicus. Nã humor melancholicus niger eſt, et ob eius nigredinem, dicit. 2. de Cauſis ſympt. in fine, ſedes principalium uirtutum obſcurat, timorem, & meſtitiam inducit: phlegma autem aduſtum non eſt nigrum, ſed album, ut de ſputo globoſo dicit. 2. prædictionum com. 46. Eſt igitur primum ſignum huius febr. q̃ humor ex quo cauſatur paulatim ſuccenditur, ueluti lapis quidam, aut teſta, uel os, aut tale aliquod huiuſmodi corpus frigidum & ſiccum. Et ubi ex eo flamma quædam fuerit accenſa, nihil fumoſum relinquit talis humor qui putreſcebat, neque ſemiuſtum poſt acceßionem: id enim proprie eſt ſemiuſtum in quo nondum finita eſt putredinalis caliditas, & nondum productum eſt ad totalem incinerationem. Et ſic ſequitur euacuationes eſſe plures ex tali humore, q̃ ex pituitoſo, & intermißionem exquiſite purã eſſe, eo q̃ hic omne id humoris melancholici, quod eſt accenſum euacuatur atque diſcutitur.

Tantum duę ſpẽs ſimpl'r melãcholiæ non naturalis.

Ex aduſtione phlegmatis non fit hũor melãcholicus ſecundum Galenũ.

Signum primum feb. quartanæ.

TEX.

ET ob eam rem accidit illis rigor, qualis potiſsimum in forti frigore refrigeratis; nõ qualis interdum exiſtit per æſtũ, vel laſsi-

Lau.

tudinem, vel medicamentum calidum, ac mordax vlceri adhibitum.

Leoni. IDCIRCO & in eis talis est rigor, qualis his, qui vehementi gelu frigescunt, haudquaq̃ ei similis, quia sole perustis, aut lassis, aut ex medicaminibus aliquando calidis, aut quum super vlcera ponuntur mordentibus fieri consueuit.

COMMEN. 95.

Secundũ signũ à rigore. *PONIT aliud signum sumptum à rigore, & est notum.* Et. 2. de *Crisi, cap. 3. ita scribit tertiana febris, quæ ex flaua bile mota ortum habet rationabiliter statim ab initio. rigorem affert, non mediocrem, hoc ipso primum à quartanæ rigore differens: quoniam pungi uidetur ac percuti corpus. Talis .n. est in tertianis febr. rigoris sensus, sicuti in quartana febre similem frigefactionem habet æger, qualis propter gelu tempore hiberno sentitur: nam & illud ostensum est, q. in quartana febre atra bilis redundat, sicuti in quotidiana pituita. Tertianam igitur exquisitam febrem fieri non contingit sine rigore uehementi pungente, ac feriente carnem.*

Qualis rigor in quartana. *Quartana autem febris, neq; primo die statim cum rigore inuadit uehementi; nam progrediente ipsa, atq; aucta, unà etiam rigor augetur, sensusq́; ægrotantibus adest, non quasi pungantur, sed potius contundantur cũ quibusdam ueluti refrigerationibus usq; ad ossa tendentibus:*

tendentibus: nam ita eos audire licet, dicentes q. uideantur in oßibus pati laborem & carnem habere confractam. Cauſa autem quare non inuadit primo die cum rigore uehementi eſt: quoniã melancholia ex ſui craßitie tarde et uix mouetur, et paulatine ſuper mẽbra ſenſibilia diffunditur, ſed cum iam diffuſa eſt, quatit & opprimit & infrigidat ea, cogens interius refugere calorem, unde additur frigus, & adeo fit, ut multitudine cooperimentorum calidorum indigeat æger: ſed ſuſcitato naturali calore frigus paulatine diminui incipit. Et dicit Auic. q. cũ æger in eius acceßione calefit, caliditas ipſius non eſt uehemens: quoniam melancholia cum hoc q. uix inflãmatur, ob eius craßitiem non inflammatur inflammatione uehementi, de qua ſit curandum, ſicut ignis uix in lignis craßis inflammari poteſt, niſi magnus fuerit & fortis ualde: quoniam flamma ipſius per ligna craſſa diffundi non poteſt: ſed ea paulatim urit et incinerat. Eſt autem fortior caliditas eius q̃ quotidianę: quoniam phlegma minus inflãmabile, q̃ melancholia & magis opprimit, Tegit, & ſuffocat calorem innatum ſuis frigiditate & humiditate, ſicut ligna craſſa uiridia plus repugnãt igni, minusq; inflammãtur lignis craßis ſiccis. dicit ſecundo q. hæc caliditas quartanæ non eſt uniformiter per totum diffuſa, neq; uniuerſum corpus comprehendit, immo eſt caliditas cum horri-

Quare quartana prima die nõ inuadit cũ uehementi rigore

Phlegma minus inflãmabile melãcholia.

Quartanæ caliditas non uniformiter p totũ diffuſa.

pilatione & grauitate, cuius causa est craßities nimia melancholiæ, quæ non sinit p eã uniformiter et uniuersaliter calorem diffundi: dicit tertio cũ frigore eius est aliquid ex dolore ac si frãgat ossa, & est illic rigor, & cõcußio, & cõmotio pp quã stridẽt dẽtes: cã uero huius est: quoniã cũ materia sit crassa terrestris, nõ põt cũ à natura expellitur de uenis extra uenas multũ uersus exteriora & cutẽ expelli, sicut contingit de materia subtiliori, immo in profundo manẽs sẽtitur ibi læsio, et circa ossa mediãte eorũ pãniculo, unde pue nit ab ea magna cõmotio, et ĩ carnibus cõfractio.

TEX.

Lau. CAETERVM necesse est hãc feb. antecessisse quicquid colligit atrã bilẽ, ex uitæ genere, victu, cœli statu, tpe, regione, natura, & ætate ægri melancholica.

Leoni. NECESSE est autẽ hãc feb. antecedere, quæcunq; atrã aggregat bilẽ in vitæ exercitijs, ac totius victus rõne, & tpis statu, & anni tempore, ac regione: Sic & laborantis naturam, & ætatem atra bile abundare.

COMMEN. 96.

PONIT *alia signa sumpta à rebus naturalibus, & eis anexis, & rebus nõ naturalibus. Vnde primo de arte Curatiua ad Glauconem, cap. de Signis quartanæ. Neq; reliqua extrinsecus signa sunt omittenda: sed & ægrotantis natura est in-*

spicienda

ſpicienda ſi in ea atra bilis abundat, & tempus quoq; anni ſi autumnus, & præſens conſtitutio ſi inæqualis. Sic uero & loci natura, et morborum peruagantium populariter, et ſi lien intumuerit, febrisq́; ſine ordine anteceſſerit, & ætas ſenior q̃ conſiſtentium, & ſi cum ſudore febres deſinant. In his uero bilis flauæ uomitus minime eſt expectandus, quemadmodum nec in quotidianis intermittentibus. Hoc enim tertianarum propriū eſt ſignum. At cū febris ceſſauerit, ſi adhuc ſignum febris remanſerit, pulſusq́; his qui ſecundum naturam rariores ac tardiores fuerint, quartana proculdubio erit huiuſmodi febris.

TEX.

ACCESSIO præterea huius febris longitudine temporis, tertianæ ſimilis eſt: atque interdum accidit, vt ſit longior, quāuis exquiſita ſit, quoniam ex humore frigidiore conſiſtit. Cauſa autem ſimilis eſt in his febribus; & aliјs omnibus quæ differentiam longitudinis efficit acceſſionum, quemadmodum paulo ante diximus, in exquiſita tertiana: in multitudine & qualitate humoris, & robore, & infirmitate virium, & ad hæc ipſa ægri diſpoſitione differentiam habente.

HVIVS autem febris acceſsio tp̄is ſpatio eſt ſimilis tertianæ, nōnunquā & longior,

quum adhuc exquisita perseuerat, vt quæ ex frigidiori humore consistit. Eadem vero in hisce febribus atq; aliјs oĩbus est causa, quæ differentiã facit longitudinis accessionũ, quẽadmodum paulo ante diximus in exquisitis tertianis ex multitudine humoris ac qualitate, uigore insuper, atq; imbecillitate potentiæ, ac præterea ex ipsius ægrotantis dispõne diuersitatẽ assumens.

COMMEN. 97.

Quartanę exquisitæ poxismus nõ durat ultra 24 horas.

Auẽz.

Qũo accessio exquisitæ quartanæ lõgitudine tẽporis similis dr̃ tertianæ

Paulus.

AVIC. *prima quarti.tract.2.cap.de quartana periodica, dicit q, paroxismus quartanę est 24 horarũ. Et intelligit de longiori: quoniã paroxismus longior quartanæ exquisitæ non durat ultra 24 horas, & rarissime durat ita longo tpe. Et iõ* Auenzoar 24 Theisir, *cap.5. duratio eius non est maioris spatii, q̃ phlegmaticæ. Sed si permiscetur cum ea flaua bilis, minuitur eius paroxismus: Et si phlegma prolongatur, tamen loquẽdo de exquisita quartana paroxismus potest esse multũ breuior 24 horis, sicuti & paroxismus tertianæ potest esse breuior 12 horis: & hoc propter causas, quas tangit, cum dicit. Causa autem silr̃is est. Ideo accessionem huius febris. s. exquisitæ quartanæ dixit longitudine temporis esse silr̃em tertianæ, & interdum longiorem, q̃uis ipsa exquisita sit: quoniam ex frigidiori cõsistit humore.* Paulus, *lib.2. ita scribit in cognitione quartanarum. Quarta-*

na

na inuadit multa cum perfrictione, ut quæ ex frigido humore atra bile originem trahat. Calorem uero feruoremq́; febrilem tertianæ modo non obtinet, immo nec bilis uomitus eam comitatur. Ad hæc si urinæ tenues, albæ, & dilutæ fuerint, quartana erit febris. Eximia uero ipsius nota est, pulsus exiguus, & rarus. Cæterum in autumno potissimum incipit, erraticis superueniens febribus, nonnunquam in forma eius potißimum subsistit, quæ quarto die reuertitur: aliquando etiam plurium dierum interuallo, iuxta quosdam circuitus accessionem habet. *In quartana urinæ, tenues, albæ, & dilutæ.*

TEX.

NAM & alia omnia proportione respõdent iis, quæ ex humore bilioso consistũt. Quocirca si humor melancholicus, neque putrescat, neque vehementer feratur per corpora sentientia, nequaquam efficit melancholicam circuitionem exquisitam. Sane arquatis affectibus proportione respondent ex liene morbi diutini melancholici corporisq; totius colores fœdi. Et erysipelatibus, ac herpetibus, qui ex flaua bile consistunt, cancri, & phagedænæ proportione respondent. Sed neque ex his, neq; ex melancholicis affectibus necessario febricitãt, nisi prius humor melancholicus & biliosus putrescant. **Lau.**

Leoni. NAM et alia omnia proportione respondent his quę ex amara bile accenduntur. Si igitur neque putrescat, neque vehementer per partes sentientes deferatur atræ bilis humor, nũquam efficiet quadriduanæ exquisitę circuitum. Et quidem regii morbi pasſionibus analogum diuturnæ melancholicæ splenis ægritudines, & colores in toto corpore fœdi, herpetibus etiam atq; herysipelatibus, quæ ex flaua bile consistunt, cancri & phagedænæ correspondẽt. Neque in his vero, neque in atrę bilis morbis necessario febricitant, nisi prius atra bilis putrefiat.

COMMEN. 98.

QVIA dixerat in principio huius libri, q, ad hoc ut flaua bilis generet febrem non sufficit ipsam in corpore augeri atq; exuperare, sed alia requiritur causa, de qua paulo post dicetur, Et postea q, si ipsa flaua bilis non feratur per membra sentientia non generabit tertianam intermittentem, uolens post prædicta signa, nunc declarare q, causa illa est putredo, continuans se dicendis, ait q, omnia alia quæ ex humore bilioso cõsistũt proportione respondent his. s. humoribus melancholicis. Et ideo si humor melancholicus neq; putrescat, neq; deferatur uehemẽter p membra sentientia, non efficiet circuitionem melancholicam exquisitam:

exquisitam: quoniã si nõ putrescat, nõ generabit feb. & si non feratur per partes sentiẽtes, dato q, posŝit feb. generare, nõ generabit intermittentẽ. Et q humor melancholicus nõ causet feb. nisi pu trefiat declarat dicens. arquatis affectibus pro= portiones respondẽt morbi ex liene diuturni me= lancholici, & corporis totius colores fœdi. Nam sicut morbi regij ex flaua bile accẽdunt, ita etiã ex liene accendunt morbi diuturni melancholici et uniuersi corporis à bili nigra colores fœdi. Et sicut herysipela, & herpes, ex flaua bili, ita can= cri, & phagedenæ ex melãcholia: sed neq; ex his biliosis, neq; melancholicis necessario febricitãt homines, nisi prius putrefiat humor melancholi= cus, sic & biliosus. Morbus regius, quem Græci icteron appellãt, est effusio bilis p uniuersum cor pus, modo nigræ de qua in lienosis, modo flauæ. Celsus hoc malum auriginem appellat: alij arqua tum, & regium. Scribit ita Gal. 2. de arte Curati ua ad Glauc. cap. 1. flaua bilis quando sui seruans naturam unà cũ sanguine per totum corpus de= fertur, morbum facit qui regius appellatur. So= la uero quando excernitur et in aliquo membro cõsistit, herpes uocatur: Siquidẽ crassa sit secũdũ substantiã totã exulcerat cutẽ usq; ad carnẽ sup= positã, atq; hunc affectũ Hypp. nominat herpetẽ exedẽtẽ. Si uero tenuior fuerit id qđ in superficie est tantũ ueluti deurit. Atq; hæc species generis

Morbus regius, quid.

Herpes quid, & qd exe= dens, & quæ mi= liaris.

sortitur appellationem quum simpliciter & sine additione herpes uocetur. Nã ex duabus speciebus, quæ quidem nuper dictæ sunt: altera herpes exedens nominatur: altera uero miliaris, quoniã in hoc affectu pustulæ paruæ ac multæ per summam cutem similes milijs excitantur: fit autem herpes huiuscemodi ex bile quidem, & ipse sed minus calida & acri q̃ sit prior. Quòd si ex sanguine & flaua bile calidioribus q̃ oporteat mixta fluxio fuerit, uel ex sanguine feruescente & tenuißimo secundum substantiam herysipelas passio uocatur multo inflammatione calidior, magisq; colorem flauum representans. Et si tetigeris facile sanguis subterfugit, rursusq; illabitur exquisite tenuis & aspectu rubidus, non tamẽ dolet hic, ueluti inflammatio, neq; ut aliqua inflammationis species, pulsum aut compreßionem, aut similem inuehit tentionem. Sed quandoq; ualde parum infestat ac cum præsertim quando per solam cutem diffusum fuerit, nihil inferiorem carnem molestans. Et quidem tale aliquid sæpius accidit, atq; hoc est exquisitum herysipelas, quemadmodum qui attigit inferiorẽ carnẽ: neq; ex uere tenui bile consistit, neq; tãtum est herysipelas, sed iã dispõ permixta ex herysipelate atq; inflãmatione. Et de cancro, herpete, et phagedæna, ita scribit. 2. methodi, cap. 2. cancer autẽ à similitudine ad animantem, phagedæna a symptomate, sił'r

Herysipela, q̃.

Exquisita herysipela, q̃

Quid cãcer, ehrpes, & quid phagedæna.

herpes.

herpes. Verum phagedæna ulcus omnino est, idq; depascens, siue exedens, siue quocunq; appellasse libet. Herpes non sp ulcus est, quotiesq; cum ulceratione est, non utiq; seruata ueteri sede, uicinas partes depascit: sed sicuti nomen ipsum indicat, ritu serpentis bestiæ, relicto priore loco transit ad alterū. Et dixit 14. methodi, cap. 17. q humor, qui exulceratū herpetē excitat tenuißimus est: craßißimus, q cācrū, et q proximū ab his locū occupat qd ad craßitudinē attinet, q phagedæna creat.

TEX.

NATVRA .n. sp nitit, suis uiribus utēs, asimilare partibus nutriēdis quicquid fieri utile pōt: excernere autē id quod minime istiusmodi est. Quod si interdū prę crassitie, vel copia, vel lentore excrementi, vel stipatione quadā meatuum, vel sua ipsius debilitate nequaquam posit excernere humorem vniuersum prauū, immorantē diutius in ipso corpore al'is putrescere necesse est. Nullus .n. alius humor permanere qualis extitit ab initio potest, nedū qui adeo uitiosus est ut ab ipsa natura cultū amplius suscipere non posit: sed aut concoctus apponitur, atq; asimilatur solidis al'is partibus, aut corrūpitur atq; putrescit. Ad hūc modū arquatis ac melancholicis affectibus quoties humor biliosus exuperans in cor- Lau.

pore diutius immoratur feb. superuenit. sępe etiam dispositio in iecore, et in splene attulit febrem, quoties aut inflãmatio aliqua aut obstructio cõmittit prędictos affectus. Pari rõne nec vbi pituitosus humor exuperat, febris sequitur, nisi putrescat prius.

Leoni. SEMPER. n. suis natura viribus vtens: quicquid optimum fieri cõtigerit his, quæ aluntur partibus, assimilare: quicquid vero alienum, conatur excernere. Quòd si aliquando ob crassitudinem, aut multitudinem, aut tenacitatem materiæ inutilis, aut aliquam meatuum obstructionem, aut propter sui imbecillitatem totum quod est vitiatum nequeat expellere: necesse est, vt si id diutius in animalis corpore perdurauerit, corrũpatur. Necq;. n. fieri potest vt alius quispiam ex humoribus talis permaneat, qualis erat ab initio, nedum qui ita deprauatus, vt naturæ cultus sit expers. Sed alterum omnino sequitur, vt. s. concoquatur, apponatr, atq; assimiletur solidis partibus animalis, aut corrumpatur & putrefiat. Sic enim his qui morbo regio, atque atræ bilis passionibus infestantur, quando biliosi humores superabundantes diutius corpus obsederint, febres superueniũt. Sæpius etiã aut epatis aut splenis affectus attulit feb,

qñ

qñ.s. hæ, quas diximus nup, passiones aut ex inflãmatiõe, aut obstructiõe cõtigerint. Eadẽ quoq; rõne & pituita humore redundãte nõ accẽditur feb. nisi prius putruerit.

COMMEN. 99.

DECLARAT *unde accidat humorẽ putrescere, qui est causa feb.* Et *dicit q, natura utẽs suis uiribus.s. attractiua, retentiua, digestiua, et expulsiua, nititur assimilare partibus nutriendis quicquid optimũ fieri põt, & quicquid alienũ expellere, q, si aliquãdo totũ quod est uitiatũ nõ poßit expellere ob craßitudinẽ, aut multitudinẽ, aut tenacitatẽ materiæ inutilis, aut aliquã meatuũ obstructionem, aut sui imbecillitatẽ, necesse est, ut si id diutius in animalis corpore perdurauerit, corrũpatur. Nã ex quo illud nõ est corpori utile, & indiget expulsione nõ regitur a calido naturali.* Neq;.n. *ait, fieri potest ut alius quispiã ex humoribus talis permaneat, qualis erat à principio, ne dũ qui ita deprauatus, ut ab ipsa natura amplius reduci nõ poßit: sed alterum omnino sequitur, ut s. cõcoquatur, apponatur, atq; aßimiletur solidis partibus animalis, aut corrumpatur et putrefiat. Sic.n. his superuenit febris, qui morbo regio, aut atra bili infestantur, quando humor in corpore exuperans diutius immoratur.* Etiam *in particulari membro sæpius affectus, ut iecore, & splene attulit febrem, cum aut ex inflammatione*

aut obstructione contingerint hæ paßiones, quas nuper diximus.s.corruptio & putrefactio. Pari *rõne nec ubi pituitosus humor exuperat accenditur feb.nisi prius putrescat.* Deinde cum dicit.

TEX.

Lau. ATQVE ob hunc quidem, quod ab antiquis existimatum est etiam impossibile, sæpe numero uisum est: id autem est sine febre rigor, qui nonnullis quidem semel accidit, nonnullis autem etiam per circuitum pluribus diebus, vel continuus ab initio vsq; ad finem, vel oĩno ita mediocris, vt nequaquam esse uideatur quoties quieuerint, sed vbi moueatr tm̃modo efficiat sensum: vel etiam maior, ut etiam sine motu infestet. Sed quoties talis humor spatio temporis putrescat, non rigent solum: sed etiã febricitant. Et diuturna admodum & solutu difficilis febris in quotidiana forma tales affectus sequitur.

Leoni. IN hoc autẽ uisum est sæpius id quod antiqui impossibile arbitrabantur. Est autem hoc, sine febre rigor, quod nonnullis equidem accidit semel, nonnullis autem per uices interpellans multorum spatio dierum, aut à principio usq; ad finem continuatur: aut uidelicet est ita oĩno exiguus, ut neque adesse uideatur, quũ se quieti tradiderint:

sed

ſed quũ moueri cœperint, tunc demum eũ ſentiunt, aut tantam uim habet, ut ſit etiã ſi ne motu moleſtus. Sed quãdo huiuſmodi in tẽpore humor putruerit, nõ modo rigẽt ſed etiã febricitãt. At quę tales ſequitur diſpoſitiones febris, eſt ualde diuturna & difficulter ſolubilis in quotidianæ figura progrediens.

COMMEN. 100.

REMOVET *antiquorũ errorẽ, qui arbitrabãtur rigorẽ nõ poſſe fieri ſine fe. et dicit q̧ multoties uiſum eſt, q̧ nonnullis accidit ſemel rigor ſine febre, non nullis autem per circuitum pluribus diebus, uel cõtinuus à principio uſq; ad finẽ, uel omnino ita exiguus ut nequaq̃ eſſe uideatur, cũ ſe quieti traddiderint, ſed cum moueri coeperint, tum demum eũ ſentiunt, aut etiã ita magnus eſt ut ſine motu infeſtet.* Hic *error, etiã reprehenditur ab eodẽ. 2. de cauſis sympt. cap. 5.* Vbi *ita ſcribit.* Ad *rigores ſemp febrẽ ſequi, ut uetus ſermo eſt, ita uerus ex omni parte non eſt, ne ſi ipsũ quidem ut decet definias, ſic. n. ijs qui antiquorũ placita enarranda ſuſcipit, ea amice magis definire, quã moroſe redarguere debet.* At *ne ſic quidẽ uerus eſt ſermo, uel ſi definientes dixerimus rigores citra externam occaſionẽ è corpore cõcitatos, febres neceßario ſequuntur.* Quippe *non ſolum nobis: sed compluribus quoque ante nos*

medicis uisus est rigor sine febre, non tamen adeo ualidus, ut is qui uel tertianã, uel quartanã precedit, uel is quoq; qui et ardentes & calidas febres finire potest. Solent huiusmodi rigores à praua uictus ratione originẽ ducere, dum p ociũ quispiam se impleuerit, et subinde à cibo lauerit. Quòd si ciborum quoq; tẽperatura frigidior sit, ac pituitam suapte natura parere possit, tum promptissime rigor excitatur, adeo ut perquam difficile sit calorem reuocare. Non igitur mirandum est superioris seculi medicos huiusmodi rigoris speciem nunquam uidisse, ut pote minus aberrantibus tunc quam modo á salubri uictus ratione hominibus, neq; etiam tã crebro se lauãtibus. Verum ut nuper dicebamus, huiusmodi rigores ad horrorem magis, quàm ad concussionem pertinent. Quum enim praua excrementa fuerint cõgesta, in primis inęqualitatẽ sentimus, quæ si acria fuerint, erosionis quoq; sensus accedit. Secundo loco exiguũ horrorẽ percipimus, mox maiorẽ tandem adeo magnũ, ut iã rigoris particeps esse uideatur. Postremo rigorẽ ipsum solũ sentimus, quo partes, & quatiuntur, & concutiuntur. Huiusmodi rigor ob frigidos succos nunquã excitari uidetur. Principio. n. ob crassitudinem uehementer moueri nõ possunt, q̃ si aliquãdo extenuẽtur, rigorẽ quidẽ excitabunt, sed nõ ita ualidũ, quippe nõ tantam admittit subtilitatẽ extenuata pitui-

ta

ta, quantā extenuata flaua bilis. Atq; ut huiuſmodi rigoris modus parū fuit ueteribus cognitus, ita perniciosus in morbis rigor ipſis nō fuit ignotus, dicente in aphoriſmis Hyp. Si rigor per febrem non intermittentem acciderit imbecillo letalis eſt. Etenim in huiuſmodi rigoribus inſurgit quidem natura contra res noxias, quo eas expellat, sed uicta cadit extinguiturq;, atq; hanc obrē redditur symptoma perniciosum. Idem ſcripſit in tract. de inæquali temperie.

DE FEBRE EPIALA. CAP. VI.



HOC genere continetur febris epiala proprie nominata, quoties ſimul febricitant ac rigent: & utrunq; ſentiunt, eodem tempore in quauis corporis parte. Lau.

EX hoc igitur genere eſt etiam febris ea quæ proprie uocatur epiala, quando ſimul febricitant & rigent, atque eodem tempore in toto corpore utrunque ſentiunt affectum. Leoni.

COMMEN. 101.

HOC *in loco agit de febre epiala, & de humore, quem Praxagoras uitreum appellauit, & de*

generibus pituitæ. Et dicit q̃ huius generis scilicet quotidianæ est etiam febris quæ proprie appellatur epiala. Et est cum infirmus simul febricitat & riget, & eodem tempore in quauis corporis parte utrunq; sentit. Differt hæc febris à lypiria secundum ipsum in tractatu de inæquali intemperie, quoniam in hac febre in quacunq; corporis parte simul sentitur calor & frigus, sed in lyparia intus & in ipsis uisceribus calor sentitur, & in exterioribus partibus uniuersis frigus, sic enim scribit ibi. Quippe si pituitosus succus qui frigidus est, queq; Praxagoras uitreum appellat, & amara bilis, quæ calida est, simul abundet, ac per sensibilia membra moueantur, nihil miri est utrunq; à cubante pari modo sentiri. Neq; enim si hominem sub sole feruido statuas, & aquam illi frigidam infundas fieri potest, ut non simul & à sole calorem, & ab aqua frigus sentiat. Verum hoc casu ambo extrinsecus sunt, nec paruis portionibus incidunt. In febribus quas epialas uocant, tum ab interno, tum exiguis portionibus: eoq; uniuersum corpus ambo sentire uidetur, Quum enim tenuissimis portiunculis aspersum per corpus, tum calidum sit, tum frigidum, nullam sensilem alterius portiunculam ita paruam desumas in qua non alterum sit comprehensum. In ipsa tamen accessionis inuasione aliqua febricitãtium,

Febris epiala, q̃d & q̃d lypiria

tum

tum rigent, tum uero febricitant, tum ambo sentiunt frigus immodicum & calorem unà uerum non eodem loco, quippe quum poßint quæ excalfactæ sunt partes manifeste à refrigeratis discernere. Nam intus & in ipsis uisceribus calorem sentiunt, in externis partibus uniuersis frigus. Tales perpetuo febres sunt, & quæ græce lypiriæ uocantur, preterea quoddam ardentium febrium perniciosum genus. Quod igitur in his maioribus portionibus accidit. Hoc in epialis contingit minutis. De his etiam duabus febribus locutus est incidenter tertio de simplici medicina cap. decimo quinto, ostendens quomodo simul possunt duo contraria sentiri. Et de lyparia secundo predictionum com. illius. Si caput, manus, ac pedes frigidi sunt, uentre costisq; calentibus, malum est. Auic. uero epialam appellat, quando calor apparet in exterioribus, & frigus intra, & lypariam, quãdo econtra, sed hic modus raro uidetur, & ideo eum non posuit Gal. Et epialam dixit Auicena fieri á phlegmate uitreo in occulto & profundo corporis contento per putrefactionem moto, nam antequam pars huius phlegmatis putrescat, non manifestatur eius frigiditas, quoniam tunc in membro in quo iacet quiescit, et ei est domesticũ. Sed postquam hæc incipit putrefieri, quodãmodo de loco suo mouetur, & sparsione quadã manifestat

Lypiriæ quoddã ardentiũ febriũ pniciosum genus.

Epiala secundũ Auicenã

A quo humorẽ fiat epiala secundum Auic.

frigus, quod in ea est, non tamē tanta q̃ cōmuni cetur uniuersis membris et toto corpori, sed solū sentitur in interioribus. Et sic hora eadē friget æ ger intus ex uitreo phlegmate moto ad putredi= nem, & calet exterius ex uapore putrido uel fuli

Lypariæ duæ species.

gine putrida illic inflammata. De lyparia uero dicit, q̃ duæ sunt eius species. Vna ē phlegmatica, alia cholerica, non ex quauis cholera, sed ex ual de crassa. Et q̃ in phlegmatica interiora calent, & exteriora frigent, quia phlegma in profundo existens, quādo ibi inflammatur & putrescit ca lefacit illum locum, & non extra, quia parua est inflammatio & putrefactio non potens ad extra & usq; ad cutim uapores mouere. Secunda causa est, quia retrahitur calor ad intra ex nocumento interius percepto, & sic exteriora remanent fri gida. Alia causa est quia extra sunt humores fri= gidi uitrei, & interius putrescit humor qui facit caliditatem. Dat & aliam causam, quoniā mul= toties à phlegmate isto interius putrido exit ua= por non putredinalis propter caliditatem, qui ci to redit ad naturam suam frigidam & exterius infrigidat, quemadmodum uapor aquæ calidæ cito & faciliter suo spoliatus calore actuali, se ad suum reducit naturale frigus. Sed hic sunt

Dubia duo

duo dubia. Primum est circa secundam causam, quare in epiala non retrahitur calor ad intra, si cuti fit in lyparia. Secūdum dubium est circa ul

timam

timam causam, quoniam multo facilius debet hic uapor elleuari in epiala febre, cum totum phlegma non sit putridum. In lyparia autem cum putredo sit super toto phlegmate, non poterit elleuari uapor non putridus, imo necessario erit putridus tenens calorem. Circa primum dic, q, in tertiana fit caloris retractio, & tamen tertiana nõ dicitur lyparia, nec epiala. Et sic concedẽdũ, q, in epiala in principio fit aliqua retractio, sed pauca, & sic membra exteriora remanent calefacta. Dicunt secundo, q, causa quare in epiala non retrahitur calor ad intra sicut fit in lyparia potest esse diuersitas indiuiduorum in sensibilitate & aptitudine paßionum interiorum, etiam modus putredinis malignus uel non malignus. Et stant ista simul, quòd putredo & caliditas in toto phlegmate in lyparia sit remißior, & tamen sit malignior, cogens uirtutem intus confugere. De secundo dubio, dicunt, quòd in lyparia non totum phlegma putrescit, sed totum calefit, ex parte autem non putridi elleuantur uapores qui reducuntur ad suum naturale frigus & infrigidãt. In epiala uero, quia pars illa quæ non putrescit non calefit, sed remanet frigida. Ideo nõ elleuantur uapores ab illa, sed dico sine istis chimeris expositorum, quòd exteriora frigent & interiora calent. Quãdo in membris extrinsecis phlegma uitreum in parte putrescit. Nam tunc elle- Nota.

uantur uapores qui uadūt ad cor et intus calefaciunt, extra uero phlegma infrigidat, ſicut cōtrarium dictum fuit in epiala in qua interiora frigent & exteriora calent. Dat poſtea Auic. modum quo fit ex cholera lyparia febris. Et eſt quando cholera pauca craſſa ualde uiſceribus iniacens quieta putreſit, locum calefaciens in quo detinetur, & nihil quantitatis notabilis ex hoc reſolutum ad exteriora tranſit q, hæc calefaciat, uel ſi reſoluitur notabile aliquid tranſire non poteſt ad exteriora, ob itineris oppilationes, uel plurima phlegmata quibus replentur, tunc calor extraneus febrilis uiſceribus immanet & retrahitur interius uirtus ad locum doloris & acuti caloris una cum ſpiritibus & calore innato derelinquentibus exteriora ſubiungit. quòd lyparia eſt longioris ſpatij ſeu diutius permanēs, quàm emitriteus. Et id potiſsime intelligendum de lyparia phlegmatica, quoniam humor ex quo generatur craſſus exiſtens & uix reſolubilis ſpiraculo caret & ſenſibili reſolutione: sed in emitriteo cholera coadiuuat phlegma reſolui. Poſtea dat modum quo fit febris quam appellat Galenus epialam, in qua ſunt eodem tempore calor, & frigus intus & extra ſecundum unamquanque partem. Et dicit eam fieri à phlegmate uitreo in interioribus, & exterioribus exiſtente, & ſecundum partem putreſcente, & ſecundum aliam non, nam pars putrefacta calefacit, alia

Modus quo ex colera fit lyparia.

Lyparia lōgioris ſpatii emitriteo

non

non putrefacta infrigidat. Gentilis quinto can. in suo tractatu de tyriaca attribuit id ipsi Gal. quod omnino est impoßibile & contra eũ & omnes philosofos, uidelicet q̃ posibile sit idem membrum moueri simul duobus motibus cõtrarijs, ut ad caliditatem et frigiditatẽ. Et q̃ multæ medicinæ addunt in frigiditate & caliditate in nobis super nostrũ tẽperamentum simul et secundum easdem partes, nã secũdo de accidẽti cap. 6. Et si sit incredibile morbum calidũ & frigidũ simul esse in corpore, similiter siccũ et humidũ, aliquãdo tamẽ uidemus fieri eos. Hoc etiã dicit cõatur Gal. demonstrare tertio simp. cap. 15. ex pluribus exemplis, de duobus circulis sese inter secantibus in aqua, d̃ re amara & dulci simul mixtis, ut de absynthio & melle, ex quibus simul gustatur dulcedo & amaritudo, de emplastro ex solatro & camomilla, quod repellit & resoluit. Et de febre epiala, in qua totum corpus simul calefit & infrigidatur. Et de homine cuius pedes ponuntur in aqua frigida, & manus in aqua calida, à quibus super toto comunicantur calor & frigus. Sed hoc, ut dictum est, est contra omnes medicos & philosofos, quia contraria se inuicem destruũt. Vnde tertio de simp. med. cap. decimo quarto in fine dicit Gal. illud dicitur in summo calidũ, quod omnino est sine frigiditate, quia omnis remißio fit per admixtionẽ cõ

An idem mẽbrum poßit simul moueri duobus motibus contrarijs. Et nota gentilis errorẽ

trarij, ut dicit Arist. secundo topicorum, & ut uolũt omnes peripatetici. Est ergo impossibile idẽ simul calefieri & infrigidari, quia calidũ intẽditur, quãdo frigidũ remittitur, Et frigidũ intenditur, quãdo calidum remittitur. Si ergo cõtingat partẽ aliquam calefieri, frigiditas minorabitur. Sed si per te eadem pars frigefiat, frigiditas augebitur, & minorabitur caliditas. Et sic idem simul augebitur, & non augebitur, quod implicat cõtradictionẽ. Et ideo si quis bene consideret dicta & exempla Gal. Volunt q̃ idem subiectum secundum tamen diuersas partes sui moueatur contrarijs motibus, neq; ẽ possibile aliter imaginari, quoniam si idem posset secundum eandem partem simul calefieri & infrigidari, tunc contraria non curarentur contrarijs. Et ita periret tota medicina, quoniam si uelemus curare febrem, & exiberemus medicinam frigidam, ipsa non curabitur, quoniam & si corpus infrigidabitur, poterit etiam intendi in eo secundum eandem partẽ caliditas. Auer. 5. coll. cap. penultimo tenet contra Gal. q̃ medicinæ quæ curant morbos contrarios sunt medicinæ compositæ ex contrarijs, et quæ sunt reductæ ad tertiam unam formam, & non illæ quæ non sunt reductæ ad unã formam. Hoc sic probat. Quoniam si istæ uirtutes sint in eis æquales, tunc non uincet una alteram, sed æqualiter erunt temperaturæ, & nõ faciunt

Impossibile idẽ simul calefieri et ĩfrigidari

Auerroes contra Gal, de medicinis quæ curant morbos contrarios.

cient actionem quæsitam in corpore humano. Et *si una erit fortior altera, fortior faciet actionẽ, & actio illi debet attribui, et alia erit frustra.* Itẽ *tunc aqua tepida media inter frigidißimam et calidißimam, frigefaceret & calefaceret, cuius cõtrarium apparet ad sensum,* Huic *respondet* Gal. *tertio de simp. med. cap. 11. & 15. in exemplo de melle cum succo absynthij cõmixto, cuius dulcedo & amaritudo secundum diuersas partes linguæ sentitur, quoniam licet sit facta mixtio ad minima, tamen non sunt omnia unum, sicuti & comixtum ex aqua & uino, licet uideantur unũ, non enim datur corporum penetratio, ita dicẽdũ de medicinis compositis ex cõtrarijs et reductis ad unam formam, nam cum actuantur à calore nostro diuiduntur in partes & segregantur et cõtrarios faciunt effectus.* Et *de aqua tepida dicẽdum q; calefacit & infrigidat, sed non sentiuntur illi affectus contrarij, sicuti dulcedo & amaritudo illius cõmixti ex absynthio & melle, quoniam sensus tactus non est ita acutus sicuti sensus gustus. Sed difficultas est de* Tyriaca, *quomodo poßit stupefacere & calefacere.* Nam *stupefactio fit à frigido, & calefactio à calido, modo cum hi sint motus contrarij, eadem pars mouebitur motibus contrarijs. Sunt qui dicunt q; thyriaca potest calefacere & stupefacere, quia omnis immoderata discrasia lædit uirtutem sensiti-*

Aqua [te]pida calefacit & infrigidat.

Quomodo *tyriaca poßit stupefacere & calefacere.*

uam, & ita immoderata caliditas lædit sensum, quòd si magis augetur potest tollere sensum, & posset in tantum augeri, q. etiam tolleret uitam. Et ita dicunt, q. thyriaca calefaciendo stupefacit sensum & nõ infrigefaciendo. Et hinc est, dicũt, q. multæ medicinæ calidæ sunt stupefactiuæ. Sed hæc solutio ẽ falsa & presertim de tyriaca, quia si ipsa stupefaceret calefaciendo, tunc antiquior esset stupefactiua, sicuti & recens, cuius tamen oppositum patet, quia recens stupefacit, & antiqua non, & hoc non ob aliud nisi quia in tyriaca ingreditur opium quod est frigidum, sed cum transit 10. annos uirtus opij iam euanuit, quãdo uero est recens, quia uirtus opij adhuc uiget, stupefacit, & hoc ratione frigiditatis, ut patet ex Gal. octauo de compositione pharmacorum secũdum locos, & Auic. 2. can. cap. quarto. Et ideo dicendum ut prius, q. tyriaca hoc facit, quia constat ex partibus diuersis calidis & frigidis, quæ & si redacta sit ad unam formam, cum tamen actuatur à colere naturali, partes illius segregantur, & calidæ calefaciunt, frigidæ uero stupefaciunt. Quomodo autem medicina ellectiue educens attrahat humores sibi proprios, dixi in nostro de modo medendi. Deinde cum dicit Galenus.

TEX.

Lau. SANE Archigenes existimat de nulla

altera

altera nomen epialon dici quam de vna hac febri. Sed constat Atticos quosdam viros rigorem ante febrem ita appellare. Enimuero Praxagoras uidetur mihi appellare vitreum, humorem talem. Recentiores autem, e' quibus Philippus est, crudum simpliciter, nullum adijcientes vocabulum ad exquisitam definitionem. Is profecto ex specie pituitosi humoris est: vt qui admodũ frigidus atque humidus sit. Quisquis enim humor frigidus simul & humidus fuerit, sub ipsam phlegmatis, id est pituitæ cadit appellationem, si quis Hyppocratice & ex omnium consuetudine non solum veterum, sed etiam aliorum scriptorum nominare uoluerit. Prodicus enim libro de natura hominis praue nominat, errans circa tale vocabulum ipsa demiranda etymologia adductus. Sed non est presentis temporis ad talia deflectere orationem, cum aliam dicarimus illis disputationem. Ergo rursus ad institutum veniamus. Quisquis in corpore humor fuerit frigidus & humidus, ipsi hunc nominamus pituitam, tu si libet appellabis scindapsum. Adeo sane' nulla mihi vocabulorum est cura.

Leoni. ARCHIGENES quidem nulli id nomen unquam alteri rei accomodari arbitratur, nisi huic febri tantummodo, uidentur tamen & Attici quidam, etiam rigorem, qui febrem antecedit, ita nominare. Vitreũ vero huiuſcemodi humorem Praxagoras vocat. Iuniores autem, e quorum, numero eſt Philippus, ſimpliciter crudum, nullũ aliud nomen adijcientes, ut exquiſitius diſtinguant. Eſt autem & ipſe ſpecies quædã pituitæ, ſatis exiſtens frigidus atque tenax. Quicũq; enim frigidus et humidus humor exiſtit, ad pituitæ appellatiõem reducitur, ſi Hyppocratem omnesq; non modo priſcos medicos, ſed alios etiam græcos in nominibus imitari velimus. Prodicus ſi quidem in libro de hominis natura in hoc nomine præuaricat, ab admirabili quadã etymologia perſuaſus, ſed hoc tempus nõ ſuadet ad huiuſcemodi diſputationes ſermonem diuertere, quum alterum eisdem tractatum edixerimus. Quare rurſus ad ꝓpoſitum reuertamur. Quicunque humor in corpore frigidus atq; humidus fuerit: hunc nos pituitam appellamus: tu vero, ſi libeat, ſcindapſon nomines, adeo eſt mihi parua nominum cura.

COMMEN. 102.

TANGIT *diuersorum opinionem circa nomẽ huius feb. epialæ, & de humore ex quo fit, quem* Praxagoras. *Appellabat uitreum, & alij crudũ simpliciter, non addentes aliquid aliud.* Et dicit *ꝙ hic humor ex quo fit hæc febris, cum sit humidus & frigidus, est species quædam pituitæ. Nã quisquis humor frigidus & humidus est, sub ipsã phlegmatis id est pituitæ cadit appellationem, si quis eam* Hyppocratice *& consuetudine omniũ, non solum ueterum, sed etiam aliorum græcorum nominare uoluerit.* Deinde *reprehendit quendam cuius nomen erat* Prodicus, *qui in hoc nomine præuaricabat.*

Omnis humor frigidus & humidus sub appellatione pituitæ cadit.

TEX.

AT uero scias huius humoris plures esse differentias. Nam vna quidẽ species eius est admodum frigida: ita ut maximos dolores adferat, quum in locum calidum impacta est. Et sepæ numero multos dolores eorum qui colici dicunt̃, ex acri clysmate tali humore euacuato, statim sedatos intueri licet. Hic autem humor videtur similis aspectu vitro fuso. Altera uero species pituitæ est, quam excreantes sepæ expuunt quidam, sensibilem obtinens dulcedinem. Constatq; eam nequaq̃ pose esse omnino frigidam, si recordamur eorum quæ libro de simplicium medicamentorum viribus

Lau.

docuimus. Tertia præterea ſpecies alia pituitę eſt, quæ ipſis expuentibus acida ſentitur, ac minus quam vitrea, magis quã dulcis frigida eſt. Quemadmodum altera ſalſa habetur, aut ob putrefactionẽ, aut ob permixtionem ſalſę ſeroſæ humidi tatis.

Lau. AT non te lateat plures eſſe huiuſcemodi humoris differentias. Vna ſi quidẽ eius eſt ſpecies frigida, adeo ut quum loco obſtruitur, dolores maximos excitet, ſæpiuſque multa laxioris inteſtini incommoda hoc humore acuti clyſteris ui euacuato, ſtatim ſedari contingit, uidetur autem hic humor vitri liquefacti ſimilitudinem habere. Eſt & alia pituitæ ſpecies, quam plerique cum ſcreatu expuunt, ſenſibilem habẽs dulcedinem. Liquet autem ꝙ hanc exquiſite frigidam non contingit eſſe. Si quidẽ eorum meminimus quæ in libris de ſimplicibus medicaminibus diximus. Eſt & tertia alia pituitæ ſpecies, quæ expuentibus uidetur acida. Eſt autem minus frigida quã vitrea, magis vero quam dulcis. Sicuti & altera ſpecies eſt ſalſa, aut propter putredinem, aut propter ſalſæ ſeroſæ humiditatis mixtionem.

COMMEN. 103.

PLVRES *eſſe differentias ſeu ſpecies humo*

ris

ris pituitosi ostẽdit, & dicit q una est eius species admodum frigida, q cum in locum calidum impacta est, maximos excitat dolores, & q sæpius dolores laxioris intestini, qui colici dicuntur, hoc humore ui acuti clysteris euacuato sedantur: uidetur autem hic humor similis uitro liquefacto. Nota pro declaratione huius partis ex Auicenna prima primi, quòd species non naturalis phlegmatis ex parte substantiæ sunt mucilaginosum, crudum, aquosum, gipseum, & uitreum. Mucilaginosum est quod in suis partibus est ita diuersum in subtilitate, & craßitie, quòd uisu deprehenditur. Et dicitur à similitudine quam habet cum mucilaginibus, ut psilij, & altheæ. Crudum est, quod secundum iudicium sensus apparet æquale in subtilitate, et craßitie, licet uere diuersum sit in suis partibus. Aquosum est phlegma ualde subtile, uelut aqua aliqualiter inspissata. Gipseum est cuius subtile fuit resolutum propter nimiam morã eius in iuncturis, & hoc est craßius omnibus alijs. Vitreum est, quod uitro liquefacto simile est, in sui uiscositate & ponderositate. Mucilaginosum sæpius inuenitur descendens à cerebro ad nares, & quandoq; in uomitibus, & seceßibus, & urinis. Crudum multiplicatur in stomacho, & in intestinis, & interdum in uenis, & specialiter in senibus, propter diminutionem concoctionis, Et illic moram trahens paulatim augetur et incrassatur,

Spẽs nõ naturalis plegmatis.

Et cum tandem ab eo grauetur natura, & non poßit ipsum per uias expulsionis ordinarias expellere, faciens de poßibllibus, quod melius est, elongat ipsum à corde, & alijs membris intrinsecis, et mittit ad extrema, specialiter ad tibias, cũ sua grauedine naturaliter tẽdat ad inferiora. Et ideo tibiæ senum inflantur inflatione relinquente foueam post impreßionem digiti. Et specialiter in pinguibus, & solitis nutriri humidis. Aquosum phlegma sæpius inuenitur in saliuis et sputis male digerentium & nimis bibentium. Et à cerebro ad nares solet destillare, ut in principio corrizarum. Gypseum generatur communiter in podagris, & chiragris nodosis ex crasso phlegmate clauso in iuncturis, & illic manente, donec subtile eius sit resolutum, et crassum eius adeo induratum, ut sit sicut lapis. Ideo gypseum dicitur, quia gypso similatur, non fluidum, neq; molle. Ideo nõ humor proprie. Vitreũ cõiter generatur in decrepitis destitutis calore, & quandoq; mulieribus, et phlegmaticis aliarũ ætatum, & maxime in monoculo, uel in intestino colon, tum propter inuolutiones, & angulos eorum, tum etiã propter eorum frigiditatem, & distantiam à corde. Et quãdoq; apparet in squibalis effluere, ministratis chisterijs in colica. Et dicit Gal. 3. de locis affectis, cap. 5. Pituitæ unum genus est quod quotidie, uel excreando, uel uomendo, uel emũgendo educitur,

uaporoso

uaporoso.s.spiritu plenum, ut sensum quidem lateat ipsum esse dißimilare. Alia uero pituita similaris quidẽ uidetur, licet fortasse non sit similaris, qualis est crudus humor, q in urinis subst at à Praxagora uitreus appellatur: atq; ex hoc genere esse uidetur saliua, quæ neq; fluida admodum est, neq; aquosa. Et dixit. 4. de tuenda sanitate, q omnis pituitosus succus est crassus, & glutinosus. Non naturalis uero phlegmatis secundum sapores. Aliud est, quod est salsum, quod cæteris speciebus est magis mordax, & siccius, et leuius propter choleram quam suscipit in se, Et dicit Auicenna quòd cuiuslibet salsuginis causa est, ut terreæ partes adustæ siccarum complexionum, & amari saporis misceantur æquali mixtura, seu temperamento humiditati aquosæ pauci saporis, aut priuatæ sapore. Et intelligit misceri æquali temperamento, non q æquis partibus misceantur: quoniã sufficit, q terreũ adustum nõ obtineat in uirtute supra aqueũ humidũ manifeste, nec contra. Nam si partes terreæ adustæ multæ essent, & superarent humiditatem aquosam, proueniret inde sapor amarus. Et ex tali mixtura sicci, terrei, adusti amari, cũ humido aqueo insipido fiũt sales, et aquæ salsæ. Sil'r quãdo chol'a sicca natura, et adusta miscuerit se mixtiõe equali tenui carẽte sapore, uel insipido, faciet phleg. hoc salsũ, et est phlegma cholericũ. Et dicẽs Gal.

Omnis succus pituitosus crassus, & glutinosus.

Spẽs nõ naturat' phlegmatis secundum sapores.

hic q phlegma salsum fit, aut ob putrefactionẽ, aut ob permixtionem salsæ serosæ humiditatis. Intelligit q putredo facit phlegma salsum, propter hoc, quòd in eo facit adustionem, & cineritium, quæ commiscetur cum humiditate ipsius. Et per serosam humiditatem salsam, intelligit uirus cholericum, quale inuenitur interdum supernatans sanguini extracto per phlebotomiam, & interdum manans ex fistulis, et ulceribus uirulentis, & istud est salsum uel amarum, & immixtũ phlegmati, potest ipsum reddere salsum, quemadmodum cholera. Hoc phlegma salsum sæpe reperitur in uentriculis phlegmaticorum, uina fortia potantium, & salsis, & acutis utentium. Et uẽtriculo adhærens, sitim interdum clamosam causat & decurrens per intestina, quandoque excoriat ea, & inducit dysenteriam, et infiltratum in ano sequenter fortem tenasmonem. Et dicit Auicenna secundo cannone; q sapor salsus fundatur in substantia calida media inter subtile & crassum, & sapor amarus in substantia calida crassa. Et Galenus quarto simp. cap. 20. dicit. In substantia terrea calida subtili, & intelligit, inter terreas substãtias, subtilis est quæ est subiectum amaritudinis, & acutus seu acris in substantia calida subtili, & sapor ponticus in substãtia frigida crassa terrestri, & acetosus, seu acidus, in substantia frigida subtili, & stipticus in substantia frigida

Subiecta saporũ.

media

media inter ſubtilitatem & craßitiem, & in ſub ſtantia craſſa media in caliditate & frigiditate ſapor dulcis, & in ſubſtantia ſubtili media in caliditate & frigiditate, unctuoſus. Sed de ſtiptico non ſic dicit Galenus, quoniam uult ipſum diuidi in auſterum & acerbum, quæ terrena ſunt, & craßi corporis conſiſtentia. Inquit enim quarto methodi, cap. ſeptimo. Voco auſterum id quod eſt adſtringens, acerbum uero quod intenſum auſterum eſt. Et. 4. Simp. cap. 6. ait. Adſtringentia certè terrena ſunt, & craſſa corporis conſiſtentia, qualitate uero frigida, acida autem tenuitate pollent corporis. Et parum infra. Arborum fructus quotquot nobis ubi maturuerint dulces apparent, nuper enati, acerbi ſicciq; ſunt conſiſtentia, pro ſui nimirum parentis, quiſq; natura (ceu quodam ait loco Theophr.) oliuæ, uuæ, mala, mala punica, mora, palmulæ, pira, & progreſſu temporis humidiores redduntur, acquiruntq; ad acerbitatem aciditatẽ, quã ſenſim exeũtes, poſtea dũ mature ſcunt ac perficiuntur, dulces euadunt. Sũt qui non in arboribus, ſed poſtea cum decrepiti conditiq; aliquãdiu fuerint, dulcedinem accipiũt. Alij ſunt qui non interueniente aciditate: ſed palam ab acerbitate in dulcedinem tranſeunt, ſicut oliuæ. Etiam parum infra ait: quoniam autem cum principio lignoſi ſint (ut Theophraſtus dixit) ſicci quoque ſunt, ſimulque acerbi, uerum

Stipticũ in auſterum, & acerbũ diuidit.

Sapor acerbus et auſter quid.

affluentis postea humoris copia acidos efficiat: palam est saporem acerbum magis esse terrenum, acidum autem magis humidum. Itaque, & Plato recte definiuit dicens: Quæcunq; partes eiusmodi in succis defferuntur terrestres, hæ liquefactæ contrahunt, atque exiccant linguæ sensibiles partes: ac si exasperant, acerbæ: sin minus id faciant austeræ apparent. Et nota etiam cum postea inquit: uelox si quidem acidorum saporum transitus in sentientibus partibus fieri conspicitur, acerbum autem tardus. Tum acida quidem in alto magis agere apparent: in superficie uero acerba. Hæc itaque omnia crassarum esse partium acerba indicant, acida uero tenuium. Et ex his apparet manifestus error Thomæ de Garbo, qui uolens omnes species phlegmatis non naturalis reducere ad quatuor hic positas à Galeno ait, quòd acre & ponticum possunt poni pro uno, & quòd ponticum comprehenditur sub acetoso. An autem dulcis & amarus sint extremi sapores, sicut album & nigrum sunt colores extremi. Vide in nostro de modo Medendi. Aliud est phlegma, quod est acetosum. Nam sicut phlegma est duorum modorum, dulce per propriam naturam, ut phlegma naturale, & per rem extraneam, quæ fuit sibi admixta, scilicet sanguinem: ita acetositas phlegmatis

Error Tho. de Garbo.

matis acetosi contingit duobus modis: Vno modo per rem extraneam sibi admixtam, scilicet melancholiam acetosam, de qua postea: Alio modo propter ebullitionem, quæ accidit phlegmati, sicut accidit succis dulcibus fructuum, quòd primo ebulliunt, & postea acescunt. Nam imagineris, quòd sicuti succi fructuum à modico calore ebulliunt, & cito post acetosantur, ita phlegma naturale, quod est quidam succus quandoque à calore debili non plene coqui, nec sanguinem fieri, sed paulò post eius ebullitionem acetosari. Pro quo scias, quòd acetositas, quæ accidit per alterationem, est duplex. Vna fit per imperfectam decoctionem in rebus, in quibus multum est de humido aqueo: & talis uocatur acetositas pura, idest non coniuncta sapori acuto, non tamen est necessarium, quòd sit pura ab alijs saporibus: nam potest coniungi stiptico, ut in agresti uua in principio, & in quibusdam generibus pirorum. Alia est acetositas facta per putrefactionem, quia calidum rei aquosæ factum extraneum, educit de humido subtili rei, cum quo exit calidum naturale, & infrigidatur res ex hoc, sicut res aquosæ per diminutam decoctionem. Sed quia calidum extraneum aliquas partes rei adurit, cum educit humidum, & calidum illius rei, oportet, quòd remaneat

Acetositas p alterationem duplex.

aliquod uestigiũ caloris extranei in partibus combustis huius rei acetosæ: & sic acetum per putrefactionem factum, habet aliquas partes calidas secum mixtas habentes saporem acutum: propter adustionem: Et sic acetum non est pure acetosum, sed cum hoc acutum, pro quo uide. 4. Simp. cap. 2. & . 11. Hoc phlegma sæpe apparet in uentriculo male digerentium. Nam ad os uentriculi profluit naturalis melancholia ad desiderium suscitandum: & interdum tale generatur in uentriculo per uiam ebullitionis à debili calore. Scias quod à cibis acetosis, salsis, aut amaris, humores in epate generati non trahunt saporem, licet in uentriculo existentes trahere possint ab eis aliquam leuem saporis impreßionem. Et ratio est: quoniã de dictis sola succositas actu dulcis attrahitur ab epate, & residuum defluit inferius per intestina & in illa succositate sunt in potentia, amaritudo choleræ, acetositas melancholiæ, & sanguinis dulcedo. Sicut. n. apes ab amaris floribus sugunt substantiam dulcem, ex qua faciunt mel, & cerã: sic epar in cibis. Et propterea Auicenna prima primi non posuit modum aliquem specialis phlegmatis acetosi ex usu aceti, & acetosorum cibariorum. Aliud est phlegma ponticum quod similiter quandoq; fit ex alterius humoris commixtione, quandoq; ex alteratione phlegmatis in se ipso. Sub pontico, austerum comprehenditur, ex alterius

Quare acetum ptes aliquas habet calidas.

De põtico sub quo austerũ cõtinetur.

terius humoris commixtione, ut melancholia, põtica sibi immixta. Ex alteratione in se ipso, ut si à causa aliqua in se sit infrigidatum uehementi infrigidatione, adeo ut sapor eius sit cõuersus ad ponticitatem, quia aquositas ipsius est congelata, & aliqualiter alterata uersus siccitatem, & terrestreitatem, & non superuenit ei calor debilis, qui faciendo ipsum ebullire conuerteret ipsum ad acetositatem, neq; calor fortis, qui digereret ipsum, & faceret ipsum sanguinem. Sapor ponticus seu acerbus est sapor qui linguæ applicatus superficietenus exasperat ipsam, ut sapor balaustiarum, gallarum, corticum granatorum &c. Et sapor fructuum omnium in principio sui, qui dulces fiunt, quando maturantur, ut dicit quarto Simp. cap. 6. Dicunt, ad hoc ut phlegma fiat ponticum per alterationem, siue alterius humoris commixtionem, requiritur primo, q, nullus calor obuiet ei, qui facere poßit ipsum ebullire. Secundo q, a frigore paulatim inspissetur. Tertio q, aliquæ partes ipsius aquosæ fiãt terrestres, sicut aqua per inspissationem conuertitur in terrestrem, quia de ratione pontici sunt terrestreitas, spißitudo, & frigiditas. Et Gentil. dicit, quòd modus quo fit phlegma dulce naturale ponticum, est quòd phlegma naturale non occurrat calido putrefacienti, nec calido quoque coquenti ad sanguinem, sed occurrat frigidiori inspissanti, et ex-

Sapor põticus quid.

Quid requiritur ad hoc ut phlegma fiat ponticũ.

primenti subtile humidum, unde sit in eo siccum terrestre cum humido aqueo crasso. Dicunt, quòd hoc phlegma raro reperitur, quia raro fit melancholia pontica, quæ phlegmati mixta reddat ipsum ponticum, etiam rarum est, ut in tantum possit crescere frigus in humano corpore, quod congelet phlegma, & faciat ponticum. Non est tamen impossibile cum referant quidem sentire, quandoque frigus in uentriculo quasi glaciei. Idem de cerebro, & aliqui de intestinis. Sed dices, quomodo phlegma dulce remanens phlegma potest fieri per se ponticum, cũ tale sit priusq̃ semicoctum: et omne ponticum sit crudissimum. Item si aliquis humor fiat ponticus, erit melancholia non phlegma: patet consequentia, quia omne ponticum necessario est frigidum, & siccum. Dicunt phlegma fieri ponticum, potest intelligi duobus modis: Vno modo uniformiter per totam eius substantiam, & intense: Alio modo quasi superficialiter secũdum aliquas sui partes, et remisse. primo modo dulce phlegma remanens plegma, non potest fieri per se ponticum, sed bene secundo modo. Potest enim diuturnitate temporis inspissari, & partes eius aqueæ, quæ nondum passæ sunt digestionem congelari, & terrestres fieri, licet non adeo congelari possint, quòd fiant lapis. Sed hæc apud Gal. non sunt dicenda. Phlegma uitreum, quod ob simi

Dubitatio.

litudinem,

litudinem, quã habet cum uitro liquefacto in colore, uiscositate, & pondere, aliquando est acetosum, ut cum à calore debili facta est in eo ebullitio, aliquando est insipidum, ut quando inspissatum fuit; & neq; calor debilis, neq; fortis fecit ipsum ebullire. Et dicit Auicenna, quòd hoc est, quod erat aquosum in principio sui, & non est putrefactũ, neque aliquid ei commixtum, sed tã diu mansit reconditum, donec fuit inspissatum, & frigidius factum, non tamen supple congelatum, nec ita terrestre factum, ut inde mutet saporem, & ponticum efficiatur. Ex his patet quatuor esse modos corrupti phlegmatis, ex parte saporum ipsius, salsum, acetosum, ponticum, & insipidum: austerum sub pontico comprehenditur: Et quatuor ex parte substantiæ suæ, aquosum, uitreum, mucilaginosum, & gypseum; crudum sub mucilaginoso comprehenditur. Nam omne phlegma tale, uel est subtile fluidum ad aquositatem tendens, & sic est aquosum, uel crassum, inspißatum: & hoc tripliciter, uel ad instar mucilaginis, & est mucilaginosum: uel ad instar uitri liquefacti, & est uitreum: uel ad instar gypsi, & est gypseum. Item tantum sunt nouem sapores: tres calidi, scilicet amarus, salsus, acutus: Tres frigidi, scilicet austerus, ponticus, & acetosus: Et tres medij. s. dulcis, unctuosus, & insipidus. Sed Gal. solũ posuit hic quatuor

Phlegma uitreũ, aliquando acetosũ, & aliquando insipidũ

Modi 4. corrupti phlegmatis ex p te saporũ ipsius & 4. ex pte eius substãtię

Q̃uo hic a Gal. ſo lũ de. 4. ſp̃ebus nõ natural' phlegmatis fit mẽtio
Ponticũ nõ datur ſecũdum Galenũ.

ſpecies phlegmatis non naturalis: uitreum, dulce, acidum, & ſalſum: Sed ſub uitreo mucilaginoſum & crudum comprehendit, ſub dulci inſipidum, & ſub ſalſo acre. De inſipido mentionem fecit primo de Natura humana com. 30. Et de acri tertio de locis affectis cap. 5. De gypſeo uero nihil dixit: quia non eſt humor proprie, etiam quia exiccatum, & terreſtrificatum non poteſt febrẽ facere, & ponticum non datur ſecundum Galenum, quia phlegma omne eſt humidum, & ponticum eſt ſtipticum & terreum. Et inquit quarto Simp. cap. 17. Scire oportet acres ſapores omnes ſumme eſſe calidos: ac deinceps poſt illos eſſe amaros, deinde uero dulces. Cum uero in omnibus ampla ſit latitudo: is qui magis, aut acris, aut amarus, aut dulcis eſt, magis quoque eſt calidus: qui uero minus tantum amittit caloris, quantum abeſt ab exacta guſtus qualitate. Terminus autem ſeu finis ſaporis amari eſt abſtergere, acris uero urere, at dulcis nutrire: ubi uidelicet in ſua quiſq; natura abſolutus fuerit: hoc eſt ubi quo ad fieri poßit minime alienis permixti ſint qualitatibus.

Amari ẽ abſtergere acris urere, et dulciſ nutrire.

TEX.

Lau.

EX qua febricitantes minime rigent, ſed horrent tantummodo, prehendente acceſſione. Acida autem ac uitrea ſi moueatur, per corpora ſentientia permeans, infert rigorem

gorem

gorem ſine febre. Quòd ſi qua putredo moderata illis adfuerit, epialam committit febrem. Sin magis putreſcat, rigor præuenit: febris ipſa ſubſequitur, deuicto frigore ab ipſa multitudine caliditatis, ita vt nullo modo exiſtat per incrementa & vigores acceſsionum. At vero vitrea pituita forſitan acidæ qualitatis particeps eſt: ita vt omnes eius differentiæ tres exiſtant: acida, dulcis, ſalſa, atque ex pituita dulci putreſcente rigor minime antecedit febrem.

IN qua ſi quos febricitare contingit, ſuperueniente acceſsione non rigent, ſed tantummodo horrent. Acida vero ac vitrea, ſi per ſentientes corporis partes deferatur, ſine febre rigores generat. Quod ſi modica aliqua in ipſis fiat putrefactio, febrem epialam appellatam inducit. Quòd ſi vehementius putreſcant, rigor quidem antecedit, febris vero ſequitur ſuperata a multitudine caliditatis frigida materia, adeo vt dum febris inualeſcit atque conſiſtit, minime ſentiatur. Forte autem & vitrea pituita acidæ qualitatis eſt particeps, adeo vt eius differentiæ tres ſint numero vniuerſę, acida, dulcis, & ſalſa: minime vero dulci pituita putreſcente febrem rigor antecedit. Leoni.

COMMEN. 104.

PONIT *signa febrium quæ fiunt à prædictis humoribus.* Et *primo eius quæ fit à pituita salsa.* Et *dicit quòd ex ea febricitantes superueniente accessione non rigent, sed tantummodo horrent.* Et *de causa huius signi iam patuit supra in de signis phlegmaticæ.* Declarat *deinde speciē phlegmatis quæ fit ab humore uitreo & acido.* Et *quod dicit de rigore est ob mordicationem maiorem quam habet ille humor.* Et *quod dicit de putredine moderata patet:* Quoniam *ut dictum est in epiala febre, cum putredo fortis non est, pars putrefacta calefacit, & non putrefacta infrigidat.* Sed *cum fortis est putredo, antecedit rigor, & sequitur febris sine admixtione frigoris superata a multitudine caloris materia frigida.* Et *dicit postea has species phlegmatis posse ad tres species reduci: cum uitreum phlegma facta in eo a calore debili ebullitione, participet acida qualitate.*

Febricitātes ex pituita salsa non rigent.

TEX.

Lau. FORSITAN vero, neque simpliciter, neque à simplici causa quis existimarit tales fieri febres. Siquidem quicquid pituitæ putrescit, accendit febrem: reliquum nondum putrescens, ex quo rigent, non eiusdem est qualitatis cum ea quæ putrescit. Si igitur ab hac quidem rigor, à

putrefacta

putrefacta vero febris efficitur, duplex ſemper cauſa erit. Licet uero hic dicere febrem ab altero quidem fieri cauſæ genere, rigorem autem ab alio; vt qui non ſit, quod febris. Per febrem tamen tertianam flaua bilis & rigorem efficit, & febrem. Sed hæc logicæ magis ſunt conſiderationis.

QVISPIAM vero fortaſſis, neque ſimpliciter, neque à ſimplici cauſa huiuſmodi febres fieri arbitraretur. Siquidem totum id quod ex pituita putreſcit, febrem accendit, reliquum vero quod nondum putreſcit, cuius cauſa rigeſcunt, non eandem habet cum putreſcente qualitatem. Si igitur ab hac quidem rigor, à putreſcente vero febris generatur, duplex ſemper aderit cauſa. Contingit vero & hic febrem quidem ab altero cauſæ genere dicere fieri, rigorem vero ab altera, vt qui non ſit, quod febris. In febribus quidem tertianis flaua bilis rigorem efficit ac febrem. Sed hæc quidem logicam magis habent quæſtionem. Leoni.

COMMEN. 105.

DVBIVM *remouet: Nam quiſpiam poſſet arbitrari febres epialas non eſſe febres ſimplices, immo ex pluribus compoſitas: quoniam*

si in ea est calor ab humore qui putrescit, & frigus ab eo qui non putrescit, cum unum istorum sit diuersæ qualitatis ab alio: uidetur q; huius febris duplex sit causa, & febris non sit simplex. Cui respondet Galenus dicens, febrem hanc fieri non a duabus illis causis, sed ab altera tantum: quoniam à phlegmate quod putrescit, et rigorem ut aliud a febre ab alia, scilicet a parte non putrida. Non sic autem est in tertiana: quoniam in ea flaua bilis rigorem facit, & febrem. Sunt autem hæc magis logicæ considerationis, cum medicus conclusiones suas amplius certificet sensu, et experimento, quam ratione.

DE

DE FEBRE COMPOSITA EX *cholera & phlegmate.*

CAP. VII.



OS ad institutum nostrũ redeamus. Permixta pitui ta putrescente, ex qua fieri quotidianam docuimus, cum bilioso humore effi- ciente tertianam, composi ta duplexq; causa & dispositio fuerit. Al- ter enim humor vno quoq; die, alter tertio quoque die committit accessionem: ita ut vnus dies duas habeat accessiones: alter ue ro vnam, quum tẽpora accessionis in eas- dem horas minime incidunt. Vbi enim incidant, una erit confusa, neq; tertianæ, neq; quotidianæ exactam speciem seruãs. Lau.

IAM vero tempus est ut ad propositum institutum reuertamur. Si pituita putre- scens, ex qua febrem illam quæ singulis die bus accessionem facit, accendi dicebamus misceatur amaræ bilis humori, ex quo ter- tiana gignitur febris, duplex iam causa ac dispositio coniungeretur. Alter siquidem humor affert quotidie accessionẽ, alter ve- ro tertio quoq; die, itaque alter quidẽ dies duas habet accessiones, alter uero vnam Leoni.

tantummodo, nisi accessionum tempora in easdem horas conueniant, si enim conuenerint, fiet vna febris confusa, quæ neq; puræ tertianæ, neque quotidianæ formam præsefert.

COMMEN. 106.

INTENDIT *nunc declarare inditia putridarum compositarum. Et primo ponens inditia compositæ ex phlegmatica & cholerica, dicit q, si pituita putrescens, ex qua accenditur febris, quæ singulis diebus accessionem facit, misceatur cum flaua bile, ex qua tertiana gignitur febris, tunc dispositio id est febris erit composita, et causa eius erit duplex. Pituita enim uno quoq; die cõmittit accessionẽ, flaua uero bilis tertio quoq; die, ita ut unus dies duas habeat accessiones, alter uero unam tantummodo, nisi accessionum tempora in easdem horas cõueniant. Si enim conuenerint, fiet febris una confusa, quæ neq; puræ tertianæ, neque quotidianæ formã præsefert, cum signa utriusq; distincta ex permixtione eorum confundantur. Deinde cun dicit.*

Feb. composita confusa, quæ.

TEX.

Lau. ET quoniam utraque febris duplex est, implexus quatuor erunt. Vnus, in quo tertiana permiscetur quotidianæ: secundus, in quo tertiana permiscetur cõtinuæ: quotidianæ: tertius, in quo permiscetur quoti-

diana

diana tertianæ continuę, quartus autem, in quo permiſcetur quotidiana continua tertianæ continuę. Cœterum vniuscuiusq; dictorum implexuum differentia duplex eſt. Interdum enim omnes accesſiones eodem tempore ſimul inuadunt, quandoque diuerſis tẽporibus accesſiones prehendũt.

QVONIAM vero utriuſque febris duplex eſt ſpecies, quatuor ex ipſis fient cõplexiones. Vna quidem, in qua tertiana quotidianę intermittenti commiſcetur: altera vero in qua tertiana quotidianę continuę coniungitur. Et tertia in qua quotidiana intermittens tertianę continuę miſcetur, Quarta in qua permiſcetur quotidiana continua tertianę continuæ. Harum vero nuper dictarum complexionum omnium duę ſunt differentię, quum aliquando quidem in eandem horam accesſiones occurrant, nonnunquam vero diuerſis temporibus ſuperueniant. Leoni,

COMMEN. 107.

OSTENDIT, q; *hæ duæ febres poſſunt quatrupliciter componi. Nam quelibet poteſt eſſe continua, & intermittens, ideo una erit compoſitio in qua tertiana intermitttens quotidianæ intermittenti commiſcetur. Secunda erit in qua tertiana intermittens quotidianæ conti-* *quotidiana quatrupliciter componi poteſt cũ*

tertiana *nuæ coniungitur. Tertia erit in qua quotidiana intermittens tertianæ continuæ miſcetur. Quarta erit in qua per miſcetur quotidiana continua tertianæ continuæ.* Idem *ſecundo de criſi cap.nono.* Et *unius cuiuſq; dictarum complicationum duplex eſt differentia, quoniam interdum omnes acceßiones eadem hora ſimul inuadunt, non nũquã uero diuerſis temporibus.* Deinde *cũ dicit.*

TEX.

Lau. SED hi cognoſci facile poſſunt, præter quam ꝙ ſæpe intermittens minime cognoſcitur à parum exercitatis: quoniam ægri nunquam deducũtur ad integritatem. Sed oportet ſpeciem conſiderare acceſsionis, quemadmodum ſecundo libro de iudicio ſatis dictum iam eſt, & inde cognoſcere, non ex ipſa circuituũ proportione.

Leoni. Sed hæ quidem cognitu faciles ſunt, niſi ꝙ aliquando intermittens ignoratur ab in expertis, ea ratione, quoniam ægrotus nunquam à febre liberatur. At formam acceſsionis inſpicere oportet, quemadmodum in ſecundo de criſi plenius edocuimus, atq; inde; non autem ex periodorum ſimili proportione cognoſcere febrem.

COMMEN. 108.

OSTENDIT *facilitatem cognitionis harũ febrium, quarum acceßiones diuerſis temporibus*

bus ueniunt. Et dicit hæ febres sunt facilis cognitionis, & dato q aliquando in huiusmodi complicatione intermittens ignoretur, à parum exercitatis, Et hoc quoniam uident ægrotantem nunquã à febre liberari, quia cum una earum sit continua & alia intermittens, & continua non deficiat, credunt q sit una continua. Et dat regulam ad hanc cognoscendum, dicens, q oportet naturã accessionis considerare, et inde eam cognoscere secundũ speciẽ febriũ, et nõ ex ipsa circuituũ proportione, ita enim scribit secundo de crisi cap. septimo. Febres que citra membri paßiones consistunt dupliciter commiscentur, Aliquando quidem implicatione, non nunquam uero per se totas confuse. Membra quoque inflammata, & ipsa quædam ueluti complicantur Tantummodo. Quædam autẽ ueluti confusionem quandã habet dispositionũ, primũ igitur exercitari oportet ad hoc, ut complicationem cognoscamus, deinde ipsam confusionem à febribus incipientes, febres quidem complicantur unius generis cum aliis eiusdem generis, uel unius speciei cum aliis eiusdẽm speciei, contingit uero non nunquam ut etiam differentes, nam quotidianæ tertianis, & his quartanæ, & quæ eandem speciem seruant inuicem plerunq; complicantur, quo fit ut sæpius idem homo tres quartanos habeat circuitus, sed hos quidem non est difficile agnoscere. Quando

q; uero aliqua ex intermittentium genere cum continua complicata difficilimam uixq; explorabilem facit mixtionem, de qua deinceps dicemus si prius omnes quas proposuimus simplices differentias transegerimus, nam sicuti febres ita et patientia loca mixtionem recipiunt, uel quia differentia membra propriam singula febrem accendunt, uel dispositio mixta ueluti inflammationis quæ erisipelati aut erisipelatis q̄ inflãmationi commiscetur, sed in his omnibus mixtionibus dignoscendis exercitari oportet, quando iam exquisite omnes, earum formas simplices tenuerimus alia enim est forma febris ex latere, et ex pulmone, atq; epate ortæ, sicuti etiã omnes aliæ febres quæ ex inflammatione partium diuersificantur, sed & aliæ rursus formæ sunt earum quæ ex erisipelate accidunt et febris ardens maligna uel pulmonis aut epatis uel uentriculi erisipelatibus aduenit, distinguere autem oportet in singulis ægrotantibus. Primum quidem si sine loci passione sit febris, uel ex humorum putredine, uel quia solus spiritus sit alteratus, deinde si mẽbrũ patiens febris sit causa, & quæ nam sit eius dispositio, ubi uero horum notitiam exercitatione comprehenderis, tunc eorum omnium mixtiones inuenies. Ponit etiam modos tres Auic. quibus febres inuicem componi possunt seu complicari prima quarti tract. quarto cap. 16. Primus est cũ

febres

febres diuersorum generum simul componuntur, ut hectica febris cum putrida uel cum ephemera Secundus est cum simul componuntur febres eiusdem proximi generis, differentes tamen adinuicem specie, ut dum componitur tertiana cum quotidiana & fit emitriteus. Tertius est quando simul componuntur febres eiusdem speciei specialissimæ, ut duæ tertianæ adinuicem, uel duæ aut tres quartanæ ad inuicem. Et ex hac compositione duarum tertianarum sibi inuicem succedētium diuersis diebus paroxismi accidunt quotidie, sicuti paroxismi, quotidianæ. Vnde medici interdum credunt de tertianis duplicibus, q. sint quotidianæ. Et ex compositione trium quartanarū diebus diuersis sibi inuicem succedentium, paroxismi accidunt quotidianarij, sicut in phlegmatica quotidiana, quare credunt aliquando q. tres quartanæ sint una phlegmatica. Et interdum simul cōponuntur tres tertianæ. Et dicit Auic. si compositio earum fuerit secundum coalternationem id est successionem, sic q. una finita incipiat altera die sequenti, tunc accessio tertiæ diei uehementior erit, quoniam duplicabitur, redibit enim tūc accessio tertianæ primæ, & accidet etiam eadem die prima accessio tertiæ diei. Et similiter fiet die quinto accessio fortior, quoniam tunc accidet accessio tertia tertianæ primæ & secunda tertianæ tertiæ. Et hæc tertiana triplex. Sic

Nota

Compositio triū quartanarum.

Tres tertianæ

milatur emitriteo in hoc, quod ambæ omni die affligunt & habent rigores & horripilationes et dispares afflictiones in diebus suis, sicut compositio duarum tertianarum sibi inuicem succedentiũ diebus contiguis assimilatur febri phlegmaticę, quoniam quotidie duæ tertianæ affligunt sicut ista. Et ob similitudines istarũ febrium quibus frequenter decipitur Medicus, credens quandoq; de tribus tertianis quòd sit febris emitritea, & de duabus, quòd sit phlegmatica, non est credendũ neq; innitendum solis accessionibus ad iudicandum de specie febris, imo diligenter attendere oportet circa accidentia simplicium febrium & ipsarum signa, & ex his materiæ putridarum febrium, & differentiæ. Et dicit Galenus secundo de crisi cap. nono quod febres quæ ex mixtione aliarum uariantur atq; alterantur difficile est in die prima, non tamen impoßibile agnoscere, plurimas quidem in secũdo uel tertio uel omnino quarto die exquisite possumus inuenire, nulla.n. est neq; species neq; genus morbi quòd circa tertiam uel quartam diem cuius naturæ sit nõ poßit innotescere. Diuidit etiam Auic. species compositionis febrium dicens, quod alia est intrans, alia coalternata, & alia communicans. Et hæ differentiæ dicũtur proprie de secunda febre quæ primæ superuenit in constitutione compositæ febris. Nam uel simul incipit, & tunc est communi

Quomodo Medicus freq̃uẽter decipiatur

Febres quæ ex mixtiõe aliarum alterantur diffi cile ẽ prima die cognoscere.

febrium compositarum, alia in-

cans, uel post primam incipit, sed ante eius finem, & tunc est subintrans, uel incipit postquã iam prima finita est, & est coalternata. Et facillima omnium ad cognoscendum est coalternata, deinde subintrãs. Et difficilior est communicans ob confusionem signorum unius febris cum signis alterius eodem tempore. *trãs, alia subĩtrãs & alia coalternata.*

TEX.

SVBIICIATVR enim uenisse cuipiam circa horam primã, accessionẽ simul cum rigore, qui videatur uulnerare carnẽ laborantis, deinde omnia alia tertianæ feb. indicia usque ad uigorem processisse, cum uomitu bilis simul cum sudore benigno inclinare, atque esse iam diei horam nonam. Porro coniectare nos ex toto accessionis motu, circa undecimam horam sine febre fore ægrotum, ea scilicet integritate quam in circuitibus nominare solemus. Ita uero sperantibus statim subsistere sudorem, aut densata solum, aut etiam inhorrescente cute. Deinde initium, atque incrementum & ad hæc vigorem in genere continuæ febris pituitosæ sequi. Duplicem profecto ita cognoscemus causam esse ac speciem febrium, mixta intermittente cum continua quãuis nulla inueniatur intermissio. Ac sequenti quidem die speramus prehen Lau.

ſuram accesſionem hora nona. Et ſi ut ex-
pectabamus res ipſa eueniat, penitus tertio
die ſimiliter ſperabimus adhuc febricitan-
te ægroto, iterum prehenſuram eum tertia
næ febris accesſionem hora prima. Quod
ſi preueniat, aut cunctetur accesſio, quã ſe
cũda die ſperabamus fore hora nona, atq;
ea quã. 3. die credebamus futurã prima ho
ra: non etiam poſt hac ſequẽtibus diebus,
neque nonam horam, neque primam ex-
pectabimus: sed tanto prius aut poſterius,
quanto proportio primæ circuitionis ac-
cesſionem præueniſſe, ab hora qua initio
cepit, aut tardaſſe, indicauit. Vtra vero ea
rum deſitura ſit prius, tum ex febris ſpecie
coniectandum eſt. Tum ex ipſa accesſionis
longitudine, & magnitudine, & more, &
motu, & item circuituum repetitione, &
anticipatione & tardatione, & ad hæc indi
cijs quę poſtea apparent cruditatis & con-
coctionis totius morbi, quorum in vrina
maxima cenſentur. Ac de his omnibus li-
bro de iudicijs satis dictum eſt.

Leoni. SVPPONATVR enim cupiam ac
cesſionem incipere circa primam horã unà
cum rigore, qui uidetur pungere carnes la
borantis, deinde vbi alia omnia tertianæ
febris indicia uſque ad conſiſtentiam pro-
ceſſe-

cesserint, postmodum cum bilis vomitu atque optimis sudoribus declinare, ac iam vndecimam diei horam adesse, unde ex to ius acc essionis motu coniecturari possimus hora vndecima ægrotantem, febris intermissionem habiturum, talem videlicet qualẽ in periodis nominare consueuimus. Dum vero in hac spe sumus, subito retineri sudores, densata scilicet tantummodo, vel etiam horrescente cute, ac subinde principium, ascensum, consistentiam que febris continuæ, qualis ex pituita accenditur: sequi. Sic enim & duplicem causam ac duplicem febrium speciem cognoscemus, mixta intermittente continuæ, quãuis nulla intermissio deprehendatur. Secundo etiam die sperandum est hora nona accessionem futuram: quod si expectationi nostræ res ipsa respondeat, omnino etiam die tertia itidem febricitante adhuc ægroto, tertianæ febris accessionem hora prima superuenturam speramus. Quod si aut preuenerit, aut tardior fuerit, ea quam secũdo die circa horam nonam fore speramus accessionẽ, aut in tertio circa primam, nõ amplius diebus sequentibus, aut nonam, aut primam expectabimus horam. Sed tanto prius siue posterius, quanto in primo periodo similitu-

do proportionis accesſionem aut tardaſſe, aut acceleraſſe monſtrauerit. Quæ vero ex duabus febribus citius ſit finem habitura, ex earũ ſpecie, atque ex accesſionis prolixitate ac magnitudine, ex more præterea, ac motu, & reditu periodorũ, prout celerior aut tardior extiterit coniecturandum, adhibenda inſuper alia quæ ſuperuenerunt indicia coctionis aut cruditatis morbi totius, ex quibus maxima ſunt ea que in urinis exiſtunt, de quibus omnibus ſufficiẽter in libro de criſi tractauimus.

COMMEN. 109.

Exẽplũ cõpoſitionis phlegmaticę cum colerica

DE *prædicta compoſitione febris phlegmaticæ cum cholerica ponit exemplum, in quo etiam ponit ſigna quibus cognoſcitur, quando acceſſiones utriuſq; ſimul incidunt eadem die, & eadem hora, & quando diuerſis horis, & aliquando digrediendo, & ad propoſitum redeundo. Incipit ergo & dicit. Supponatur cuidam acceſſionem incipere circa primam horam diei unà cum rigore carnes laborantis pungente, & omnia alia tertianæ febris indicia uſq; ad conſiſtentiã proceſſiſſe, deinde cum uomitu bilis ac ſudoribus benignis declinare, ac eſſe iam nonam diei horam. Vnde ex motu totius acceſſionis, quem uidemus poteſt coniecturari hora undecima ægrotantem intermiſſionem febris habitarum,*

talem

talem, qualem in periodis febris tertianæ nominare consueuimus, scilicet ueram quietē, cū iam declinet, & accessio tertianæ sit breuis. Et ita nobis sperantibus subito sudores retineri cute densata, uel etiam horrescente, ac subinde principium ascensum consistentiam febris continuæ, qualis ex pituita accenditur, sequi. Vnde manifeste cognoscemus febrem esse compositam & causam febris ex tertiana intermittente & continua phlegmatica, quamuis nulla inueniatur intermissio, in qua infirmus ex toto remaneat sine febre. Hæc enim accessio feb. phlegmaticæ inuasit ante perfectam declinationem accessionis tertianæ. Et sic quo ad aliquid inciderunt eadem hora. Et dixit densata, uel etiam horrescente cute, quoniam in principio aduentus accessionis continuæ phlegmaticæ quædam accidit retractio, & fuga caloris ad intra, ex qua cutis infrigidatur & densatur. Et hæc infrigidatio etiā potest appellari horror, cū sæpe unū pro alio sumatur. Et prosequitur Gal. in hac complicatione dicens, secunda etiā die sperauimus accessionē scilicet cōtinuæ phlegmaticæ inuadere hora. 9. sicut inuasit prima die. Et si secūdū nostrā expectationē res euenerit, omnino etiā speramus tertia die superinuadere accessionem tertianæ hora prima, sicuti fecit prima die. Et si accessio quæ debet inuadere secunda die hora nona antici

pauerit, uel tardauerit, & similiter acceßio quæ expectabatur die tertia hora prima anticipauerit, uel post posuerit, tunc similiter secundum diuersos dies, neq; Secundum horam nonam, neq; secundum primam. Sperabimus inuadere accessiones, imo speramus eas inuadere tanto citius uel tanto post, quanto proportio primi periodi demonstrauit accessionem uel anticipantem uel tardantem ab ea quæ à principio fuit hora inuasionis. Et hoc dixit ob diuersitatem febrium. Nam quædam febres semper anticipando procedunt, quædam post ponendo, & quædam non. Postea incidenter ponit Gal. signa, quibus licet cognoscere quæ istarum duarum febrium citius recedit & breuior erit alia. Et hoc cognoscitur, dicit, ex specie feb. quoniam tertiana ut plurimũ est breuior phlegmatica. Et ex prolixitate accesionis, & breuitate, ut comparando acceßiones unius febris ad acceßiones alterius, quoniam phlegmaticæ & similiter quartanę habent accessiones longiores, quam tertiana ipsa. Et illa feb. ut plurimum est breuior, quæ accessiones habet breuiores. Similiter & ex magnitudine, ut si accessio cum multis, uel paucis sit accidentibus, ac motu et reditu periodorum, ut si celerior aut tardior fuerit, coniecturandum, & ex signis concoctionis & cruditatis, quæ in urinis apparent, de quibus omnibus dictum est in libro de crisi.

Et prima aph.com.illius.Accesſiones & conſtitu tiones. Deinde cum dicit.

TEX.

QVOD ſi pituitoſa continua nequaquam ad horam nonam,ſed quintam aut ſextam excipiat intermittentem bilioſam,quę prima hora incepit,adhuc difficilior cognitu eſt vulgo iſti medicorum,quibus talis conſideratio minime curæ ē,an ſcilicet ſit unū febrium genus quod infeſtat,an duo, & quod nam vtrunque ſit. Cæterum tanquam nihil horum cognoſcentes,non ſolum neſciunt quo nam modo oporteat curare eas quę nequaquā cognoſcuntur quales nam ſint,ſed neque utrum ſecūda die ſuſpectas habere conueniat vtraſque horas,quę prima die accesſiones attulerunt. Ego nāque, ſcio,viſus ſum eis ſæpe numero vaticinando potius quā pręſentiendo,ut medici ſolent,conieciſſe initium accesſionis. Per hāc igitur mixtionem (de qua nunc agimus) cum ea quæ quotidie accedit, vidi interdum circa primam horam prehendere accesſionem exquiſitæ tertianę, circa ſextam autē exiſtere accesſionem eius, quā recētiores medici ꝓprie nomināt cathimerinon id eſt,quotidianam ſolent enim ita nominare febrem,quę ſingulis diebus accedit, ne- Lau.

quaquã desinens ad integritatem. Ipse vero solitus sũ talẽ nominare, amphimerinõ id est quotidianam continuam. Nomen enim cathimerinõ nequaquã licet inuenire apud quemquã gręcorum scriptum, sed amphemerinon appellant, rẽ omnẽ quę singulis diebus similiter fit. Sed, ut Plato dixit contemnere oportet nomina eos quibus tantarum ac talium rerum proposita est consideratio. Appelletur igitur, gratia clarioris doctrinę, ea quę singulis diebus accedens desinit ad integritatem, quotidiana simpliciter, nihil insuper addendo ei per orationem, ea vero quę minime desinit, quotidiana continua: ac liceat tibi, si libeat, alteri adijcere, intermittens. pari ratione dicẽdum, & de ea quę tertio quoque die accedit. Altera enim differentia tertiana simpliciter, uel etiam intermittens tertiana habetur, altera tertiana continua est. Licet uero & continuam tertianam nominare tertianam simpliciter, sine adiectione ulla, quẽadmodum nonnulli appellant. Sed enim nõ opus ẽ fusius disputare de nominibus: sed redire ad institutum.

Leoni. SI uero quotidiana continua tertianam intermittentem quæ prima inceperit hora nõ nona, sed aut quinta, aut sexta apprehẽderit

derit hora,adhuc difficilior cognitio fit his vulgaribus medicis, qui talem contemplationem contemnunt, neque ſcire curant an vna ſit febris an duæ, & qualis nam ſit utriuſque natura. Vt vero qui nihil horum intelligant, non modo ignorant quo pacto curare oporteat has febres, quarum nullam habent notitiã, ſed neſciunt etiam utrum die ſequenti ſuſpicandum ſit de hiſce horis ambabus,quæ in primo die acceſſiones attulerunt. Ego vero ſum mihi cõſcius, quòd ſæpius ex diuinatrice quadam arte potius quàm prænoſcendi ſcientia medicinæ propria, viſus ſum eiſdem coniectura aſſequutus futuræ acceſſionis inſultum. In hac igitur ipſa de qua nunc agimus mixtione tertianæ cum quotidiana, vidi aliquando circa primam horã exquiſitæ tertianæ inuadere acceſſionẽ, in ſexta autem illius quæ à iunioribus medicis proprio nomine cathemerina, id eſt quotidiana appellatur. Ita enim vocare conſueuerunt eam febrem quæ ſingulis diebus accẽditur,neq; ullam habet intermiſſionem. Ego uero ſolitus ſum eandem febrem amphimerinã cõtinuã nominare, nã cathemirinõ uocabulũ nuſq; apud græcos ſcriptũ inuenitur:omnem uero rẽ quæ

quotidie eodem fiat modo amphimerinā uocant. Verum,ut inquit Plato,nō est habenda de nominibus cura quibus tantarū rerum inuestigatio proponitur. Vocetur itaque,manifestioris doctrinæ gratia, quæ quidem singulis diebus accenditur atque intermissione finitur, amphemerina id est quotidiana simpliciter, nulla alia sermoni facta adiectione. Quæ autem intermissionē non habet, quotidiana continua dicatur Alterā uero si quis uellet quotidianam intermittentem appellet. Eodem modo in tertiana statuatur. Altera quidem eius differentia simpliciter tertiana dicatur, aut tertiana intermittēs. Altera uero tertiana cōtinua. Cōtingit etiā hāc ipsā sine aliqua adiectione,tertianā simpliciter nominare,quod & ab aliquibus uideo obseruari. Sed non oportet de nominibus prolixius disputare. Sed potius ad propositi nostri institutum reuertamur.

COMMEN. 110.

VT ponat signa cōplicationis illarū,quādo accesiones utriusq; tertianæ.s.et quotidianæ simul inuadūt,primo aliquātulū à proposito ī quibusdā digrediendo dicit,q, si ubi prius ponebatur pituitosam continuam hora nona incipere, ponatur eam incipere non nona,sed quinta aut sexta,difficilior

cilior

cilior fit cognitio his uulgaribus medicis, q̃ cōtē nunt talē consideratione,neq; scire curāt,an una sit febris,an duæ,& qualis nā sit utriusq; natura. Et sic non solum ignorant quo pacto curare oporteat has febres,quarum nullam habent notitiam,sed etiam nesciunt an die sequenti suspicandum sit de his horis ambabus quæ in prima die accessiones attulerunt. Et ideo dicit q̃ sepius ex diuinatrice quadam arte potius quam prænoscēdi scientia medicinæ propria uisus fuit conijcere accessionis insultum. Et q̃ uidit aliquādo in hac mixtione tertianæ cū quotidiana circa primā horam exquisitæ tertianæ inuadere accessianē,in sexta autē illius quæ à iunioribus medicis proprio nomine cathemerina .i. quotidiana appellatur. Ita.n.cōsueuerunt uocare eā febrē quæ singulis diebus accenditur,& nullā habet intermissionē. Ego uero solitus sum eandem febrē amphimerinam continuā nominare. Nā cathemerinō uocabulū nusquā apud græcos scriptum inuenitur,tamen,ut inquit Plato,non est habenda de nominibus cura,quibus tantarū rerum inuestigatio propōitur,sed gratia manifestioris doctrinæ inquit uocetur quæ singulis diebus accenditur & intermissione finitur amphimerina.i. quotidiana simpliciter,sine alia adiectione,quæ uero intermissionem non habet,quotidiana continua dicatur. Et alteram,siquis uellet,quotidianam intermitten-

Feb. amphimerina continua,quæ
Nō habēda de nominibus cura.
Amphimerina, seu quoti

tem appellet, eodem modo dicendum de tertiana Altera simpliciter tertiana dicatur, aut tertiana intermittens. Altera uero tertiana cõtinua, licet & hæc ipsa ab aliquibus tertiana simpliciter nominetur.

Tertiana simpl'r, quæ

TEX.

Lau. NAN adolescens in quo dixi implexũ extitisse tertianæ cũ quotidiana continua, prima quidẽ die mane incepit cum rigore tertianæ ꝓprio febri, alia omnia seruãs exquisitæ tertianæ indicia usq; ad sextã horã, subitũq; uomitũ biliosũ, ac paruũ sudorẽ, à quo statim contractus est atq; inhorruit homo: deinde rursus prehẽdente accessione, pulsus erat paruus et inæqualis: post usq; ad horã undecimã succensa adhuc paulatim, pleraq; ipsius accessionis habebat propria: pauca vero quæpiam ipsius quoq; incrementi: deinde usq; ad noctis horã quartã incremẽtum diligẽs erat. Post in eadẽ magnitudine permanebat, ad ipsum quidẽ sẽsum, usq; ad horã noctis sextam. Vnde iã perspicue uidebatur inclinare usq; ad quartã horã in secũdo die. In ea. n. contrahebat atq; ipsius accessionis indicia ostẽdebãtur, partibus quidẽ ipsius extremis frigidioribus euadentibus, pulsu autẽ paruo, atq; increscebat vsq; ad uesperam paulatim, neq; horrorẽ

horrorē quēpiā, nec inæqualitatē aliā effi-
ciēs deinde rursus uigebat circa quartā ho
rā noctis, ac sēsibiliter inclinare incipiebat
circa sextā. Ac ꝙ quidē tertia die hora cir-
citer secūda oportebat eius expectare acces
sionē fore quotidianam, perspicuū erat: nō
tamē tertiana, an seruatura esset eādem ho-
ram, an nō, perspicuum erat. Accesio igitur
horrifica incepit hora secunda quæ citius
quam pro accesione, in prima ac secunda
die continuæ quotidianæ increscēs usq; ad
quintam horam initium rursus alterum fe
cit post quintam horam, atquæ ei erant
omnia symptomata similia ijs quæ secun-
da die extiterant. Deinde rursus incre-
scens promptius usque ad octauam ho-
ram, rursus horruit in illa hora, ac pau
lo post accesio prompte ascendebat in
crescens: ita ut circa horam noctis quar
tam ad consistendi vigorem deducere-
tur. Ecquidnam aliud quàm exquisitæ
semitertianæ hæc accesio extitit? Cum
duæ febres eadē hora inciperent, eo quo'd
quæ singulis diebus repetebat, duabus ho
ris preuenisset: tertiana uero duabus ho-
ris tardasset. Quocirca nitenti dignosce
re speciem febris, perspicue videri po-
tuissent temperata ac permixta tertianæ,

ac continuæ quotidianæ symptomata. Cum enim tertiana cũ rigore incipiat, quotidiana vero ſine rigore, permixta ex utriſq;, horrorem ſtatim inferebat: rem quidem minorem rigore, maiorem uero frigore, ac tanto maiorẽ frigore, quãto minor rigore eſt. Quapropter æqualiter diſtans ab extremis utriſque, horror in medio amborũ collocatur. rigoris ſcilicet atq; frigoris, id quod temperatis inuicem extremis potisſimum fieri ſolet.

Leoni. Adoleſcens enim in quo factam dixi cõplexionem tertianæ cum quotidiana continua, mane quidẽ in prima hora rigorẽ pati cœpit exquiſitę tertianę familiarẽ, aderãtq; alia omnia eiusdẽ febris indicia uſq; ad horã ſextã, dein repẽte copioſũ bilis induxit vomitum, nec non uentris deiectionem atque hanc exquiſite bilioſam & exiguos ſudores, inter quos ſtatim homo horruit, ac ſubinde incipiente ãnotatione pulſus, erat paruus, inæqualis, deinde uſq; ad horam undecimam, quum paulatim adhuc ſuccẽderetur, plura quidem ſigna habebat inuaſionis propria, paucis tamen intermixtis aſcenſionis indicijs. Hinc uero uſque ad quartam noctis horam febris certisſime intendebatur, deinde quantum ſenſu percipi

pi poterat, uſque ad ſextam noctis horam in eadem magnitudine perſiſtebat, mox iã manifeſte declinabat uſque ad diei ſequentis horã quartam. In hac enim contrahebatur, & in vaſionis ſigna oſtendebãtur, refrigeratis iam extremis partibus, paruoq; exiſtente pulſu. Et iam ad veſperas uſque intendebatur paulatim, neque horrorem neque inæqualitatem aliquam preſe ferens, de inde rurſus in ſummo cõſiſtebat circa quartam noctis horam. Sexta vero manifeſtisſime cœpit remitti, q́ quidem tertio die hora ſecunda quotidianam inuaſionem expectare oportebat in ambiguo non erat, non tamen utrum tertiana eandem horam eſſet ſeruatura, ſatis conſtabat. Hora igitur ſecũda, acceſsio ſuperuenit, quę celerius ea quę ĩ primo, & ſecũdo die quotidianæ cõtinuę facta erat inualeſcẽs uſq; ad horã quitã. Aliud rurſus eadẽ hora fecit initiũ, in quo aderant omnia ſimilia his quę in ſecunda hora cõtigerant accidentia. Hinc uero rurſus promptius inualeſcens uſque ad horã octauam, denuo in eadẽ horruit, ac paulo poſt accreſcẽs acceſsio expedite aſcẽdebat, adeo ut hora noctis quarta iã ad ſummũ peruenerit. Et quid aliud hoc erat quã acceſio exquiſiti hemitritæi duabus eadẽ hora inua-

dentibus febris, qm̃ quotidiana duabus horis celerius, tertiana autẽ totidẽ tardius accedebat, adeo ut quicũq; facultatem haberet febriũ figuras agnoſcendi, tertianæ ac quotidianę continuę accidentia in unũ cõfuſa, manifeſte deprehenderet. Nã quũ tertianæ inſultũ rigor comitaretur, quotidiana autẽ ſine rigor̃ inuaderet, mixta ex utraq; febris horrorem continuo afferebat, rẽ quidẽ rigore minorem, tãtoq; hac ipſa maiorem, quantũ à rigore magnitudine ſuperatur, adeo ut quũ ab utroquo extremo æqua diſtet proportione, horror medius inter ambo, rigorem. ſ. & frigefactionẽ collocetur. Quod quidem maxime fieri conſueuit, quũ extremitates confundantur.

COMMEN. III.

DEINDE *reuertitur Gal. ad exẽplũ cõplicationis tertianæ cũ quotidiana cõtinua, dicẽs* Adoleſcẽs. n. etc. *Et nota* ꝙ *ſi quotidiana inciperet hora ſexta uſq; ad .xi. non ſũt niſi quinq; horæ prinpium autẽ acceßionis eius eſt longũ, ut ſupra patuit. Et ideo circa horã undecimã caliditas paulatim ad huc ſuccendebatur, cũ non bene adhuc eſſent ſigna augmenti, hinc uero ſcilicet ab hora undecima diei uſq; ad quartam noctis horã durabat augumentum. Et ita augumentabatur quinque horis, erat enim in diebus æquinoctialibus, quando nox æqualis eſt diei, deinde uſque*

ad

ad sextã noctis horã in eadẽ persistebat magnitudine, postea declinabat usq; ad horam quartam diei sequentis. Et in hac hora quarta secũdę diei cõtrahebatur infirmus, & ostẽdebãtur signa accessionis & initij phlegmaticæ refrigeratis iam extremis partibus, & paruo existente pulsu, & intendebantur paulatim, sicut de natura est phlegmaticæ usque ad uesperas, neque horrorem neq; inæqualitatem aliquam præ se ferens, & demum in summo consistebat circa quartam noctis horam. Et manifestissime declinare incepit hora sexta. Et sic accessio huius phlegmaticæ incepit anticipare, quoniam in secunda die incepit hora quarta, et prima die hora sexta. ergo in tertia die oportebat accessionẽ exportare hora secunda non tamen nobis adhuc erit manifestum in tertiana, Si accessio eius in tertiana die seruabit eandem horam quam seruauit in prima siue non, quoniam nondum erat facta nisi una accessio eius. Nunc autem ex aduẽtu solum accessionis primæ, illud non potest cognosci. Et sic hora secunda tertiæ diei superuenit accessio cum horrore citius ea accessione quotidianæ continuæ, quæ in prima & secunda die facta erat inualescens usq; ad horam quintã. Aliud rursus in hora post quintam fecit initium in quo omnia symptomata similia his quæ in secũda hora cõtingerãt, & deinde promptius inualescens usq; ad horam octauam, denuo in eadem horruit, ac paulo post

accrescens accessio expedicte ascendebat, adeo ut quarta hora noctis iam ad summum peruenerit, deinde uolens Gal. declarare quomodo in prædicto exemplo manifeste apparent signa nobis significantia ibi duas esse febres complicatas dicit. Et quid aliud hoc erat, quam accessio exquisiti emitritei duabus eadē hora inuadentibus febribus, quoniā quotidiana duabus horis celerius, terciana autē totidē tardius accedebat, adeo ut quicūq; facultatē haberet febriū figuras cognoscendi tertianæ, ac quotidianæ continuæ accidentia in unum confusa, manifeste deprehenderet. Nam cum tertiana inuadit cum rigore, & quotidiana continua sine rigore, febris mixta ex utraq;, horrorem continuo afferebat, rem quidē rigore minorem, maiorem autē refrigeratione, tantoq; hac ipsa maiorem, quantum à rigore magnitudine superatur, adeo ut quū ab utroq; extremo æqua proportione distet, horror medius inter ambo, rigorē. s. et frigefactionē collocetur, quod fieri maxime consueuit cū extremitates confundantur. Vnde ut supra patuit, horror ē dispositio minor rigore, & maior frigefactione. Nam in horrore paßio quæ sentitur est mordicatio et pūctio quæ plus fit à materia calida cholerica, quā à frigida, à materia uero frigida ut plurimum fit frigus purū, & ideo rigor, & frigus poßunt poni duo extrema, et horror medium inter illa quoniā

Horror dispositio minor rigore et maior frigefactione, & ita medium inter illa.

in

in ipso nõ sentitur pura mordicatio, neq; purum frigus, sed quædam parua pũctio, cum quodã mo dico frigore. Vnde Auic. ut supra, ẽ dispositio cor poris contra naturam in qua ipsum inuenit di= uersitaem infrigore et punctione, in cute et la= certis.

TEX.

ERGO non ab re nomen tali febri semi- tertianã indiderunt. Temperata .n. ex quo tidiana continua ac tertiana intermittente, totius suæ naturæ partem dimidiã utranq; predictarum febrium habet. Vt igitur he- mionus, id est, mulus ẽ, ac semideus dictus, eodem modo semitertiana. Mulus enim medietatem quidem equi cõducentis ei ad generationem, medietatem uero asini ha- bens, ab altero eorum tãtummodo dictus est. Et semideus, indicatur quidẽ participa- re dei medietatẽ, quod autẽ homo sit altera ex parte. Omittitur. Itidẽ semitertiana, me dietatem alteram habet tertianã, medietatẽ alterã quotidianam continuam. **Lau.**

NON ab re igitur inditũ est huic febri no mẽ hemitritęi. Nã ex quotidiana cõtinua & tertiana intermittẽte tota eius natura cõ fusa, dimidia pars earundẽ febrium utrãq; cõprehendit. Sicuti igitur semiasinus & se mideus nomẽ tale sortiuntur, ita et hemitri **Leoni.**

tæus. Semiasinus. n. quum ad eius generationem pro altera parte asinus, pro altera equus conueniant, ex una semiasini nomẽ accepit. Semideus dimidia quidem parte deus esse monstratur, quum uero alteram hominis habeat hæc in nomine omittitur sic & hemitritæus dimidiam eius partem habet tertianam alteram autem dimidiam, quotidianam continuam.

COMMEN. 112.

CONCLVDIT *q̃ nõ ab re inditum est huic febri nomen hemitritæi, nam ex quotidiana continua & tertiana intermittente tota eius natura confusa dimidiam illius partem utraq; earũdem febrium retinet*. Et ideo *sicut dicimus semiasinus, & semideus, ita & hemitritæus, semiasinus enim cum ad eius generationem pro altera parte asinus, & pro altera parte equus conueniant, ex una semiasini nomen accepit, similiter semideus in quo dimidia parte deus esse monstratur, & altera hominis omittitur*. *Sic & hemitritæus dimidiam eius partem habet tertianam & alteram dimidiam quotidianam continuam, & dicitur semitertiana*. Deinde cũ dicit.

TEX.

Lau. SED duplex modus generationis eius est. Aut enim in vnum tempus duæ accessiones concurrunt, ut paulo ante dixi

quia

quia altera præuenit, altera cunctatur: aut ambę statim ab initio inuicē tēperātur. Ac quæ quidē ambabus in unum tempus coeuntibus fit vnā solam habet accessionē naturæ ipsius semitertianæ: altera uero, oēs ab initio morbi vsq; in finē, quæ maxime proprie semitertiana ab omnibus nominatur. Sed de hoc paulo post agetur, potissimum pp Agathinum & Archigenem.

DVPLEX autē in ipso generationis modus, vel. s. duabus in vnū tēpus, quēadmodū dicebatur nup, conueniētibus accessionibus: quia altera quidē præueniebat, altera autē differebat, aut statim ab initio ambabus inuicē cōfusis. Quæ igitur fit in unū tempus conuenientibus vtraq; accessione, vnam tantummodo hebet hemitritææ naturæ accessionem, altera autem oēs a principio ægritudinis vsque ad finem, quæ maxime atque præcipue ab omnibus febris hemitritæa appellatur. Sed de hoc paulo posterius a nobis dicetur propter Agathinum, atq; Archigenem præsertim. Leoni.

COMMEN. 113.

PONIT *duos modos generationis semitertianæ. Vnus modus est, ut paulo ante dictum est, cum in unum tempus duæ conueniebant accessiones: quoniam altera proueniebat, altera*

autem differebat. Alius modus fit, quãdo statim ab initio inuicẽ confunduntur accessiones. Quæ fit in unum tempus utraq; accessione conuenientibus, unam tantummodo habet hemitriteæ naturæ accessionem, altera autem omnes habet à principio ægritudinis usq; ad finẽ, quæ maxime atq; precipue ab omnibus febris hemitritęa appellatur. Et de hoc paulo posterius dicetur propter Agathinum, atq; Archigenem presertim. Deinde cum dicit.

Quæ maxime & precipue hemitritęa appeletur.

TEX.

Lau. ADOLESCENTI igitur quem nostra narratio supposuit, tertio die tali venient e accessione, propterea ꝙ in vnum tẽpus ambarum febrium accessiones incidissent, præueniente duabus horis quotidianæ ipsius accessione semper, tertiana autem cunctãte semper duabus, accessio quarta die incepit, oriente sole speciem seruans exactam febris pituitosæ. Futurum autem ex proportione erat, vt quinta ab ea accessio inciperet circa decimam horã noctis: quoniam semper præueniebat horis duabus ab initio: tertia autem accessio febris biliosæ habitura principium erat quinta die, hora quarta, ita vt mediũ interstitium initij duarum accessionum foret sex horarũ. Quod etiam factum est, circa decimam horam

ram quartæ noctis incipiente accesſione ſecundum ſpeciem pituitoſæ febris: atq; ita procedente uſque ad horã quartã diei, coeunte uero cum bilioſa ſimul modico rigore, deinde rurſus permixtã ſpeciẽ habẽte acceſſione ſecundũ bilioſæ ſimul ac pituitoſę ſpeciẽ. At uero ſubſequẽti nocte circa octauã horã pituitoſa febris incipiens exquiſita ac ſola, totam obtinuit ſequẽtem diem, quę ſexta fuit tum autẽ uſque ad mediam noctem inclinans, inde rurſus incepit eodẽ modo. Poſtea reliquam noctis medietatem, & tempus uſq; ad meridiem ſeptimæ diei obtinens, iam quodammodo inclinauit. Sed tertiana ei ſucceſſit cum rigore incipiens, quæmadmodum ſolet incipere exquiſita tertiana, atq; alia omnia eodem modo exquiſita afferens indicia, bilis uomitũ effecit, & deiectionem bilioſã, & urinam bonam, & quendam paruum ſudorem crepuſculo veſpertino, indicans perſpicue ĳs qui didicerunt cognoſcere genera febrium, quod remitteretur, atque inclinaret, & ſoluenda eſſet poſt vnam, vel (cum tardiſſime) alteram circuitionem. Etenim inclinatio facilitatem habuit mirabilem quandam, & qualem nulla ex prioribus, vſquæ ad horam noctis quartam.

In illa enim febris pituitosa singulis diebus accedens, horis autem duabus praeueniens, incepit, atque occupans totam noctem, & totum sequentem diem, rursus incepit octaua nocte, secunda hora, quam quidem noctem totam occupans inclinauit sequenti die nono. Accessio autem tertianæ erat futura in illa die circa octauam horam, quoniam duabus horis cunctabatur. Sed tunc circa horam nonam incepit, indicans adhuc eo suam inclinationem. Sole autem occidente coiuit cum ea accessio pituitosa, anticipando inuadens, quemadmodum solita erat: & noctem occupans illam, & sequentem diem, rursus incepit decimo die, hora decima. Dein rursus undecima die hora octaua exacte permanens pituitosa: deinde circa horam noctis primam initium horrificum tertianæ febris quatuor horis tardantis extitit, Tum autem sexta hora noctis uenter deiecit biliosa, & quidam in toto copore sudor extitit: & post hæc tota inclinatio prope integritatem deuenit, atque erat iã perspicuũ tertianã destitisse integre, pituitosã autẽ es-

ſe relictam ſolam iam et inclinantem. Has igitur ob res circa duodecimam diem nec inſuper acceſsio præuenit horis duabus, quemadmodum antea ſolita erat: ſed ſeptima hora incepit, deinde circa tertiamdecimam haud quaquam ſexta: ſed tardauit, ac ſeptima hora incepit, oſtendens inſignem facilitatem atq; inclinationem. Quarto decimo autem die inclinatio multo melior extitit, atque acceſsio incepit hora nona, & in vrina inſigne concoctionis indicium apparuit prænuntians fore ſolutionem futuro decretorio. Sed de hoc nunc non eſt ſermo, niſi obiter. Quod autem ſæpe numero permiſceantur diuerſi generis febres medicorum vulgus latentes bilioſę. ſ. pituitoſis, itēq; continuæ intermittentibus, præſcriptus ægrotus abunde indicauit.

IN adoleſcente autem, quem noſtra narratio ſuppoſuit, quum tertia die huiuſcemodi acceſsio facta eſſet, quia in unum tem pus conueniebant ambarum febrium inuaſiones, quoniam quotidiana quidē duabus horis ſemper præueniebat, tertiana autem differebat, die quarta acceſsio ſole oriente inuaſit, formam exquiſitæ quotidianæ ex pituita præſe ferens. Erat autem Leoni.

ſecundum proportionis ſimilitudinē quinta ab ipſa acceſsio circa decimā noctis horam principium factura, quoniam duabus ſemper horis celerius inuaſerit. Tertianę autē ex bile febris acceſsio ab initio die quinto hora quarta erat inuaſura, adeo ut inter duarum febrium initia ſex horarum ſpatiū intercederet. Quod & factum eſt: nam circa quartæ noctis horam decimam inuadēte acceſsione, quæ febris ex pituita ſeruabat imaginem, atque hoc modo vſque ad quartam diei horam progrediente, vbi febris tertiana mediocrem rigorem ſecum afferens eidem coniuncta fuit, mixtam ſubinde formam gerens acceſsio, bilioſæ. ſ. febris ac pituitoſæ. Sequenti nocte circa horam octauam pituitoſa febris incipiens exquiſita, ac ſola totam diem ſubſequentem ordine ſextam occupauit: deinde quum media nocte declinaſſet, aliud ſubinde eodem modo fecit initium: deinde cum reliquam dimidiam noctis partem vſque ad meridiem diei ſeptimæ obtinuiſſet, poſtmodum iam veluti declinabat. At eandem excepit tertiana, quæ cum rigore inuaſit, quēadmodum exquiſita tertiana cum rigore inuadere cōſueuit, atque quum alia omnia ſecum eodē modo certiſsima afferret indicia vomitus

mitus bilis inuexit,atque alui excrementa biliosa & vrinas optimas. Ac quũ iam aduesperasset,breues quosdam veluti sudores,adeo at quicunq; febrium species didicisset,ei aperte indicaretur eam remitti, ac declinare, neq; ultra vnam aliam periodũ, aut ad summum duas debere protendi. Nã & in ea declinatione erat quies admirabilis, qualis ante visa non fuerat, donec ad quartam noctis horam peruentum est. In illa etenim febris quæ etiam ex pituita ortum habebat,ac quotidie accessionem faciebat,quum duabus anticipasset horis inuasit. Quumq; totam noctem occupasset, ac totum deinceps diem rursus in secunda hora noctis octauæ aliud fecit initiũ. quũq; eandem pariter noctem totam occupasset, sequenti die,quæ nona erat declinauit. Eodem vero die circa horam octauam, quoniam duabus horis tardius inuadebat,futura erat tertianæ febris accessio,sed tunc hora nona superuenit,hoc ipso etiam se declinare significans. Sole autem occidente ei se associauit febris ex pituita more suo anticipando,& quum noctem illam obtinuisset, diemq; sequentem hora decima diei decimæ iterum inuasit. Deinde die vndecima rursus hora octaua exquisitæ referens pi-

tuitæ naturam: deinde prima noctis hora tertianæ febris, quæ duabus tardauerat horis horrida accesſio facta eſt: deinde ſexta noctis hora aluus bilioſum excreuit, ac quidam per vniuerſum corpus ſudores exhalarant, poſt quos tota declinatio ferè ad infebricitationem peruenit, neque iam in ambiguo erat quin tota febris tertiana omnino deſiiſſet, ſola autem ea quæ ex pituita ortum habebat, remanſerat, quæ & ipſa iam remitti incipiebat. Hac igitur ratione die decima ſecunda non amplius anticipauit accesſio duabus, vt antea conſueuerat, horis, ſed hora ſeptima inuaſit: neque die decimatertia, ſexta ſuperuenit hora, ſed illa etiam ſeptima hora inuaſit quietem effatu dignam, ac declinationem oſtendens. Quartadecima uero die eadē declinatiomelior admodū ſucceſsit, ac hora 9. accesſio facta eſt, in vrinis autē erant inſignia coctionis indicia ſolutionē ægritudinis in die decretorio ſuccedente futurā præmoſtrātia. Sed hoc præſentis ſermonis nō intereſt, niſi obiter dicere. Quòd vero ſæpius cōmiſcētur diuerſorū generū feb. & bilioſæ pituitoſis, & intermittentes continuis, quæ à multis Medicis ignorātur, ſatis hic de quo nuper ſcripſimus ægrotus oſtendit.

Commen.

COMMEN. 114.

Prosequitur ostẽdẽdo processũ illarũ feb. dicens cũ tertia die huiusmodi accessio facta esset, quia in unũ tẽpus conueniebant ambarũ feb. inuasiones: quoniam quotidiana sp duabus horis præueniebat, tertiana autem differebat, die 4. accessio quotidianæ, sole oriẽte inuasit: quia duabus horis anticipando, & secundum proportionis silitudinẽ quinta accessio erat factura principiũ circa 10. noctis horã: erat. n. ut dictũ est, adolescens ille in diebus æquinoctialibus. Tertianæ autẽ feb. accessio in quinta die hora 4. diei spectabat: quoniã post ponebat horis duabus, adeò ut inter initia duarũ feb. intercederet spatiũ 6. horarũ, & ita factum est. Vnde inuasit accessio quotidianæ circa 10. horã 4. noctis & processit usque ad horam quartam quintæ diei, & nocte superueniẽte superuenit accessio phlegmaticæ hora 8. quoniã semper anticipando & stetit tota 6. die declinãs usque ad medietatem noctis sextæ, & ibi incepit alia accessio quotidianæ, & erat hora sexta, cum nox duraret per horas duodecim, & retinens dimidiam noctis partem usque ad meridiem diei septimæ iam ipsa incipiebat declinare: & tunc ea hora 6. septimæ diei superuenit tertiana exquisita cũ rigore & alijs indicijs de quibus supra: unde cum iam aduesperasset quasdam ueluti breues habuit sudores, adeo ut quicunque febrium

ſpecies didiciſſet ei aperte indicaretur eam febrem tertianam remitti ac declinare, neq; unam aliam periodum, aut ad ſummum duas debere protendi: Nam & in ea declinatione erat quies admirabilis, qualis ante uiſa non fuerat, & durauit hæc acceſsio quæ incepit hora ſexta ſeptimæ diei uſq; ad quartam horam noctis, & in illa quarta hora noctis inuaſit quotidiana, quæ anticipabat duabus horis. Et durauit eius acceſsio per totam noctem & totam ſequentem diem, quæ fuit dies octaua: & rurſus in ſecunda hora noctis octauæ aliud fecit initium, & detinens eandem pariter noctem tota ſequenti die, quæ nona erat, declinauit: eodem uero die circa horam octauam futura erat tertianæ febris acceſsio: quoniam duabus horis tardius inuadebat: ſed tunc hora nona superuenit: unde ex hoc oſtendit manifeſte ipſius declinationem: quoniam primo poſt ponebat duabus horis, ſed modo poſt poſuit tribus horis. Et in occaſu ſolis nonæ diei inuaſit acceſsio quotidianæ anticipando, ſicut ante conſueuit, & hora decima decimæ diei iterum inuaſit, deinde die undecima rurſus hora octaua referens exquiſitæ pituitæ naturam: deinde prima hora noctis ſequentis inuaſit acceſsio tertianæ horrida quę quatuor horis tardauerat: & ſic manifeſtiſsima oſtenditur declinatio ipſius tertianæ: quoniam licet poſtpoſitio abſolute non ſignificet neceſſario declinationem

nem

nem morbi, tamen postpositio post positionis be ne significat: deinde sexta hora noctis aluus biliosum excreuit, ac quidam per uniuersum corpus sudores exhalarant, post quos tota declinatio ferè ad infebricitationem peruenit, & dixit ferè, quia propter quotidianam quæ adhuc remansit, non fuit æger totaliter factus infebricitans, tamen ut dicit nō in ambiguo erat quin tota febris tertiana omnino desiisset: sola autem quotidiana remanserat, quæ & ipsa iam remitti incipiebat. Et ob hoc, ait, die duodecima non amplius anticipauit acceßio duabus horis, ut antea cōsueuerat: sed hora septima inuasit, silr & die decimatertia quietem dignam ac declinationem ostendens. 14. uero die declinatio melior succeßit, & acceßio post posuit, quia hora nona inuasit. Et in urinis erāt indicia cōcoctionis in die decretorio succedēte, futuram ægritudinis solonem præmōstrātia.

DE NOTIFICATIONE HEMItritæi. Cap. VIII.



SED cum de his satis dixerimus, ad id quod paulò ante promisimus rursus veniamus. Composita. n. ex tertiana & quotidiana continua (quam uocamus semi Lau.

tertianam) vel habet flauam bilem exuperantem, proindéque flauæ bilis symptomata vehementia: vel hanc pauciorem, pituitam vero copiosiorem, proindéque quotidianæ continuæ pathemata certiora: vel neutrum altero humore exuperantiorem, sed ambos ęquales.

Leoni. SED quoniam & de his satis dictum est, rursus ad id redeo, de quo paulo ante est à me sermo dilatus. Febris igitur, quæ ex tertiana, & quotidiana continua composita est, quam hemitritæum appellamus, aut flauam bilem habet exuperantem, atque ob id in eo sunt tertianæ, febris accidentia maiora: aut hæc quidem paucior, pituita vero abundantior, atque idcirco quotidianę continuæ affectus firmiores, aut neuter horum alterum vincit, sed ambo æquipotentes existunt.

COMMEN. 115.

CVM *indicia posuerit complicationis quotidianæ continuæ cum tertiana intermittente, & dixerit hanc duplicem modum generationis habere, ut cum in unum tempus duæ accesßiones earum cōueniunt, quēadmodū fuit in exemplo prædicto. Et talis habuit solum unam hemitritææ naturæ accesßionem: aut concurrentibus duabus accesßionibus earum semper in unum tempus à principio*

cipio morbi usque ad finem, & talis præcipue hemitritæa appelletur, Et promiserit propter Agathinum & Archigenem declarare quæ sit natura ueræ hemitritææ febris. Vult nunc declarare, An quælibet compositio febris tertianæ cũ quotidiana sit hemitritæus: unde præmittit quasdam compositiones earum, quarum quædam sunt de genere ueri hemitritæi & quædam non, & quod dicit per se patet. *Quæ præcipue hemitritæa.*

TEX.

QVAE sane exquisita semitertiana est, talis specie, qualem Hippocrates indicauit scribens libro primo Epidemion, ad hunc modum. Plerique in hunc modum efficiebantur: febris horrifica, continua, acuta, in totum minime intermittens. Modus autem semitertianæ erat, diem quidem vnum habens leuiorem, altero autem grauius affligens, atque ad acutiorem dispositionem increscens. Lau.

QVOD QVIDEM est exquisitus hemitritæus, talem formam repræsentans, qualem de eo Hippocrates manifestauit, quum in principio Epidemiarum in hanc scribit sententiam: Erant vero eorum plerisque passiones huiusmodi, febres horridæ, continuæ, acutæ, omnino quidem non intermittentes, Leoni.

modus vero erat hemitritæus, quum altera die leuiorem ferret, altera vero inualesceret, ac summatim in acutiem augerentur.

COMMEN. 116.

Quæ uere hemitritæa.

Nota antiquorũ errorem de hemitritæo.

Aliorum error de nomine hemitritæi.

Auic. opinio.

Cõposita ex tertiana cõtinua, & quotidiana conti

VT *ostenderet quæ illarum est exquisita hemitritæa, auctoritate* Hipp. *ostendit quæ sit natura exquisiti emitritæi.* Et *dicit* ꝙ *exquisita emitritæa est febris talem formam representãs qualem de ea* Hipp. *manifestauit scribens.1.* Epidemiarum *in hunc modum.*Erant *uero eorum plerisq; paßiones &c.* Et *sic ex uerbis* Hipp. *de ratione ueræ emitriteæ est,* ꝙ *sit horrida, cõtinua, acuta, omnino non intermittens.* Attende ꝙ *quidam appellabant omnem febrem compositã quã ignorabãt, hemitritæam, uel erraticã iuxta illud* Gal.*2.de Crisibus, cap.9.* Multa *uero earum, quę ita complicantur febrium* Medici, *qui circa talia non sunt exercitati, si quidem acutiores uideantur, omnes uocant semitertianas : si uero tardius moueantur, erraticas : cum enim semel potestatẽ acceperint, & in semitertianis plurimas fieri remißiones existimandi, & in erraticis principia inordinata, omnes hoc modo febres, quarum compositionem non agnoscunt, uel semitertianas, uel erraticas nominant.* Alij *nomẽ emitritæi restrinxerunt ad febres compositas ex tertiana & quotidiana, uel ex tertiana & quartana.* Alij *ad solas febres compositas ex cholerica & phlegmatica,*

sicut

sicut Princeps prima quarti, tract. 4. cap. 17. dicẽs: hemitritæus est feb. composita ex duabus febribus, quarum una est tertiana, & altera phlegmatica, & fit in die uno paroxismus tertianæ, et quotidianæ simul, aut secundum semitam communitatis & inuentionis, sic q̃ incipiunt, & procedunt simul eodem tempore, Aut secundum semitã coalterationis & uicinitatis, sic q̃ una finit a incipit altera: Aut secũdum semitam introitus unius in aliam & exitus alterius ab altera, sic q̃ una incepta priusquam finiatur incipit altera: Alij adhuc plus nomẽ hemitritæi restrinxerunt ad febres compositas ex tertiana intermittente et quotidiana cõtinua, uel ex tertiana continua & quotidiana intermittente, pares in robore. dicentes esse de ratione hemitritæi, q̃ sit horrida, cõtinua, acuta: & sic febris composita ex tertiana continua et quotidiana cõtinua non est hemitritæus: quoniam non est horrida: neq; composita ex tertiana interpolata & quotidiana interpolata, quia non est continua. Et hoc modo usus est nomine hemitritæi Hip. primo Epidemiarum. Et hãc emitritæam esse morbum acutum dixit: quoniam terminatur ad bonum uel malum die 14. uel ad lõgius die 20. sed hemitritæa non exquisita durat interdum per. 6. menses, ut dicit Auic. & quandoq; amplius maxime quando fit ex phlegmate craßo multum uiscido & crassa cholera in prin-

nuda non est hemitritæus secũdum Hip. nec cõposita ex interpolata tertiana & interpolata quotidiana. Hemitritæa exquisita morbus acutus quia 20. diem nõ transit. sed nõ exquisita durat quãdoq; p 6. menses, & amplius

cipio hyemis & senili corpore. Vnde. 2. de diebus decretorijs uersus finē, Morborū quidā dicūtur p acuti, quidā simpl'r acuti, quidā acuti ex deciden tia, quidā diuturni. Peracuti, septimū diē nō tran seunt: simpl'r acuti 20. acuti ex decidentia nō trā seunt 40. qui uero 40. trāseūt diuturni, seu lōgi dicuntur. Inter pacutos, alius est exacte pacutus, alius nō exacte peracutus. exacte pacutus 4. diē non trāsit: nō exacte peracutus, usq; ad 7. producitur, sil'r inter simpl'r acutos, alius est exacte acutus, ut q ad 14. diē porrigitur, alius nō exacte acutus, qui usq; ad 20. Deinde cum dicit.

TEX.

Lau. HORRIFICAM autem dixit, non simpliciter febrem incipientem cum horrore (nam innumeris febribus id accidit, de quibus deinceps docebo) sed in qua bonam partem accessionis horror occupat altera duntaxat die, in qua simul inuadunt tertiana ac quotidiana continua. Sequens enim dies quotidianā tantūmodo habet. Quocirca prima dies magna ex parte permixtā ex utrisq; febrem committit; secunda autē continuam quotidianā. Interdum enim prima die incipere pituitosam, secunda autem vtranq; contingit. Accessio igitur communis ex vtrisque quoties æquales fuerint humores, talis est, qualem pauló ante descri-

psimus

psimus semitertianam. Vbi vero tertiana exuperat, febris magis horrifica est, & aliquid vigoris in accessione assumit. Statim itaque calidior talis est atque ardẽtior, ac celerius peruenit ad consistendi vigorem: & item quendam bilis vomitum, vel deiectionem, vel madorem infert. Vbi vero humor pituitosus exuperet, frigus extremarum partium exuperat, & horror paruus est, & pulsus contractio fortior ac diuturnior est, ac lente accessio increscit, ut multo post tẽpore uiget: nõ tñ sitim efficit, neq; ardorẽ: neq; vomitus: neq; deiectio biliosa, vel mador per eam existit.

DIXIT autem horridas non simpliciter quæ cum horrore inuadunt. Sicut hoc innumerabilibus accidit febribus, de quibus deinceps verba faciemus: sed in quibuscunque magnam accessionis partem horrores assumunt, altera dierum. s. in qua & tertiana, & quotidiana continua simul inuadũt: nam altera dies solam habet quotidianam, magna vero ex parte dies prima mixtam ex vtrisque committit febrem. secunda vero ex pituita continuam. Contingit autem nonnunquam hanc primo inuadere die, secunda vero ambas simul. Accessio igitur ex vtrisque commixta, quando

Leoni. *Quid p feb. horridas intelligat Hipp.*

humores fuerint æquipotẽtes, talis est, qualem paulo ante descripsimus hemitritæon. Quum vero tertiana præualuerit, horridior fit febris, atque in annotatione sibi aliquid horroris associat. Confestim vero & feruidior est huiuscemodi febris, & incendij plus habet, magisq́; festinat ad summũ & aliquid bilis per vomitum, aut per aluũ, aut per sudorem excernitur. At quum altera ex pituita febris præpotẽtior existit, tũc frigus vehementius extremas occupat partes & pulsuum fit afflictatio maior ac diuturnior, tardiusq́; accessio inualessit, ac longum post tempus consistit, non tamẽ aut sitim, aut magnum affert incendium, neq́; in ea per vomitum, aut per aluum, aut per sudorem bilis excernit.

COMMEN. 117.

EXPONIT *quid per febres horrificas* Hyp. *intellexit, & dicit q, non intellexit simpliciter illas, quæ cum horrore inuadunt: quoniam infinitis hoc accidit, quæ non sunt hemitriteæ. Sed intellexit eas in quibus horrores magnam accessionis partem assumunt, altera dierum. s. in qua tertiana & quotidiana continua simul inuadunt, & non in die in qua inuadit sola quotidiana:* Nam *magna ex parte in prima dierum inuadunt ambæ, & in secunda sola quotidiana.* Contingit *autem nõnunquam*

quam contrarium, hanc prima die inuadere. Secunda uero ambas ſimul. Ex quibus concludit, quod acceßio commixta ex quotidiana cõtinua et tertiana intermittente, quando humores fuerint æquipotentes ſeu pares in uigore, talis eſt, qualem paulò ante deſcripſit emitritæam. Cum uero humores non fuerint æquipotentes, et tertiana præualuerit, nõ eſt uere hemitritæa: quoniam ipſa nõ eſt horrida, immo horridior quàm debet eſſe, & in inuaſione aliquid rigoris aſſociat: ſtatim uero & calidior eſt talis febris & ardentior, et celerius peruenit ad conſiſtendi uigorem, & aliquid bilis per uomitum, aut aluum, aut ſudorem excernitur. Vbi uero altera ex pituita febris præpotentior exiſtit, tunc frigus uehementius extremas occupat partes & pauci adſunt horrores & eſt pulſus contractio maior ac diuturnior. Et alia ponit ſigna, quæ in ea cum exquiſita eſt non apparent. Et cum dicit.

Cũ hũores non ſunt æq̃potentes feb. nõ ẽ uer̃ hemitritæa.

Signa q̃ nõ apparẽt in exquiſita.

TEX.

Lau.

ATQVE huius mixtionis duarum febrium etiam Archigenes ipſe in notitiam quandam deuenit, ſed confuſe, & incerte, quemadmodum indicauimus ſeptimo lib. quem contra ipſius commentarios de pulſibus effecimus. Exiſtimat.n. in ſemitertiana quandoque exuperare tertianam febrem, quandoque quotidianã: non tamen mixtio-

nem æqualem earum quæ ſola ſemitertia-
nam exquiſitam committit, aut cognouit,
aut indicauit, ſed penitus omiſit.

Leoni. HANC quoq; duarum febrium mixtio-
nem Archigenes animaduertiſſe videtur
minus tamen recte atq; perſpicue, quem-
admodum in ſeptimo commentariorum,
quos in tractatu Archigenis de pulſibus
ſcripſimus, eſt a nobis oſtenſum. Arbitra-
tur Archigenes in hemitritæis aliquando
febrem præualere tertianã, aliquando quo
tidianam, non tamen æqualem earum mi-
xtionem, quæ ſola exquiſitum hemitritæũ
conſtituit, aut intellexit, aut in ſuis ſcriptis
oſtendit, verum omnino prætermiſit.

COMMEN. 118.

OSTENDIT *Archigenem notitiã habuiſſe huius mixtionis harũ duarũ feb. ſed non recte et perſpicue, quemadmodum oſtenſum eſt ab ipſo in ſeptimo cõmentariorum, quos in tractatu Archigenis de pulſibus ſcripſit. Ipſe.n. ut dicit tertio de præſagatione ex pulſibus octo commentarijs libros eius de pulſibus unà cum interpretatione obſcurorum locorum ponderauit, atque examinauit. Arbitratur autem Archigenes in hemitritæis aliquando feb. tertianam præualere, aliquando quotidianã & non æqualem eſſe earum mixtionẽ, quæ ſola exquiſitũ hemitritæũ conſtituit.*

TEX.

TEX.

CVM enim æquales magnitudine sunt intermittens tertiana & quotidiana continua, initium accessionis cum horrore existit. Id enim mediũ rigoris, perfrictionisq́ existit, è quibus alterum tertianæ, alterum quotidianæ continuæ inest. Incrementum vero post initium propter tertianam facile suscipit caliditatem, atq́ ad consistendi vigorem festinat: propter pituitosam autẽ tardum, quantum in ea est, efficientem incrementum, inhibetur atque interrũpitur. Atq́ est veluti quędam pugna symptomatum, interdum incalescente ægro, quoties tertianæ calor vehementius agens ad cutẽ humores effert, detinente autem interdum ac retrahente intro huius motum pituita, quæ otiosa ac frigida est ex natura, ac difficile mouetur, & tarde transmeat. At vero in tali pugna, exuperante frigido humore, contractio efficitur, & horror ac frigus partium extremarum & cutis: ita vt altera accessio rursum incipere videatur. Quòd si calidior exuperet, vniuersim calefiunt, & prope ad vigorem perueniſſe videntur. Dein pauló post exuperante pituitoso, ægri rursus contrahuntur, refrigerantur & horrent. Idque minime desinit vsq; ad con Lau.

ſiſtendi vigorem, qui maturius q̃ pro pituitoſo humore, tardius q̃ pro bilioſo exiſtit: quoniam pituitoſus detinet bilioſi celeritatem, bilioſus autem tarditatem ac ſegnitiem pituitoſi accelerat. Atque huiuſmodi quidem exquiſita ſemitertiana eſt, ex æquali temperamento duarum febrium et duorum humorum effecta. Ea vero quæ minime exquiſita eſt, vel humorem bilioſum, vel pituitoſum obtinet ampliorem.

Leoni. *Tex. notandus pro notitia hemitritæi exquiſiti.*

NAM cum ęquales magnitudine fuerint & febris ex bile intermittens, & ex pituita continua, acceſsionis initium fit cũ horrore, qui medium inter rigorem & frigefactionem obtinet locum, quorum alterũ tertianam febrem, alterum quotidianam continuam comitatur. Quum vero ab inuaſione inualeſcit tertianæ quidem ratione, cito caleſcit ac feſtinat ad ſummum, propter quotidianam autem ex pituita tardatur, atq; in aſcenſu retinetur nonnunq̃ atq; interrumpitur. Eſtq; inter varios affectus veluti pugna quædam quum æger nõnunquam inualeſcente febre tertiana, atque ad cutem humores impellente vehementius calefiat: contra vero remorante, atq; ad interiora reuocante ipſius motum febre, quę ex pituita ortum habet. Eſtq; tardi ac diffi

cilis

cilis motus frigida ac lente exiſtens materia. In hoc autem certamine quum humor frigidus ſuperauerit contractiones & horrores, atque extremarum partium & cutis refrigerationes ſequũtur, adeo vt videatur altera rurſus acceſsio renouari. Quum vero calidior vicerit, tunc ſtatim totum corpus calefit, ac iam videtur febris in ſummo conſiſtere, mox paulo poſt ad pituitam redeunte vitoria, ægroti denuo contrahuntur, refrigerantur, & horrent. Neq; hoc terminum vllum habet, donec febris ad ſummum peruenerit, quod quidem citius accidit quàm pro more pituitæ, tardius tamen quàm in bile fieri conſueuit. Nam huius quidem celeritatem cohibet pituita, ac rurſus pituitæ tarditatem atque hebetudinem excitat bilis. Talis quidem eſt exquiſitus hemitritæus ex ęquali duarum febriũ temperatura compoſitus, quoniam etiam ex duobus humoribus conſtat. At qui exquiſitus non eſt, vbi aut bilem, aut pituitã habet præpotentem.

Hemitritæus exquiſitus, quid.

COMMEN. 119.

DECLARAT *q; in prædicta compoſitione ubi iſti humores ſunt pares in robore eſt exquiſitus hemitritæus, & hoc quantum ad initiũ, incrementũ, & ſummũ acceßionis.* Et dicit cũ æquales

magnitudine fuerint, & febris ex bile intermittens & continua ex pituita, initium accessionis fit cum horrore, qui medium obtinet locum inter rigorem & frigefactionem, quorum alterum, scilicet rigor tertianam febrem comitatur, & alterum. s. frigus, quotidianam: Incrementũ *uero post initiũ ratione tertianæ facile calescit & ad summum festinat: ratione uero quotidianæ tardatur, atq; in ascensu retinetur nonnunq̃, atq; interrumpitur, & est ueluti quædam pugna inter uarios affectus, cum æger nonnunq̃ febre tertiana inualescente, atq; ad cutem humores impellente uehementius calefiat: contra uero febre quotidiana motum ipsius ad interiora reuocante, cũ eius materia tardi, ac difficilis sit motus, frigida ac lenta existens.* Vnde *multum eius principiũ et incrementũ prolungatur. Sed humor biliosus est faciliter & multum calefactibilis.* Et ideo *cum hi duo humores sunt pares in robore, & biliosus putrescit extra uenas, & pituitosus intra, fit, ut dicit* Gal. *inter uarios affectus, ueluti pugna quędam:* Nam *aliquando uincit unus eorũ, aliquãdo alius, cum sint pares, & non uincit unus continue.* Et *ideo aliquando uincente bili calefit totum corpus, & uidetur febris in summo consistere: deinde uincente pituita frigida intus existente, calor reuocatur ad interiora & extrema infrigidãtur, & uidetur inuadere alia accessio, & hoc pluries*

fit

fit quousq; acceßio ueniat ad summū qđ aduenit citius, q̃ si solum esset ex pitu ta, & tardius quã si solum ex bili. Concludit postea exquisitum esse hemitritæum, qui ex æquali duarum febrium temperatura compositus est: quoniam ex duobus humoribus æquipotentibus constat. Et exquisitũ non esse ubi aut bilem, aut pituitam præpotentẽ.

TEX.

AT vero secunda implexio ac mixtio est duarum febrium tertianæ, & quotidianæ, subsimilem efficiens accesſionem prędictę: sed differentem eo ꝙ hæc deducatur ad integritatem, & ꝙ secunda die, vel cum horrore vel rigore quotidiana sola effecta, incipiat. Quocirca talis febris non insuper semitertiana erit: si quidem semitertiana continua censetur. Si vero in altero genere febrium eam annumeremus, nõ solum talis, sed etiam aliæ quædam febres nominabuntur semitertianæ. Ob eam rem mihi videtur Agathinus omnes productas tertianas appellare semitertianas. Sed. n. cum de nominibus potius q̃ de rebus tales quæstiones sint, immorandum in eis minime censeo. Nam alio libro seorsum de vocabulis medicinalibus dictum iam est: in quo id ostenditur ac definitur in plenum, quæ nã sint de rebus, & quæ nã de nominibus con Lau.

trouersiæ. Quocirca rursus ad res ipsas redeamus, semitertianam ab Hipp. nominatam horrificam & continuam, quam tertiana quotidianæ continuæ permixta committit: intermittenti autem, minime efficit: propterea quod febris ex utraque composita, necessario & ipsa intermittens existit.

Leoni.

De cōpōne tertianæ intermittētis cū quotidiana intermittente.

SECVNDA est duarum febrium, tertianæ. s. ac quotidianę copulatio ac commixtio, quę similem quidem nuper dictę facit accessionem. In eo tamē differt, quoniā in hoc febris producitur, & quoniam die secunda cum rigore aut horrore sola quotidiana febris inuadit. Non igitur erit hęc febris hemitritęus, si quidem ex numero continuarum hemitritæus existat. Quod si etiam in altero genere hemitritæus collocetur: non hæc tantum, sed multæ præterea aliæ febres hemitritæi vocabuntur: Et hac ratione mihi videtur Aghatinus omnesq; protenduntur tertianas hemitritæus appellare. Sed quoniam de nominibus potius q̄ de rebus sunt quæstiones huiuscemodi, in eisdem minime censeo commorandū. Nā de nominibus ad medicinam pertinentibus, seorsum à nobis scriptum est alio tractatu, in quo hoc ipsum ostenditur, atque

integre

integre præfinitur, quales nam sint de rebus, ac quales de nominibus deceptationes. Rursus igitur ad res ipsas redeamus, hoc est ad eum quem Hippocrates vocat hemitritæum horridum, atque continuum, quoniam facit tertiana quotidianæ continuæ commixta. Intermittenti autem non ita, quoniam quæ ex ambabus cōponit febris, necessario & ipsa intermittitur.

COMMEN 120.

CVM *posuit signa ueri hemitritæi, intendit nunc declarare de alijs modis compositionis supradictis ostendens, quòd in ea non est uera hemitritæi natura. Et primo de cōpōne tertianæ intermittentis cum quotidiana intermittente. Pro quo intelligendũ, q̃ accessio mixta ex duabus harum feb. est sil'is accessioni febrium antedictarũ in multis: quoniã sicut in prædicta accessione in principio fit horror, ita in principio huius accessiõis, sicut etiã in illa usq; ad statũ fit pugna symptomatũ ex pugna horũ humorũ. Similiter summum huius accessionis citius uenit, q̃ in sola quotidiana, & tardius q̃ in sola tertiana, propter illas met causas in prædicta accessione. Est tamen differentia: quoniam hæc deducitur ad integritatem, etiam horror qui euenit in principio accessionis exquisiti hemitritæi, in quo humores sunt æquipotentes, non est uere mediũ inter rigorẽ et*

infrigidationem, ſicuti horror qui euenit in hac febre: quoniam ille plus attinet rigori, cum frigus quod ibi eſt ſolum eueniat ex reuocatione caloris. Sed horror eueniens in iſta eſt plus medio attinens: quoniam in hac extra uenas ad carnes ſenſibiles expanſus eſt humor frigidus & calidus, & ita ibi eſt uere frigus poſitiuum. Etiam in compoſitione quotidianæ intermittentis cum tertiana continua non accidit horror uere medium, cum ad extra non expendatur materia rigorem cauſans ſed materia frigida tantum. Et cum dicit quoniam die. 2. cum rigore aut horrore ſola quotidiana febris inuadit, præſupponit in prima die ambas inuadere. Nec intelligit, quod inuadat cũ horrore qualis eſt horror qui euenit in uero hemitritæo, uel in prima die huius febris. Similiter non intelligit, quod inuadat cum uero rigore: ſed hoc dicit in comparatione ad hemitritæam uerã quantum ad diem in quo inuadit ſola quotidiana, quæ ibi erat continua: ſed iſta eſt interpolata. Nõ igitur erit hæc febris hemitritæus, ſi quidem ex numero continuarum hemitritæus exiſtat. Quòd ſi in utroq; genere hemitritæus collocetur, nõ hæc tantum, ſed multæ etiam aliæ febres hemitritæi dicerentur, & ob eam rem inquit, uidetur Aghathinus omnes tertianas, quæ protenduntur hemitritæos appellare. Et dicit has quæſtiones potius eſſe de nominibus quam de rebus, ideo in eis non commorandum.

morandum. Et q; *de nominibus ad medicinam pertinẽtibus scripsit seorsum in alio tractatu, in quo id ostenditur, ac in plenum definitur, quæ nam sint de rebus, & quæ nam de nominibus controuersiæ.* Deinde *cum dicit.*

TEX.

NEQVE vero ex duabus continuis biliosa.s.ac pituitosa, fieri põt semitertiana. Neq;.n. mixtio horrificã faciet febrẽ, neq; multas ingeminationes habentem. Quum enim omnis continua febris suapte ratione, quum exquisita est, neq; habeat horrorem, neq; rigorem: neq; etiam febris ex eis composita, horrifica erit. Oportet ergo si eadẽ futura sit horrifica simul ac continua, generationem habere eam ex duabus febribus: altera quidem intermittente, altera autem continua. Et ob eam rem tertiana permixta quotidianæ continuæ, committit semitertianam: neque ambæ intermittentes, neque ambæ continuæ possunt committere talem febrem. Lau.

NON tamen ex duabus continuis, quarũ altera ex bile, altera ex pituita generatur, potest hemitritæus consistere, quoniã hæc commixtio febrem horridam, ac quæ multas habeat reduplicationes non facit. Nam quum omnis febris continua sui quidem Leoni.

ratione, quum exquisita fuerit, neque horrorem habeat, neque rigorem, neque etiam quæ ex eisdem componitur horrida fiet. Necesse est igitur, si horridus simul atque cõtinuus sit hemitritæus futurus, ex duabus ipsum febribus generari, quarum altera sit intermittens, altera vero continua. Atque idcirco tertiana quidem confusa cum quotidiana facit hemitritæum, quum neque vtraque continua, neque vtraque intermittens huiuscemodi queat febrem generare.

COMMEN. 121.

OSTENDIT *q, neq; ex duabus cõtinuis biliosa.s.& pituitosa potest fieri uera semitertiana: Quoniã hæc nõ habet ea quæ ad illã requiruntur: non.n. hæc commixtio feb. horridã facit, neq; habentem multas reduplicationes: quoniam in ea non contingit supercalefactio, & pluries horror, & huius causam aßignat, cum dicit.* Necesse *est igitur, & est clara. Postea.*

TEX.

Lau. RESTAT igitur vna mixtio q̃ ex quotidiana intermittente, ac biliosa continua constans potest continuam simul atque horrificam committere febrem. Sed hæc cõtra q̃ prima, habebit continuitatem quidẽ ex biliosa, horrorem autem ex pituitosa, atque ingeminationes ex pugna mutua, maxi-

meq;

neq; quoties humores ipsi fuerint æquales. Vincẽtis vero eorũ alterutrius et symptomatis agnitio in prima mixtione declarata est. Hæc oĩa de quatuor mixtionibus biliosæ feb. ac pituitosæ, magis propria sũt libro qui est de typis: sed hic necessario dicta sunt, propter semitertianam: cuius generationem Archigenes ad tertianam quotidianamq; retulit: nequaq̃ uidens se intermittentẽ efficere feb. Agathinus vero perspicue confessus est eiusdem generis esse cũ tertiana semitertianam, dissidentem tantũmodo magnitudine accessionis. Si igitur omnes febrium differentias accurate persequuti, lapsi nominibus essent, fuisset id ferendum. Sed cum neq; simplicium, neque compositarum omnes scripserint differentias, & ad hæc quasdam alias superuacuas adiecerint, nihil neque in præsensionem, neque in curationem iuuantes, nos conati sumus pro viribus diligenter excolere omnem typum, longo tempore, ex vsu simul ac ratione, vtiles in eo differentias peruestigantes. Simplices ergo ad præsentem attinent librum: implexe autem ex his, attinent ad librum de typis. cuius penitus ignarus non eris, vbi hunc diligenter euolueris.

Leoni. VNA igitur sola mixtio relinquitur ex quotidiana intermittente,& biliosa continua,quę & ipsa potest continuam simul, atque horridam febrem efficere.Hæc vero contrario modo se habebit q̃ prior, quoniam continuitatem quidem ex bile obtinebit,horrorem vero ex pituita,reduplicationes autem ex pugna mutua,ac tum prę sertim quum humores æquas vires habuerint. Vbi vero alter eorum præualuerit,& accidentium,& cognitionis ratio,in prima mixtione ostensa est.Hæc omnia & de quatuor mixtionibus,& de febre biliosa, & pituitosa,magis ad eum tractatum in quo de typis agitur,cuipiam pertinere videretur. Hic vero necessario de ipsis facta est mentio propter hemitritæum,cuius ortum Archigenes ad tertianam transfert ad quotidianam,non tamen eius naturam recte asse cutus,quoniam in numero febrium intermittentium ponit,Agathinus autem hemitritęum in eodem genere cum tertiana manifeste locauit,ac sola accesionis vehementia ab eadem differre fatetur. Si igitur omnium febrium differentias exquisite scribẽtes in nominibus tãtum aberrassent, nõ admodum esset ęgre ferẽdum. Sed quoniam neq; simplicium, neq; compositarũ febriũ

omnes

oēs dñas exquiſite aſsignarunt, ac præterea plures alias ſuperfluas addiderunt, quæ neq; ad prenoſcendum, neq; ad curandum aliquem afferunt vſum. Nos pro viribus earum formam exquiſitiſsime complecti tentauimus, vt qui longo tempore partim experientia, partim ratione omnes quę vtiles ſunt differentias inuenerimus. Simplices igitur ad preſentem tractatum, compoſitæ vero ad eum in quo de typis agitur attinet, cuius tamen non ſit expers oīno atq; inſcius, ſi quis hunc diligenter perlegerit.

COMMEN. 122.

DE quarta compoſitione ex quotidiana intermittente & bilioſa continua dicit q̧ poteſt continuam ſimul ac horridam febrem efficere. Et *ſic uult ueram hemitritæam eſſe febrem compoſitam ex tertiana intermittente, & quotidiana cōtinua, uel contra, ex quotidiana intermittente & tertiana continua: hæc.n. contrario modo ſe habet, quàm prior: quoniam continuitatem ex bile habet: horrorem uero ex pituita, reduplicationes autem ex pugna mutua, & præſertim cū humores æquas uires habuerint.* Et *dicit q̧ hæc omnia de quatuor mixtionibus, & de febre bilioſa, & pituitoſa magis pertinet ad librum de typis. Sed in hoc facta eſt mentio propter hemitritæū, cuius generationem Archigenes ad tertianam*

Vera hemitritęa feb. ē cōpoſita ex tertiana intermittente & quotidiana cōtinua uel contra.

transfert ac quotidianam, non tamen eius naturam recte cognouit: quoniam in numero febriũ intermittentium ponit. Agathinus autem in eodem genere cum tertiana locauit, & sola uehementia accessionis ab eadem differre fatetur. Et eos redarguit, etiam dicens, q. si isti scribentes omnium febrium differentias in nominibus tantũ aberrassent, non admodum esset ægre ferendum, & in quo errant ostendit cum dicit. Sed quoniam neq; simpliciũ, &c. deinde cõcludit, q. quæ simplices sunt differẽtiæ feb. ad præsentẽ librũ attinẽt, compositæ uero ad eũ in quo de typis agitur.

TEX.

Lau. EX ijs enim quæ diximus de febre pituitosa ac biliosa inuicem permixtis, licebit hæc ad atram bilem transferentes, de implexu cum vtraque earum ac temperamẽto coniicere: implexum nominantes, vbi diuersis horis incipiant; temperamentum, vbi initium eodem tempore sit. Nec secus tres febres implicare ac tẽperare quis per se ipse poterit sumpta ratione de prædictis. Horum. n. omnium initium, fons & elementum est, diligenter internoscere cuiusq; simplicium febrium speciem.

Leoni. NAM ex his quæ de biliosa & pituitosa febre simul commixtis conscripsimus, licet & hæc ad atræ bilis humorem transferen-

tem,

tem, eius cum vtraque illarum complexionem ac confusionem pariter coniecturari. Voco autem complexionem, quando horis differentibus inuaserunt: confusionem vero, quando eodem tempore inceperint. Sic & tres simul febres complecti quispiã, & confundere poterit, ex his quæ nuper diximus motus. Nam horum omnium principium, fons, atque elementum est singularium febrium formam atque figuram exquisite cognoscere.

COMMEN. 123.

TRANSIT *ad cognitiones aliarum compositionum à prædictis, ut cum componitur febris melancholica cum biliosa, aut pituitosa. Et dicit, q; transferentem eam quæ dixit de biliosa & pituitosa febre simul commixtis ad humorem melancholicum, licet pariter coniecturari, complexionem, ac cõfusionem eius cum utraq; illarum. Et complexionem, inquit, uoco quando accessiones utriusq; horis diuersis inuadunt: confusionẽ uero, quando eodem tempore inceperint. Et sic quis poterit simul has tres febres complecti & confundere, motus ex nuper dictis: Nam simplicium febrium formam seu speciem exquisitæ cognoscere, horum omnium est principium, fons, atque elementum, & per uerba hæc tria non intelligit diuersa.*

TEX.

Lau. NEQVE enim magnus numerus earũ eſt:ſed omnes tres exiſtunt, bilioſa, melancholica, ac pituitoſa. quarum cuiusq; duplex differentia eſt, intermittens, & continua, ita vt omnes ſimplices differentiæ febrium ex humoribus putridis cõſiſtentiũ ſex numero ſint. Quo'd ſi qua alia illis acceſſerit, in his particulatim differentia, ex copia humoris, quantitate, & qualitate putredinis, nec nõ modo motus, & parte in qua putreſcit, generationem habebit.

Leoni. NEQVE enim plurima eſt earum multitudo, quum omnes tres numero exiſtãt, & quæ ex amara bile, & quę ex atra, et quę ex pituita generatur. Quarũ ſingulæ duas habent differentias, continuæ. ſ. atque intermittentis, adeo vt omnium quæ ex humorum putredine ortum habent, fiant ſex numero differentiæ. Quo'd ſi aliqua acceſſerit his particulatim, in ipſis differentia hæc, vel ex humoris multitudine, vel ex quantitate & putrefactionis qualitate, ac præterea ex modo motus, ac particula in qua fit putredo, habebit originem.

COMMEN. 124.

POSSIBILITATEM *cognitiõis febriũ ſimplicium, conſequenter & cõpoſitarum oſtendit,*

dit, propter non esse earum numerum magnum. Nam putridæ non sunt nisi tres. s. pituitosa, melã cholica, & biliosa, quarum singulæ duas habet differentias, continuæ. s. & intermittentis. Et sic omnium quæ ex putredine humorum ortum habent differentiæ sunt numero sex. Quòd si aliqua alia his accesserit particulatim different ia, non ex diuersitate humoris secundum speciem: sed ex eius multitudine uel quãtitate, et putredinis qualitate, nec nõ ex modo motus, & particula in qua fit putredo, habebit originem. Nam una tertiana est lõgior altera: quia eius materia amplior, aut magis crassa et uiscida, aut magis putrida. Etiam una longior aut breuior est altera ex modo essendi eius materiæ in corpore: quoniam materia conculcata in parte aliqua tardius resoluitur, q̃ quæ per corpus mouetur: et hoc intellexit cum dixit. Ac præterea & modo motus. Etiam differentiæ sumuntur à loco in quo materia putrescit, ut quia rarus, aut densus: quoniam à loco raro materia citius resoluitur, et à denso tardius. Deinde.

Feb. quæ ex putredine hũorũ ortũ habẽt differentiæ num. 6.

Quare una feb. longior altera.

Differentiæ feb. quãdoq; a loco in quo materia putrescit sumuntur.

TEX.

NE longius habeas ex iis febribus intermittentibus, quæ tertio quoque die infestant, cui quidẽ & accessionis tempus breue est, & initium cum rigore, & solutio cũ sudore ac vomitu bilis, vel etiam inferna aluo deiiciente biliosa: huic nomen inditũ

Lau.

est exquisita tertiana: cui vero aliquid horum deest, non amplius exquisita, sed simpliciter tertiana vocatur. Quòd si & intermissionem minorem habuerit, p̄ducta, scilicet accessione, tertianam hanc nominant productam: tametsi hæc maioris minorisq; ratione differentiam magnam obtineat. Ac licet hanc quidem absoluto sermone appellare productam, quæ cum quatuor & viginti horas accessionis occupauerit, reliquas sine febre obtinet: hanc vero admodum productam, cum circiter triginta horas febris producitur, & hanc præterea magis productam, cum ad sex & triginta procedit: & hanc aliam plurimum, cum ad quadraginta & eo amplius producitur. Sed hęc omnia definire certis terminis non licet ob acerualem dubitationem.

Leoni. VELVTI confestim earum febrium intermittentium, quæ tertiana quaq; die accessionem faciunt, quæ quidem breue habent accessionis tempus, ac cum rigore inuadunt, & per sudores, & bilis vomitum, & biliosa excrementa finiuntur, his tertianæ exquisitæ nomen impositum. Quibus vero aliquid horum deficit, hæ non exquisitæ, sed simpliciter tertianæ appellantur. Quòd si intermissionem breuiorē habuerint,

Exq̄sitæ tertianæ quæ, & q̄ simpl'r & quæ extensæ.

rint,

rint, accessione videlicet in lõgius tempus protracta, hę tertianæ extensæ vocantur, quum tamen hæc ipsa res plurimam in eo, ꝙ magis ac minus, differentiam suscipiat. Licet quidem ex his aliquã simpliciter extensam nuncupare, quæ quum viginti quatuor horas in accessione consumpserit, reliquas habet febris expertes. Aliquam vero sufficienter extensam, quæ vsque ad triginta extenditur horas: atque aliquam in longius adhuc tempus productam, vtꝗ; usꝗ; ad triginta sex horas protendatur: atꝗ; aliã adhuc amplius, vsque ad quadraginta vel plures. Neque. n. ex his quas diximus quælibet certis terminis potest definiri, quum socratica dubitatio nobis occurrat.

COMMEN. 125.

OSTENDIT *quæ sint febres quæ exquisitæ tertianæ appellantur.* Et *quæ simpliciter tertianæ, & quæ productæ seu extensæ tertianę.* Et *harũ, quæ simpl'r productæ dicuntur, quæ sufficienter productæ, quæ magis productæ, & quæ pl'm productę.* Et *quod dicit est clarũ.* Et *hęc omnia, inquit, determinare certis terminis non licet ob cumulum q̃oium, nã differentiæ secundum magis & minus sunt indeterminatæ.*

TEX.

NEque vero necesse ẽ talẽ noĩum subti- Lau.

litatem quærere, cum liceat nobis etiam sine ea indicare iis qui adsunt diligenter de vno quoque ægro, & rectè curare, ac euentum morbi præsentire. Subijciamus enim quempiam quindecim horis febricitare, esse autem sine febre tribus & triginta, atque id deinceps ei accidere ex proportione. Sanè cibandi tempus certa scientia sumere licebit, tum ex accessionis, tum intermissionis tempore, et quicquid ex eo sumi vtile potest ad præsensionem et curationē, id quoque abūde suppetet, etiam si nō quæratur tertianam ne absoluto sermone oporteat nominare talem febrem, an cum quadam alia adiectione definiente ipsam differentiam. Quin & volens indicare alteri febrem ægri quæ nam sit, diligentius indicabit, accessionis & intermissionis dicens lōgitudinem. q̄ quærens nomē quod perspicue, ac definite indicare idem queat.

Leoni. NEQVE tamen huiuscemodi nomina adeo curiose inuestigare est necessarium, quum nobis detur facultas etiam sine illis, de vno quoque ægrotante proximis indicare, ac rectam curationem adhibere, nec non futura prænoscere. Supponatur.n.aliquis quindecim horas febricitare, ac triginta tres febre vacare hócque deinceps eadē

proportione

proportione seruata contingant. Nemini dubium quin & tempus ad exhibendum cibum opportunum, ex accessionis & intermissionis spatio cognoscetur, et quantū ex hoc ad prænoscendum, aut curandum commodi nancisci potuerit, nihilominus id sufficienter acquiret, quãuis eam inquisitionem neglexerit, an simpliciter tertianã, an cum aliqua adiectione quę differentiam determinet, huiuscemodi febrem oporteat appellare. Sed & quum alteri indicare voluerit qualis nam sit febris ægrotantis, hoc diligentius efficiet, accessionis atque intermissionis spatium ostendendo, q̃ si nomen certum, ac pręfinitum, quod idem commõstret, inuenire studuerit.

COMMEN. 126.

OSTENDIT *modum secundum quem debet Medicus circa prædicta procedere, & quod dicit est per se manifestum. Et de hora cibationis dixit Auic. cap. de cibatione febricitantiũ in uniuersali, q tantum debet distare ab accessione, ut tempore accessionis cibus sit perfecte digestus: quoniam si illa hora febricitantes fuerint cibati, aut cibum in uentriculo habuerint: tunc natura occupabitur in digerendo eum, & dimittet digerere, resoluere, & expellere ægritudinis materiam, & confirmabitur, et elõgabitur ægritudo.* De hora cibandi.

Auic. Et dixit prima quarti, cap. de cura phlegmaticæ. hora cibi est post teporem accessionis & eradicationē eius, & ante accessionē ad minus per horas quatuor. Et dixit Rasis. 10. Almansoris cap. eodem, hora comestionis ab hora accessionis, quãto plus possibile fuerit est elõganda. Sed dubium est, si medicus cogatur cibum dare in accessionibus ob uirtutis debilitatem, uel aliud, quando magis dandum, An in principio, an in augmento, an in statu? Cui respondet Gal. 11. methodi circa finem, dicens duo oportet respicere, summum præcedentis accessionis uigorem, & principium futuræ, & ad hæc duo spectantes, operam dabimus ut quàm longissime ab utroque nutriamus: nam si spatium inter summum prioris accessionis uigorem, & sequentis principium satis sit amplũ, facile est idoneum tempus ad nutriendum inuenire: sed si id exiguum fuerit, adeò ut cogamur cibum dare prope uigorem præcedentis paroxismi & prope futuri principium: tunc dicit Galenus distinguendum id discernendumq; ab eo quod magis sit nociturum, tum ex loco afflicto unà cum affectu, tum accessionis & principij, & summi etiam uigoris, consuetudine. Si quidem in iecore uel uentriculo phlegmone aliqua sit, tunc perniciosissimum est ante accessionem cibare: quia solent his qui ita se habent iocinore quidem afflicto alui deiectiones unà cum accessionibus inuadere:

Rasis.

Dubium

Notãdũ pro regula cibandi in accessionibus.

dere: ore autem uentriculi uexato syncope. Vbi uero sit febris sine phlegmone utilißimum est his quibus infirma est uirtus cibare. Secundo inquit summi uigoris & principij accessionis morem oportet cōsiderare, in summo uigore. An siccus sit ualde sine caloris febrilis magnitudine, an sit citra siccitatem urens. Si primum, uictu humectante in statu madefacere oportet: si secundum dum plurimum caloris se remittat expectare. De principio uero distingues hoc modo: an corporis multa sit extremitatum refrigeratio & magna sanguinis ad interiora reuocatio, aut non. Si secundum, tunc potes ante accessionem cibare. Si primū distinguas, aut uisceris phlegmon adest, aut humorū redūdātia, aut nullū horū. Si primū cauēda est ante accessionē cibatio. Si secūdū, nihil offendes paulò ante cibās. Et sic secundū hanc Gal. decisionē, non est uerū q̧ deterior hora cibandi sp̄ sit accessionis principiū, & postea status, ut multi tenent: & decipiuntur ex authoritate Galeni falsa, primo de ratione uictus acutorum, commen. penult. Nam ubi litera antiqua dicit de statu, nullam faciens mentionem de augmento, noua & uera litera dicit de augmento, & non de statu. Et ideo dicit Galenus, quòd aliquando dare cibum in principio, est utilißimum: & quòd aliquando non lædit. Et ita constat, quòd non semper deterior

Nō sp̄ deterior hora cibandi est accessionis principium.

hora est principium: sed interdum principium, & interdum status: sed dices quare nihil dicit Gal. de augmento dici potest, q̧ forte hoc est, quia augmenti duę sunt partes, una quæ se tenet ex parte principij, quam Gal. inæqualitatem appellat. Secunda quæ se tenet ex parte status. Et ideo q̄d dixit de principio, debet intelligi etiam de prima parte augmenti. Similiter quod dixit de statu, debet intelligi de secunda parte augmenti: uel dic q̧ non dixit de augmento aliquid: quia non potest dari cibus in augmento, pręsertim in secunda parte. Et si arguant, ex cibo sumpto in principio maior fit caloris retractio & suffocatio, ergo semper deterius est in principio, q̃ in augmento uel statu ægrotantem cibare. Dicendum, q̧ hoc accidit si in principio magna sit caloris ad interiora retractio, et materiæ redundantia, aliter non. Sed dices qua hora debemus cibare, si accessiones inordinatæ fiant? dico immediate incipiente declinatione primæ accessionis: & si in die duæ fierēt accessiones, & uelles tantum semel in die cibare, uidendum si paroxismi sunt æquales uel inæquales. Si æquales: tunc elligenda est hora consueta, si inæquales, tunc hora est post longiorem incipiente declinatione. Et si una accessio sit ualidior et alia prolixior: tunc debes considerare, quæ sit deterior: quia post illam quę magis nocet dandū. Et in hoc consistit tota regula cibandi in paroxismis:

Inæqualitas p̄s augm̄eti

Si accessiones inordinate fiant, qua hora cibandū

ſinis: ut plurimum tamen peßima hora uidetur eſſe principium: quia ut plurimum hac hora partes pectoris & ſtomachi magis læduntur, ut Gal. primo acutorum, com. penult. dixit. In febribus uero continuis uniformibus dicit Gal. 11. methodi, cap. 5. q. dari debet cibus, uel hora quietis, ut in declinatione, uel hora conſueta, uel hora diei frigidiori. Sed dices, ſi febris ſit homothona quomodo habebimus horam quietis? Dicendum q. ſi ſit æqualitas quo ad febrem eſt tamen inæqualitas, quo ad accidentia: ſed ſi uniformitas eſſet, & quo ad febrem, & quo ad accidentia; tunc debes eligere horam conſuetam & horam diei frigidiorem. Et ſi iſtæ duæ horæ ſimul haberi nõ poßint. tunc præeligenda erit hora conſueta.

Vt pluri mũ peßima hora cibandi, eſt principiũ aceßionis

Qua hora cibandũ ĩ feb. cõtinuis.

TEX.

HAEC igitur optima enarratio, atque doctrina eſt. Secunda autem eſt quam paulo ante dixi, exquiſitam quandam tertianã nominans, aliam vero ſimpliciter tertianã, mox aliam paulũ productam, deinde aliã admodum, aliam autem magis, poſtremo plurimum aliam. Sed ex omnibus obſcuriſsima ac peſsima eſt, quæ prima eſt prodita: ob quam recentiores medici quotidie inter ſe certant atque cõtendunt, ne id quidem cognoſcentes ſe de nomine contendere. Sed de aliis quis fortaſſe minus mirabi-

Lau.

tur: de Agathino vero magis mirandum. Si quidem productam quandam nominãs quotidianam & quartanam, in tertiana minime seruauit proportionem : sed cuius amplius producta fuerit accessio, hanc nominat semitertianam. Sed de nominum ratione hactenus. Nam & ipse plus quàm par est temporis in ipsis contero. proinde tempus est, ut ad considerationem aliarum rerum redeamus.

Leoni. HAEC quidem optima est exponendi, ac docendi ratio. Secunda vero, quam paulo ante insinuaui, quum aliam quidem exquisitam tertianam nominaui : aliam vero simpliciter tertianam. deinde aliam paululum extensam, deinde aliam sufficienter, deinde aliam amplius, deinde aliam plurimum. Obscurissima autem atque omnium deterrima, de qua prius fecimus mentionem, in qua Medici iuniores quotidie inuicem certant atque contendunt, neque animaduertunt se de nominibus litigare. Sed de alijs quidem quispiam minus forte mirabitur, de Agathino autem magis mirandum, qui quum quandam & quotidianam & quartanam febrem appellet extensam postmodum in tertiana nõ seruat eandem vim proportionis; nam si longius ac-

cessio protendatur, non tertianam, sed hemitritæum appellat. Sed satis superq; hactenus de nominibus disputatum, nam periculum est, ne longius q̃ sit opportunum in eisdem tempus conteramus. Quare rursus rerum ipsarum, quæ reliqua sunt, inuestigationem reuertamur.

COMMEN. 127.

CONCLVDIT, *et patet. Et de prima. s. tertiana exquisita omnium deterrima dicit, q; Medici iuniores inuicem contendunt, non cognoscẽtes se de nomine contendere. Et iterũ reprobat Agathinum cum dicit. Sed de alijs &c. qui quandam quotidianam & quartanam febrem extensam appellabat, & tertianam non. Nam cuius accessio longius protenditur, non tertianam, sed hemitritæum esse dicebat.*

DE DISPVTATIONE QVAESTIONIS, *an sit febris sanguinis. Cap. ix.*



SEQVENS est vt agitetur consideratio nihilo inutilior, vtrum quemadmodum ob vtranque bilem ac pituitam fiunt genera quædam febrium, ita & ob sanguinem putrescentem eueniat. Lau.

An ex sã guine pu trescẽte fieri pos sit aliud genus febrium.

Febris.n.diaria,eo tantummodo calefacto (vt diximus)haud quaquã putrefacto consistit. Per ipsam vero putrefactionem(necesse est.n.interdum sanguinem putrefieri) quærendum febrium ipsarum genus.

Leoni.

Ex omnibus vero quæ supersunt, nulla esset cõtemplatio præstantior,q̃ illa in qua quæri potest,nunquid admodum in vtraque bile & pituita fiunt quædam febrium species: ita & sanguine putrefacto soleant accidere febres. Si quidem ephemeras eo tantummodo calefacto, non autem putrescente fieri dicebamus.In putrefactionibus autem(nam & sanguinem quandoque putrescere est necessarium) quærendum quænam sit harum febrium species.

COMMEN. 128.

CVM *posuerit indicia putridarum, & de tribus generibus fecit mentionem,cholerica.s.phlegmatica,& melancholica, & non de sanguinea, uolens nũc loqui de sanguinea,quærit.* An *quemadmodum ex utraq; bile & pituita fiunt quædã genera feb.ita poßit & ex sanguine putrescẽte. Nã & sanguinẽ quandoq; putrescere est necessarium.*Et *quæ nam sit harum febrium species:* Fe*bris.n.diaria fieri,sanguine tantummodo calefacto,non putrefacto,dictum est. Supponit hic* Ga*lenus, sanguinem esse aliquem unum humorem*

quartum

quartum & simplicẽ, cui omnes alij in uena com miscentur.

TEX.

ID autem inuentum iri par est, si prius inuenerimus quo nam modo sanguis putrescit. Constat.n. Aristotelem rectè dixisse, fieri putrefactionem ab aliena caliditate. Intelligit autem alienam, externam, non natiuam, nec vnicuiq; rei propriam. Hæc.n.cõ coquere: aliena vero, corrumpere solet, quod est putrefacere. Extrinsecus autẽ caliditas superuenit sanguini per æstum, ac pestilentem constitutionem, & vt summatim dicam, per omnes febres ex quacunq; causa in generationem deducantur. Lau.

HOC autem inueniri posse putandum, si prius cognouerimus quo pacto sanguis putrefiat. Nam recte sentire videtur Aristoteles ab alia caliditate oriri putredinem. Dicit autem alienam externam non familiarem atque natiuam in quocunque genere rerum, nam hæc coquere apta est, externa autem corrũpere, quod est putrescere. Calor autem extrinsecus sanguinem opprimit, & in solis deustionibus & pestilenti aeris statu: atque, vt simpliciter dicam, in febribus vniuersis quacunq; ex causa originem traxerint. Leoni.

COMMEN. 129.

Calitas externa nõ familiaris, cã immediata putredinis.

RESPONDET *hoc facile posse inueniri cognito quo pacto sanguis putrefiat. Et dicit auctoritate Aristotelis, alienam caliditatẽ esse causam immediatam putredinis. s. caliditatem externam, non familiarem, natiuam. Nam hæc concoquere apta est, externa autem corrumpere, quod est putrefacere. Calor autem externus sanguinẽ opprimit, & ex æstu, & pestilentiali aeris statu, & in febribus uniuersis, & quacunq; causa originem traxerint. Nam hic calor sanguini accidit eo modo quo febris accidit, à quacunq; causa accidat, & hæ causæ dictæ fuerunt supra, & hæmet causæ sunt, quare putredo accidit sanguini. Deinde cum dicit.*

TEX.

Lau. QVIN etiã vbi in quapiã animalis parte sanguis copiosior collectus, supra vires eius fuerit, corrumpitur: maximéque quoties infarctus est ob crassitiem in paruis vasis, aut impactus ob copiam. Quemadmodum accidit in bubone & phymatis, & vt in summa dicam, in omni inflammatione. Nam in tali dispositione sanguis duplici ex causa corrumpitur: tum quia minime difflatur, tum quia à natura minime vincitur. quòd autem quæ minime difflantur, putrescere soleant, in cunctis ex-

teris

teris corporibus intueri licet, fructibus, seminibus, atque etiam vestibus: atque persuadere id quod dicimus, maxime potest pleuritis. Expuunt enim per eam alij spumosam, alii pallidam, alii rubram saniem, quæ nihil aliud est quàm humoris inflammatione vincentis pars quæ non continetur, sed præ tenuitate foras resudat. Interdum etiam talis sanies nigra apparet, ac neque statim ab initio, sed processu temporis, præcedente magna ex parte pallido sputo, quod erat indicium flauæ bilis exuperantis: quemadmodum spumosum pituitæ, rubrum sanguinis. Quocirca ratione non caret interdum putrescere sanguinem, ipsum in locis inflammatione affectis, febrem'que ex eo simpliciorem esse, quàm ex aliis humoribus. Proportionem autem accessionum tertianæ circuitionis potissimum sumit (ita enim fieri cernitur & in pleuriticis quoties rubrum expuunt.

SED & quando in aliqua corporis parte sanguis plurimus aceruatus eiusdē corporis opprimit vim, corrumpi consueuit, ac tum præcipue, quū in paruis vasis pp crassitudinē obstruitur, aut pp multitudinē impingit, quēadmodū in inguinū tumoribus Leoni.

ac collectionibus,atq;, vt vniuersaliter dícatur,in inflammationibus vniuersis. Nã in huiuscemodi affectibus duplicẽ ob causam corrumpitur sanguis,et quia.s.non difflatur, & quia à natura non conuincitur. Quod vero ea quæ non difflantur putrescere soleãt,indicant exteriora omnia, quẽadmodum fructus,& semina,vestesq; pręterea. Eius vero quod dicitur fidem facere potest id etiam,quod in laterum inflammationibus cernitur: nam quidã in ipsis spumeum,quidam pallidum,quidam rubeum expuunt liquorem, quod nihil aliud est q̃ ea humoris pars in inflammatione exuperantis,quæ retineri non potest, sed præ tenuitate sudat exterius. Nonnunquam vero & niger liquor ille conspicitur non statim ab initio,sed tempore procedente,quãdo vt plurimũ pallida sputa antecesserint: quæ bilis exuperantis erant indicia,quemadmodum spumea quidem pituitam, rubida vero sanguinem indicant. Quare non procul à vero est existimandum, sanguinẽ ipsum nonnunquam in his quæ inflammationem patiuntur,particulis subire putredinem, ex qua simpliciores quidem quàm ex alijs humoribus febres fieri,similem vero accesionum proportione m assumere,
qualem

qualem tertianæ maxime febres ostendũt. Nam ita in his qui laterum inflammationes patiuntur obseruatum, quo tempore maxime rubidum expuunt.

TEX.

OSTENDIT *& sanguinem posse putrefieri in parte aliqua corporis, dicens. Sed & quando in aliqua parte corporis sanguis plurimus collectus supra uires eius fuerit corrũpitur, præcipue cum in paruis uasis ob craßitiem obstruitur, aut ob multitudinem impingitur, quemadmodum accidit in tumoribus inguinum ac collectionibus & uniuersis inflammationibus: In his. n. affectibus ob duplicem causam sanguis corrumpitur, & quia non difflatur, & quia à natura non uincitur: hæ. n. sunt causæ extranei caloris in eo. Quòd uero ea quæ non difflantur putrescere soleant indicant exteriora omnia, quemadmodum fructus, semina, & uestes.* Huius *etiam fidem facere potest, quod in inflammationibus laterum cernitur.* Nam *quidam spumosum, alij pallidum, alij rubeum expuunt liquorem, qui ea pars in inflammatione humoris exuperantis est, quæ retineri nõ potest, sed præ tenuitate sudat exterius.* Et *dicit* ꝙ *nonnunq̃ liquor ille apparet niger, non statim ab initio, sed processu temporis, præcedente ut plurimum pallido sputo, quod erat inditium flauæ bilis exuperantis, quemadmodum*

In tumoribus ob duplicẽ cãm sanguinem corrũpi.

In inflãmationibus laterum, liquor qui expuitur aliquãdo niger apparet.

Sputum pallidũ in pleuritide, flauæ bilis exuperãtis inditium, spumosum, pituitę, et rubrũ sanguinis. Pleuritis raro ex mel'ia. Febrẽ ex putredine sãguinis mitiorem eẽ, q̃ ex alijs hũoribus

spumosum pituitæ, rubrum sanguinis. Nam pleuritis raro incipit ex melancholia: sed si fiat, hoc est, quia flaua bilis ex qua fit aduritur et denigratur. Et sic concludit sanguinem ipsum interdum putrescere in locis inflammatione affectis, & febrem ex eo simpliciorem, idest mitiorem esse q̃ ex alijs humoribus, & similem accessionum proportionem assumere, qualem tertianæ febres ostendunt. Nam ita uidemus in pleuriticis fieri cum rubeum expuunt, & cum pleuritis est sanguinea, quòd scilicet febris earum periodum seruat tertianarum. Nec uoluit Galenus febrem sanguinis non posse componi cum alijs febribus, ut Auicenna dixit prima quarti, tractatu secundo, cap. 43. Nunquam enim negasset, q; cholera posita in calefacto esse presente synocha quandoq; posit cor ignire, & feb. causare, Et q; cum putrefactione sanguinis in uenis, quisq; alius humor potest extra uenas putrefieri, & feb. intermittentem synochæ cõplicatã facere. Nec ẽt prohibet membra arefieri & hecticari uenis repletis sanguine putrido synocham faciente.

TEX.

Lau. VBI vero supra modum assatur, mutatur penitus. Pars enim tenuissima simul ac pinguis in pallidam bilem: crassior autem in atram vertitur, quemadmodum accidit in carbunculis. Etenim in his sanguis vehementer

menter feruefactus mutatur in humorem melancholicum.

QVOD si sanguis supra modum assetur, pars quidē eius subtilior ac pinguior omnino in flauam conuertitur bilem: quæ autem crassior in atram, quod ex his tumoribus qui carbunculi appellantur contingit: nam & in his ex sanguine supra modum efferuescente, ad atrę bilis humorem fit trāsmutatio. Leoni.

COMMEN. 131.

ITA scribit secundo de Crisibus, cap. 12. liquet autē q, cum hic putrescere cœperit nō amplius optimus remanet: sed iam ad amaræ bilis naturā transit: atq; in hoc illud seruatur triplex esse genus uniuersum simplicium febrium. Quæ .n. ex sanguinis putredine fit tam quodam modo biliosa est si quidem in naturalibus sermonibus recte ostensum est, q, sanguis à moderato calore generatur: flaua autem bilis ex maiore: atra uero ex sufficienter immodico: quicquid igitur pingue & leue in sanguine est, fit flaua bilis. Crassum uero ac ueluti fex quando immodice calefactum inaruerit atra: flaua etiam bilis aliquando in atrā conuertitur cum assata fuerit: duplex est .n. eius generationis modus ostensus.

TEX.

AD hūc vero modū inaudire oportet hu

morem melancholicum, tanquam nōdum effectus sit atra bilis: sed in confinio quodam collocatus.

Leoni. ITA autem hoc loco accipi volo atræ bilis humorem, vt qui nondum exquisite in atræ bilis naturam transierit, sed in quodā sit confinio constitutus.

COMMEN. 132.

DVBIVM *remouet. Nam diceret quispiam, cum sanguis in particulis, quæ inflammationem patiuntur supra modum assatur, eius pars subtilis & pinguior in flauam conuertitur bilem, & crassior in atram, febris ex putredine sanguinis etiam similē deberet accessionum quartanæ proportionem seruare. Cui respondetur, q̄ cum sanguis supra modum assatur, statim pars subtilis in flauam conuertitur bilem, crassa nondum effecta atra bilis: Nam ut. 2. de Crisi uoluit, plus de calore requiritur ad hoc ut sanguis transmutetur in atram, q̄ ad hoc ut trāsmutetur in flauam bilem, Et ideo dicit Galenus. hoc in loco accipi uolo atræ bilis humorem, qui nondum exquisite in atræ bilis naturam transierit: sed in quodā sit confinio constitutus, ut termino medio, inter atrā uere, & dispositionem in qua erat ante putredinem. Postea cum dicit.*

TEX.

Lau. FEBRES igitur consistent pro specie humoris,

moris, in quem ſanguis mutatur, tãtummo do diſsidentes malignitate & clementia. Simpliciores.n. ſunt ex mutatione ſanguinis: tum cætera, tũ caloris lenitate. Et ſi.n. q̃ maxime multus manus occurſu deprehendatur, prorſus tamen mitis eſt: quemadmodum is qui poſt balnea accidit. Copia enim caloris febrilis in ipſa effluuii copia ſemper poſita eſt: moleſtia vero, ſi admoueas extrinſecus manum, in ipſa caliditatis acrimonia. Idq; erit tibi indicium maximũ humoris committentis febrem: intelligo autem ipſius caloris qualitatem. Qui.n. vaporoſior eſt atq; minus moleſtus, ſanguinis eſt: qui moleſtus erodensq; & mordax, ex bile conſiſtit. Vbi vero in primo occurſu vaporoſus potius q̃ mordax ſentitur, diutius autem immorantibus paulatim ei acrimonia accedit, eaq; maxime inæqualis, ita vt per colum quoddam vel cribrum tranſmitti videatur: talem febrem ex pituita putreſcente conſiſtere ſciendum eſt.

ET quidem pro varietate humorum in quas conuertitur ſanguis, febres fient ſola bonitate vel malitia differentes. Illæ ſi quidem quæ ſanguinis, tranſmutationem conſequuntur, ſunt ſimpliciores, tũ in reliquis, tum in caliditatis qualitate mitiori: nam & Leoni.

si se plurima manui tangenti offert, est tamen omnino mitis, sicuti ea quæ in balneo contrahitur. Semper. n. febrilis caloris multitudo, in multitudine defluxus consistit. Quod vero manui tangenti molestum sentitur, ex humoris acredine prouenit. Hocque tibi sit maximum humoris febrem facientis indicium, qualitatis videlicet caliditatis: nam quæ magis vaporosa, ac minus molesta existit, ex sanguine nascitur. Quæ vero molestæ sunt, & rodentes, atque mordaces, vtranque bilem cõsequuntur. Quum vero in primo tactu quoddam potius vaporosum, q̃ acre se manui representat, at p moram paulatim mordacitas aduenit, ac maxime inęqualis, adeo vt per colatorium quoddam & cribrum percolari videatur, ex pituitæ putredine huiuscemodi febrem oriri cognoscas.

COMMEN. 133.

CONCLVDIT Gal. ex dictis febres consistere pro specie humorum in quos sanguis mutatur. Vnde si sanguis mutatur in bilem, febris erit biliosa, erit tamen differens in malignitate humoris à febre facta ab alia bili: quoniam flaua bilis facta ex sanguine sapit naturã sanguinis. Et ideo quæ consistit ex trãsmutatione sanguinis est simplicior, quia mitis caloris. Et dato q̃ ad tactũ calor

Flaua bilis facta ex sãguine sapit

lor multus appareat, quoniam multum est illud, quod extra euaporat, est tamen omnino mitis, sicuti ea quæ in balneo contrahitur, sed quod manui tangenti molestũ sentitur, ex acredine humoris prouenit. Nam maximum indicium est humoris febrem facientis qualitas caliditatis: nã quæ magis uaporosa ac minus molesta existit, ex sanguine nascitur. Quæ uero molestæ sunt & rodentes atq; mordaces, utranq; bilem consequuntur, flauam .s. & nigram. Et sic habes hic quõ tãtum tria esse genera febrium uoluit Gal. & quõ synochæ ob putredinem ex flaua bile consistant, ut superius dixit. Eius uero quod ultimo dicit de phlegmate, causam habes in cap. sequẽti. Et ideo Auicenna prima quarti, cap. 43. Opinatus est Gal. q̃ non fit febris sanguinis à putredine sanguinis. Nam sanguis cum putrefit fit cholera, & non est sanguis. Et tunc fit febris cholerica, & nõ sanguinea. hoc idem sibi imponit Mesue in de consotatione medicinarum, capitulo secundo, et Auerr. secunda parte suæ canticæ, capit. de Cura morbi frigidi & humidi. Similiter Rasis. 16. continentis cap. de Febre sanguinea. hanc etiam fuisse eius intentionem patet. Nam supra capitulo secundo huius libri: dixit synocham cum putredine ex flaua bile prouenire. Et in eodem capit. tract. 7. dicit. Hoc tantum ab eisdem obseruetur, ut nullam speciem putridarum prætermittant: sed omnes dein-

naturam sãguinis iõ feb. ex trãsmutatione eius ĩ malignitate humoris differt à feb. fcã ab alia bili. Tantum tria esse genera feb. et synochas ob putredinẽ ex flaua bile cõsistere.

ceps quemadmodum ego nunc institui recenseantur, & tamen nullam mentionem fecerat de sanguinea & putrido sanguine, hoc etiam in ultimo prædicti capituli clarius cõfirmauit. Nec in hoc Gal. fuit ambiguus, nec eius uerba in hac febre fuerunt uaria, ut sibi imponit Auerr. 4. colliget, cap. 30. Nunquam. n. inuenies eum concecisse sanguinem putridum facere febrem sanguineam putridam, & non in specie biliosam. Nec sequitur febris est synocha. ergo sanguinea, ut multi credunt. Nec semper sanguis qui in uenis putrescit seruat analogiam tertianæ, sicuti quando extra uenas, & in locis inflammatione affectis putrescit. Et causam habes à Gal. 9. methodi, cap. 2. ubi ita scribit. Cum. n. accessionis remissio ex feruentium humorum transpiratu contingere solet, non transpirent autem in uehementi stipatione: necesse est multorũ dierum fieri accessionem. Igitur ubi in tali febre nulla subest occasio quæ alterius accessionis principium excitet, ultra hoc q. multorum dierum febris est, nec inuasionẽ alicuius febrium significationis facit, sed permanet ab initio ad finẽ una febris, quæ nec quotidianæ, nec tertianæ, nec quartanæ notam præferat. Et postea declarans quomodo uehemens stipatio sit intelligenda dicit. Cæterum cum me audis dicentem, ubi uehementer stipata corpora sunt, cohiberi intra corpus febrilem calorem, non ita factam

Non sp sanguis qui in uenis putrescit seruat analogiã tertianæ.

vehemẽs stipatio quid.

prorsus

proxſus denſitudinem putandum eſt,ut nullum ex his humoribus qui tenuati admodum ſint, effluere foras ſinat:cum nec ſi de oßibus ita dixeris,id uerum ſit,nedum carne & cute. Concil. differentia.89.aliter mentem Galeni introducit. Dicit.n. ꝙ febris ſanguinis eſt duplex, quædam ex ſolo peccato in quanto procedit,quæ ſynocha inflatiua ſine putredine appellatur.de qua nulla oritur diſcordia inter doctores. Alia eſt febris ſanguinea,quæ fit ex ſanguine peccante non ſolum in quanto,ſed etiam in quali,qui putreſcens, aut cõtinetur in loco proprio, ut uenis & arterijs : aut in loco extraneo,ut in phlegmone. Si ſanguis ſit putreſcens in loco proprio,quia ſibi quaſi nõ ineſt niſi una putredinalis cauſa.ſ.prohibita tranſpiratio,cum in ſuo proprio loco permaneat, & cum impinguatur uehementer,ad inflammationẽ & putredinem fortem cum ipſius in loco illo natura fortem habeat ſolicitudinem,poterit aliquã diu modice putrefieri,& febrem ſanguineam generare,abſque eo ꝙ tranſducatur in cholerã quæ erit febris ſynocha de putredine ex ſanguine. Et dicit ꝙ ſanguis ille nõ multum putridus amplius ſupercalefactus & putrefactus,paulatine cõuertitur in choleram et generat febrem cholericam & ſi aliquando non percipiatur motus tertianæ, hoc erit,quia materia etiam erit in locis propinquis cordi,ſicut etiam fit in cauſone in quo nõ po

Concil. oppõ.

nitur esse additio, aut diminutio, aut illud erit ob multam quantitatem illius humoris. Si autē sanguis putrescens contineatur extra uenas: tunc in se duæ sunt putredinis causæ. s. prohibita transpiratio, & non esse in loco suo proprio, unde ualde plus à regimine naturæ relinquitur, & ualde amplius & fortius putrescit, q̄ prædictus & citius in choleram conuertitur & febrē generabit cholericam: & de tali sanguine loquitur hoc in loco Galenus, quum dicit quòd seruat analogiam accessionum tertianæ, & quòd febrem generat cholericam. Et hanc Conciliatoris sententiam secuti sunt multi, & ego etiam, tanquam probabilem in nostro de modo medendi, capitulo de cholera.

DE CAVSA DIVERSITATIS TA*ctus feb. phlegmaticæ ab aliis feb. Cap. x.*

Lau. *Quare tactu in phlegmaticis feb. inæqualitas caloris magis perci*



AETERVM consideranti mihi quærentiq; causam ob quam febres ex aliis humoribus calorem habent æquabiliter occurrentem: quæ vero ex pituita consistunt, dictam obtinent inæqualitatem: apparuit mihi potissimum causa esse lentor crassitiesq; humoris, & dissolutionis difficultas.

Huius

Huius enim, vt aliorum omnium, quicquid semper extenuatum eſt, per halitum digeritur: vix autem extenuatur, quicquid craſsiſsimum: ac multo minus, ſi frigidum natura ſit. Quocirca neque totũ nec æqualiter, ſed quicquid putredo occupauerit, id ſolum in flatus vertitur, ac extenuatum foras fertur, ac perinde euenit vt in glutinoſis craſsisque humoribus externis dum elixantur. Exiſtunt enim ex eis bullæ, quibus ruptis ſpiritus vniuerſe educitur, ſimul ſecum abducens humorem attenuatum. Vbi vero tenuis humor elixatur, neque bullæ efficiuntur, & qui ab eo attollitur vapor omnino ſimilis ac continuus ſibi ipſi eſt. pit q̃ in alijs.

CONTEMPLANTI vero mihi ac cauſam perquirenti, cur in febribus alijs calor æqualis occurſat, quæ vero ex pituita ortũ habent, talem caloris inæqualitatem oſtendunt: nulla potior vero viſa eſt quàm tenacitas atque humoris craſsitudo, qui difficulter diſſoluitur. Nam & in hoc ſicuti in alijs omnibus primo ea pars omnis expirat, quæ fuerit extenuata. Vix autem extenuat̃ quicquid valde craſsũ extiterit. quod ſi etiã natura frigidum fuerit, tũc & difficultas augetur, nõ totus itaq; humor, neq; ex Leoni.

omni parte æqualiter, ſed ex illa tãtum mo do in quã putredo inualuerit inflatur, atq; extenuatum effertur, non diſsimili euentu ab eo quem in lentis ac craſsis humoribus, qui exterius ebulliunt inſpicimus. Nam & in iſtis ampullæ attolluntur, quæ vbi diſrũ puntur, vniuerſus flatus effertur, omnẽ hu miditatem extenuatam ſecum trahens. At in ſubtilioribus humoribus quum ebullie rint, neque ampullæ fiunt, quicq; ab eis va- por exhalat, eſt vndequacq; verſus æqualis ac ſibi perſimilis.

COMMEN. 134.

REDDIT *Galenus cauſam in hac parte, qua re in febribus phlegmaticis tactu inæqualitas p- cipitur caloris magis, q̃ in alijs febribus, ut ſupra dictum fuit.* Et *cauſam eſſe dicit uiſcoſitatem, & craßitiem humoris, qui difficulter diſſoluitur: nã et in hoc ſicuti et in alijs omnibus primo ea pars expirat quæ fuerit extenuata: uix autẽ extenua- tur quod ualde craſſum eſt.* Quod *ſi etiam natu- ra frigidum fuerit: tunc & difficultas augetur, & ita non totus humor, neq; ex omni parte æqua liter: ſed ex illa tantummodo in qua putredo inua luerit inflatur atq; extenuatur.* Nã *ſimiliter eue- nit, ſicuti in lentis ac craßis humoribus, qui exte rius ebulliunt: nam & in iſtis uidemus q, ampul- læ generantur, à quibus cum rumpuntur flatus effertur*

effertur omnem humiditatem à calido subtiliatã secum trahens. Hoc *autem in eis contingit ob earum uiscositatem & humiditatem.* Vnde *non possunt à calido uniformiter excoqui: sed secundum quasdam partes calidas calefacit, alijs adhuc nõ calefactis.* Et *ideo à quibusdam partibus elleuantur ampullæ, & à quibusdam non, quod non sic conuenit in rebus subtilibus & humidis cum coquuntur, in eis.n.non fiũt ampullæ, sed uapor uniformiter et æqualiter resoluitur ab omnibus partibus, cum ex earum subtilitate & humiditate uniformiter à calido calefiant.* Est *ergo hoc huius febris signum propriũ, quod plus manifestatur, quãto phlegma est craßius, uiscosius et frigidius.* Et *ex hoc patet quomodo ex parte dispositionis materiæ potest in aliqua febre simul secundum omnes partes corporis sentiri frigiditas & caliditas: quoniam ex uiscositate, craßitie, & frigiditate materiæ accidit in ea cum putrescit partes minimas calidas esse iuxta minimas frigidas maxime cum putredo non uehemens insurgit, quemadmodũ apparuit supra in febre apud Gal.epiala.* Et *de hac febre phlegmatica inquit Auic.prima quarti, tract.2.cap.47.* Et *tactus caliditatis eius in primis est debilis, & uaporosus: deinde cũ prolongatur positio manus super mẽbrum, sentit manus acuitatem & adustionem.* Verũ *tamen nõ est similis, neq; æqualis in omnibus super quæ*

Signum propriũ phlegmaticæ feb.

Qũo in aliqua feb.põt sil' secundũ oẽs partes corporis sentiri frigiditas et caliditas

cadit manus, immo est diuersa : quoniam inuenit in loco uno adustionem, et in loco alio lenitatem, & est quasi caliditas colata post rem cribellatam: quoniam phlegma uiscosum est, quare diuersificatur eius paßio & eius subtiliatio à caliditate, sicuti accidit in reliquis uiscosis quum ebulliunt, ipsa enim disrumpũtur in quibusdam locis, & non diuersificantur in locis alijs.

DE CAVSIS PROPTER QVAS *quædam febres sunt interpollatæ, & quędam conclusę. Cap. xi.*

Lau.



ED cum de his satis dictũ sit, sequens est vt agamus de causa febrium synocharum. Mirum enim mihi esse videtur sæpe vsque ad quartum vel quintum, & interdũ vsque ad septimum diem, vnam fieri accessionem in eis ab initio vsq; ad finem. Quanquam si quis consideret diligenter, magis mirum est quasdam febres repetere per circuitionẽ. Exemplũ.n. supra dictum à nobis de stercore particulatim putrescente, non perinde potest accidere, quũ in corpore animalis putrescentes humores cum his qui putredine vacant, facile misceri

ri poſsint, vtpote quum ex omnibus cōfluxus, conſpiratioq; in omnia exiſtat. Quocirca minime fieri pōt, vt putredo in vna aliqua parte, aliàs alia fiat, niſi inflammatio colligatum detineat incipientem putreſcere humorem. Cum igitur ratio in contrarium cedat, difficiliusque ſit inuenire cauſam febrium circuitione repetētium quàm ſynochorum.

Leoni.

Quare ī ſynochis una ē acceßio uſque ad 4 uel. 5. diē ſæpius et uſque ad 7. a principio uſq; ad finē?

SED quoniam de his, vt oportuit diſcernimus, nunc earum febrium quæ à continuo feruore ſynochæ appellantur, cauſas inueſtigemus. Mirum enim mihi videtur in iſtis vnam plerunque acceſsionem vſque ad quartum vel quintum, ſæpius autem vſque ad ſeptimum diem ab earum initio, donec finiantur extendi. Quanquam ſi quis diligentius inſpiciat maiorem illi admirationem poſsit afferre in quibuſdam febribus per circuitum fieri acceſsiones. Quod enim retro attulimus exemplum in ſtercore, quod particulatim putreſcit in animalis corpore, non admodum fieri poſſe videtur, quum putreſcentes humores his qui putredine vacant, poſsint facile cōmiſceri, vtpote ex omnibus ad omnia confluxu, et cōſpiratione exiſtente. Vnde fieri nō poteſt, vt putredo nūc vnā, nūc

Secunda dubō quare in quibuſdā fe. fiūt acceßiones p circuitum.

aliam occupet partem, nisi inflāmatio incipientem putrescere humorem alliget, atq; coherceat. Quoniam igitur ad contrariam partem ratio se transtulit, difficilius vero est earum febrium, quæ per circuitus accessionem faciunt, causam inuenire, quàm earum quæ synochæ dicuntur.

COMMEN. 135.

ALIAS *dubitationes in hac parte circa febres putridas uult Gal. dissoluere. Vna est quæ sit causa q, in synochis plerūq; usq; ad quartum uel quintum diem, & sæpius usq; ad septimum à principio usq; in finem una fit accesio: secunda dubitatio, & maior est, quæ causa est q, in quibusdam febribus accesiones fiunt per circuitum, ut de die in diem, uel de tertio in tertiū, uel de quarto in quartum. Et ut asignet causam immediati quæsiti dicit, q, exemplum supra positum in cap. illo. Quoniam de febribus pestilentibus &c. de stercore paulatim putrescente, non admodum uidetur posse fieri in corpore animalis, cum humores putrescentes facile posint commisceri cum his qui putredine carent, existente ex omnibus ad omnia confluxu & conspiratione. Vnde fieri non potest ut putredo nunc unam partem, nunc aliam occupet, nisi phlegmon humorem putrescere incipientē alliget atq; coarceat: quia ergo ratio de stercore sumpta est in cōtrariū, difficilius*

est

est causam earum febrium, quæ per circuitus accessionem faciunt inuenire, q̃ quæ à principio, usq; ad finem unam habent accessionem. Vnde cũ Gal. supra exemplum adducit de stercore, ponens differentiã inter putredinem factam in apostemate, et putredine humorum inuasis contentorũ assimilauit putredinẽ hũorũ in bubone calefactioni lapidis uel igni quæ non erant apta caliditatem plurimo tp̃e conseruare per calefactionẽ partis post partẽ, immo simul solũ calefiebat & durabat tantũ cal'm quousq; paulatim infrigidabatur: humores. n. in bubone simul oẽs putrefiebant, putredo autẽ stercoris per plures dies conseruabatur: quoniã erat in re quæ nõ putrefiebat simul: sed per partẽ post partẽ successiue, ut iam declinante una parte in calore alia pars accenderetur, & secundum hoc erat sil'itudo diuersorum periodorũ. secundũ q̃ illa reaccensio fiebat p̃ diẽ uel de. 3. in tertiũ, uel de. 4. in quartũ. Sed hic exẽplũ illud de stercore putrido non debet adaptari putredini in uasis humorũ. Et quia illud uidet̃ potius hic in cõtrariũ eius quod dictũ fuit supra, difficilius est assignare cãm feb. quæ exacuuntur secundum periodũ, & præsertim cõtinuarũ, q̃ autem exẽplũ illud non uideatur illi putredini adaptari, patet: quoniam humores qui putrescunt in uenis sunt mixti cũ hũoribus nõ putridis. Ideo sil' deberẽt putrefieri, et nõ pars post p̃tẽ: sed humores qui sunt in apostemate sunt separati ab alijs

humoribus qui ſunt in uenis, cum ſint in uno loco determinato collocati. et ideo non uidētur ſimul putreſieri: quoniam pars humoris qui eſt in apoſtemate nō erat cū illis mixta. Et *ſic putredo in apoſtemate erit p putredinē partis humoris poſt partem: unde aliud illi exemplum quàm ſtercoris magis adaptari uidetur.* Deinde *cum dicit.*

TEX.

DE vtriſque nitemur diſcernere, neq; hic
Lau. producentes ſermonem, neq; contradicentes erratis aliorum: ſed (vt in omnibus ante fecimus) veritatem ipſam tantummodo perſequentes, qua nixus poſsis deprehendere errata aliorum. Incipiendum igitur ab iis quæ manifeſtiſsime apparent, cuiuſmodi ſunt ophthalmiæ quædam, quarum hæ quidem ſingulis diebus, hæ autem tertio quoq; die infeſtare cernuntur. Nec ſecus aurium dolor & capitis, vel totius, vel dimidii, quem nominant hemicraniam. Non nullis vero etiam podagra ac dolor articularis repetit per circuitionem. Vt igitur in his omnibus uidere licet uenas ipſas in partibus quæ infeſtantur in tumorem attolli, & phlegmonem augeſcere, & dolores intendi, & fluxionem inſignem foras procūbere: ita exiſtimandum eſt in partibus internis, quę minime apparent, ſeruari eandē

pro-

proportionem. Verbi gratia per inflammationem pleuritidis, ac peripneumoniæ intumescere quidem inter initia accessionū discuti vero ac subsidere per inclinationē. Sed quo nam modo id fiat fortasse inueniemus, si ea quæ de inflammationis generatione & rheumaticis affectionibus vocatis alibi demonstrata sunt, ad memoriam reuocauerimus. Si enim simul cum illis adiecero quæcūq; propria huic sermoni sunt, præsentibus quæstionibus sufficient.

DE vtrisq; tentabimus sermonem transigere, neq; hic prolixus scribentes, neque aliorum errata corrigētes, sed quemadmodum in superioribus egimus, solam veritatem amplectentes, ex qua quispiam instructus, etiam aliorum delicta comprehendet. Sumendum itaq; initium ab his quæ manifestissime apparent, quæ sunt lippitudines quædam quarum nonnullæ quotidie, nonnullæ vero tertio quoque die magis infestant: Similiter & aurium dolores, & capitis, siue totius, siue medietatis, quos Græci hemicraneam appellāt: quibusdam vero & pedum, & articulorū dolores per circuitus videmus exacerbari. Quod igitur in hisce omnibus inspicere licet, venas quidem in his partibus quæ exacerbantur Leoni.

in tumorem attolli, atque inflammationẽ augeri, ac dolores intendi, ac materiæ inutilis affluxũ ad extrinseca fieri. Ita & in interioribus quæcunque non videntur eandem proportionis similitudinem seruare fieri concipiendum, adeo vt in laterum & pulmonis inflammationibus, in accessionũ quidem principiis tumores increscant, in declinationibus autem, euaporent ac submittantur. Forte autem quo pacto hoc accidat inueniemus, si de inflammationis generatione, atque effluentis materiæ discursu quæcunque à nobis in aliis commentariis sunt demõstrata, memoria repetemus: nam si quid huius interest loci, illis addatur, præsenti quæstioni satisfaciet.

COMMEN. 136.

PRIMO *in dissolutione harum dubitationum dat modum quẽ uult tenere, & quod dicit est clarum: secundo eas dissoluit, & primo secundã: quoniã dubitatio prima ex dissol'one secundæ statim claræ apparebit soluta, nõ autẽ ecõtrario.* Et dicit *primo incipiendũ ab his quæ manifestissime apparẽt, ut sunt lippitudines, quarũ nõnullę singulis diebus, nõnullæ tertio quoq; die magis infestant. Similiter & aurium dolores, & capitis siue totius, siue medietatis, quos græci hemicraneam appellant. Interdum & pedum & articulo*

rum

rum dolores per circuitus exacerbantur. Et ex his quæ apparent in prædictis extrinsecis et manifestis paßionibus, ostendit Gal. generaliter causam periodicationis exacutionis in febribus & alijs paßionibus occultis. Et dicit, q; igitur ĩ his omnibus uidere licet uenas in his partibus affectis in tumorem attolli, & inflãmationẽ augeri, et dolores intendi, ac materiæ inutilis affluxũ ad extrinseca fieri, ita & in interioribus, quæ cunq; non uidentur eãdẽ proportionis sĩl'itudinẽ seruare fieri concipiendum, & in laterum, & pulmonis inflammationibus, et principijs acceßionum tumores increscere, et in declinationibus euaporari, ac cõtrahi. Et dicit q; modus inueniẽdi quo pacto hoc accidat est, si de inflãmationis generatione atq; fluẽtis materiæ discursu, quæcũq; a nobis in alijs cõmentarijs sunt demonstrata memoria repetemus. ophthalmia græcis, lippitudo latinis, est inflammatio tunicæ, uel membranæ adnatæ, quam Arabes coniunctiuam uocant. Adnatam uero hanc alij dixerunt, propterea quia tunicis quæ oculum ipsum cõstituunt forinsecus adnata sit, ligamentum existens toti oculo ad circũ iacentia ossa. dolorem capitis græci uocant cephalalgiam. Arabes uero sodam. Et prẹter hoc generale nomẽ de cephalea & hemicranea græci mentionem fecerunt. de cephalea dicit Gal. 3. de locis affectis, capitulo. 9. & secundo de com-

Lippitudo, quid.
Tunica adnata, quæ.
Cephalalgia, quid.
Cephalea, quid.

positione pharmacorum secundum locos cap. de ea q, est diuturnus & contumax capitis dolor, qui ob exiguas occasiones maximas habet exacerbationes, ut neq; strepitum ferat ægrotus, neque uehementiorem uocem, neq; splendidum lumen, neq; uini potum, neq; caput replentia odoramenta, neq; motum. Sed in quiete & tenebris ob dolorum magnitudinem cupiat decumbere, ut cui uideatur caput ueluti à maleo feriri. Et de emicranea dicit, cap. de ea q, est affectus dolorosus in dimidia capitis parte dextra, aut sinistra, qui sutura secundum ipsius longitudinem extensa distinguitur, & plurimum per circuitum intenditur. Et Paulus Aegineta dixit lib. 3. q, uterq; hic affectus cephalea. s. et emicranea est dolor stabilis ac permanens, qui strepitu, clamoribus, lucis claritate, uini potu, & implentibus caput odoribus exandescit & exacuitur. Sed Auic. dolorem capitis diuidit secundum loca in quatuor. Primus est, qui fit in parte capitis dextra aut sinistra, & hic dolor, dicit si est consuetus nominatur hemicranea. Secundus est, qui in anteriori fit parte. Tertius qui in posteriori. Et quartus est, qui totum caput occupat. Et iste, si consuetus sit & inseparabilis, ouum, et galea nominatur. Et de podagra & articulorum doloribus intelligēdum, q, aliqui ex recentioribus dicunt, q, gutta est genus ad omnem iuncturarū dolorē ex decursu extraneæ humidi

Hemicranea, quid

Paulus.

Auic.

Nota de podagra & articulari morbo.

mididitatis, uel uẽtositatis p̄ uiã stillicidij. Et habet quatuor species, podagram, chyragram, scyathicam, quæ dicitur à scya, ab osse coxæ concauo in quo ingreditur & uertitur aliud os quod dicitur uertebrum, et Artheticam: Cum. n. fuerit gutta in aliquo alio loco q̃ in manu, pede, uel ancha, proprie dicitur arthetica, seu dolor articularis. Et sic dicunt unum esse genus tãtum, & quatuor species. Alii sunt qui dolorem articularem diuidunt in tot species quot sunt corporis iuncturæ, & singulis singula imponunt nomina. Sed Galenus lib. 10. de Compositione medicamentorum secundum locos ait, q̃ ex genere morbi articularij est, & coxendix, & podagra, & quod in omnibus articulis molestat articularius est, q̃d in uno, aut coxarum articulamento, coxendix dicitur, in pede podagra. Propter quod Paulus Aegineta, lib. 3. cap. de podagra et Arthritide. Si in inferiores partes factus cursus pedum articulamenta repleat, podagra uitium nuncupatur. Si cæteros corporis artus intricet humor athritim græci, nos articularios morbos appellarę consueuimus, quo uitij nomine, uertebras, humeros, & maxillas comprehendimus, omnemq́; articulum, quicunque morbo implicatur. Et Aetius in sermone. 12. ait. Differt podagra ab arthritide, non toto genere, sed affectis locis, in omnibus. n. debilitas est articulorum diuturna cum fluxione, quæ quidem si

Galenus
Morbus articularius, coxẽdix, et podagra
Paulus.
Aetius.

in pedibus perficitur, podagra appellatur. Si uero in aliquo coxarum uertebro, ischias, hoc est coxendicũ morbus nominatur, si uero in multis corporis articulis inititur, arthritis, siue morbus articularis uocatur. Et articulus a Gal. in libello de oßibus, naturalis oßium compositio dicitur, quæ simphisis appellatur. Et in articulis plus quã in aliis membris dolores multiplicantur (sicut dixit Gal. 2. prognosticorum, commen. 67. Et Auic. uigesimasecunda tertij) quoniam sunt magis uacui q̃ reliqua membra, materias ad eos effusas suscipientes, & pluris motus, debilioris complexionis, & frigidioris, in extremis situati, a fonte caloris, scilicet corde magis remoti. Postea cũ inquit Galenus.

Articl's, quid.

TEX.

Lau. FLVXIONEM igitur decumbentẽ in oculos, omnes quidem concedunt ab ipso capite defluere, sed quæ nã causa sit ob quã præfinita circuitione sæpe numero defluat dicere minime possunt: ut qui nequaquam commentati sint in facultatibus naturalibus, de quibus ipsi tribus libris perscripsimus, indicantes omnes quatuor esse, a quibus plantæ & animalia gubernantur. Vna ergo est, quæ attrahit proprium alimentum: altera id ipsum detinet: tertia autem ab his alterat: quarta ab his aliena expellit.

Alienum

Alienum autem in omnibus rebus duplex eſt: alterum qualitate, alterum quantitate. Id vero propter ſitarum in ipſis partibus facultatum fortitudinem atque imbecillitatem colligitur.

QVI igitur effluxus ad oculos commeat, omnes concedunt a capite deſtillare: quam vero ob cauſam ſtatutis temporibus commeat, hoc dicere ignorant, ut qui ſcientiam de potentijs naturalibus minus attigerint, quam nos tribus in libris ſumus complexi in quibus quatuor potentias eſſe numero demonſtrauimus. vnam quidem ſimilium attractoriam, alteram eorundem retentoriam, ac poſt has tertia alteratoriam, quartã præterea extraneorum expulſoriam. Duplex autem eſt in omnibus entibus extraneum, alterum quidem ex ſui qualitate, alterum quantitate. Hoc autem aceruari contingit ob harum potẽtiarum quæ in membris ſitæ ſunt, vel vigorẽ, vel imbecillitatẽ. Leoni.

COMMEN. 137.

VT declaret, quæ cã ſit prædictæ fluxionis, & cõſequenter prędictarũ exacutionũ, duo pręmittit. Primũ ẽ, q̃ nat̃es uirtutes a q̃bus plãtę et aĩa gubernãtur, de q̃bus in libris de potẽtijs nat̃ibus 4. ſunt. Vna. ſ. ſĩ̃ium, attractiua, cõtẽtiua, digeſtiua, et extraneorũ expulſiua. ſcd̃m ſuppoſitũ eſt. *Naturales uirtutes quatuor.*

In omnibus entibus extraneum duplex est. Alterum ex sui qualitate, seu malitia, alterum quantitate. Intellige etiam tertium qđ extraneũ est quãtitate & qualitate simul. Nota secundum Galenum attractionem fieri similitudine, ut de medicina dixit trahente humorem sibi proprium. 3. de Sim. medicina, cap. 23. & . 24. dicit. n. ibi tria, primum medicina trahit humorem sibi proprium ob similitudinem, quæ est inter humorem & ipsam. Secundum dictum uirtus attractiua data est fortiori. Tertium caliditas auget uirtutem attractiuam, ut patet de ambra calefacta, quę fortius paleam attrahit: sed contra eum arguũt Auic. quarta primi, cap. 4. & plusquamcommentator. 3. artis medicinalis, com. 60. Si attractio fiat similitudine: tũc caro magis carnem trahet, q̃ sanguinẽ, & ferrum magis ferrum, q̃ faciat magnes, et aurum trahet aurum, cum ipsum superaret sua quãtitate, & turbit trahet turbit, cuius contrarium ostendit sensus. Item si uirtus attractiua data est fortiori: tunc magna quantitas ferri, paruã quãtitatem magnetis deberet attrahere. Item quęcunque similantur in substantia de necessitate similantur in accidentibus comitantibus illam: sed nõ uidemus medicinas laxatiuas similari humoribus quos ipsæ attrahunt. Cartamus. n. & urtica non similantur phlegmati in qualitatibus actiuis nec paßiuis, neq; alijs accidentibus, quare nec substantia.

Marginal notes: Extraneum triplex. — Attractionem fieri simili tudine. — Arguunt Auic. & plusq̃ cõmẽtator cõtra Galenum. — Secundo. — Tertio.

tia. ergo nec per ſimilitudinem in ſubſtantia unũ attrahet alterum. Adhuc una medicina eſt attractiua duorum diuerſorum humorum, ſicut aloes attrahit choleram & phlegma, et agaricus phlegma & melancholiam, ſed impoßibile eſt ipſam habere ſimilitudinem in ſubſtantia cum duobus diuerſis humoribus, qui ad ſe inuicem in qualitatibus & ſubſtantia plurimum diſtant. Nullo ergo modo uidetur q̃ attractio per hanc ſimilitudinẽ fiat. Ideo inquit Monachus recte ait filius Meſue in lib. de Conſolatione ſimp. medicinarum laxatiuarum, q̃ medicina non eſt laxatiua à re complexionali: ſed quia talis: neq; magnes attrahit ferrum, & ſcamonea choleram, qui ſimile eſt, uel cõtrarium: ſed quia tale, neq; quia leue, neq; graue, agitatiuum ſuperius aut inferius: ſed quia tale, & ſic de reliquis: dotatum. n. eſt omne duplici uirtute. ſ. elementari et cœleſti, hac quidem communi, hac uero propria: communi quidem ab elemẽtis: propria uero à cœlo: etenim calefactiuum & infrigidatiuum calidum & frigidum omne, ſolutiuum autem nõ: quia calidum nec quia frigidum: ſed quia cœleſti uirtute dotatum mixtionem ſuã ita regulante. Hæc tamen uirtus attractiua, dicit Monachus, in aliquibus eſt actu, adeo q̃ non indiget niſi preſentia ſui paßiui, ut in magnete: in aliquibus uero potentia tantum: indigens excitari ad actum per aliud, ut in medicinis laxatiuis, qua-

Quarto

Filius Meſue.

Nota.

rum nõ est attrahere humorem sibi proprium, ni si calor corporis, in quo est humor, excitet illam uirtutem ad actum. & ideo existens exterius nõ attrahit illum, etiã si fuerit presens, aut si p scissionem cutis aperiatur uia humori. Sed horũ argumentorum solutiones habes ex his quæ à Gal. ibi. 3. de Simp. medicina scribũtur. Ad primum respondet in fine. 24. cap. q, attractio fit ob similitudinem, non ob identitatem: modo caro non est similis carni, sed eadem: similiter ferrum ferro non est simile, sed idem: differunt. n. idem, & sil'e. Ad secundum diceret Gal. q, uirtus data est fortiori, sumpta pari quantitate utrorunq;, uel parum differente. Ad tertium sufficit q, medicinæ laxatiuæ in aliqua parte similentur humoribus quos attrahunt. Et ideo non sequitur, cartamus et colloquintida absolute sunt calida. Ergo nulla in eis est pars similis humori, quem trahunt, et propterea subiungebat Galenus demonstrationum aliæ sunt quæ concludunt hoc esse ex necessitate, aliæ quæ demonstrant ita posse esse, ut iam de cartamo & colloquintida dictum est, quæ licet sint calida, possunt tamen phlegma frigidum ratione similitudinis trahere. Et similiter dicendum est ad ultimum argumentum: quia secundum diuersas partes eiusdem rei potest esse similitudo ad contraria. Nota secundo, An detur membrum quod uirtute expulsiua sine motu locali posit nociuum

Ad argumenta.

Ad secundum.

Ad tertium.

Ad quartum & ultimum

ciuum expellere, sicut datur attractiua in magnete, qua attrahit ferrum. De attractione enim dixit Auicenna prima primi doc. 6. capitulo tertio, quòd fit tribus modis, a calido, necessitate uacui, & proprietate occulta, sed de expulsione nō ita dicendum. Si credendum est Alberto, repertus est magnes, qui ex una parte ferrum trahebat, & ex altera expellebat. Videmus tamen in medicinis aliquibus esse hanc uirtutem expulsiuam à proprietate, ut patet de cantaridibus. Ipsæ. n. exterius applicitæ humores, ad uexicam propellunt, unde habetur Hystoria de quodam chirurgo qui habebat in loculo cantaridas & sanguinem mingebat, & nesciebat unde, sed postea relatum fuit ei q̃ in eis erat huiusmodi uirtus, & ita aperti fuerunt eius oculi. Item Galenus de uipera dixit undecimo de simplici medicina, capitulo secundo, quòd in eius carne est uirtus expellendi humores melancholicos ad cutim, & narrat Hystoriam de uipera mortua in uino, quod potum fuit a quodam laborante elephantia. Idem patet de theriaca interius exhibita, quæ humores uenenosos ad cutim expellit. Videmus etiam quotidie in crisi bona, q̃ expellitur humor nociuus, Et si dicas hoc fieri ex cōstrictione uenarum. Contra, si ita essent, tunc uenæ expellerēt quicquid in eis cōtinetur. Vnde Gal. primo

Fit attractio tribus modis.

In medicinis uirtus expl'siua siue motu locali.

Hystoria

In carne uiperæ uirtus expellendi humores mel'icos ad cutim

De uirtute theriacæ interius exhibitæ.

de uirtutibus naturalibus, cap. 15. uolens probare q renes trahunt aquositatem sanguinis, & declarare quomodo, dicit, aut hoc fit, quia aquositas sola ex se ipsa mouetur, & hoc dici non potest. Aut fit per uenarum constrictionem, & hoc similiter non potest dici: quia non illa solum, sed etiam omnis qui in ipsis continetur sanguis expelleretur. Præterea secundũ Gal. & omnes medicos in quocunq; mẽbro nostri corporis, datur uirtus expulsiua, modo in oßibus non potest esse hæc expulsio, cum motu locali ipsius expellentis: quia ossa non possunt comprimi & constringi. igitur in eis erit hæc uirtus à proprietate. Dicit postea Gal. quòd causa ob quam superfluum in parte aliqua cumulatur est fortitudo uirtutis, uel imbecillitas, & hoc, cum dicit, hoc autem. i. extraneum in qualitate, uel quantitate. Et sequitur hoc ex antecedenti. Deinde cum dicit.

In oßibus, uirtus expulsiua.

TEX.

Lau. NAM si quidem paribus sint viribus, & meatus deferẽtes excrementa se habuerint secundum naturam, partes ipsæ sanæ sunt: si vero plus q̃ alterari queat assumptum sit, excrementum omne excerni à facultate expultrice pulsum necesse est. Quòd si hæc imbecillis sit, eodem in loco manere necesse est, atq; si multum sit, grauat eum ipsum, atq; distendit. Si acre sit, erodit & mordet: quem-

quemadmodum si calidum sit, calefacit: si frigidũ, frigefacit. atq; hæc perspicua sunt in iis quæ in ventre habentur. Quidã nanque ingerentes plus alimenti, interdum uomere coguntur nauseabundi: interdum alui fluore corripiũtur. Quod igitur hic per maxima spatia excernitur eructantia foras excrementum, id in aliis partibus animalis per tenues meatus non foras, sed ex aliis in alias transfluit partes: expellentibus quidẽ fortioribus, suscipientibus uero debilioribus. Porrò rursus expellitur ex his in alias atque ex illis in alias defluit, quousque in debilissimas omnium decumbat. Id autem rursus recurrere inde in alias fortiores nequaquam possibile est. Atque ob eam rem per plethoram ac uitium humorum partes omnium debilissimę alias inflammatione, alias herysipelate, uel herpetibus, uel alia quapiam affectione prehenduntur, aut habent affectionem quam rheumaticã nominant, de qua seorsum scripsimus.

Leoni.

QVVM enim æque ualentes fuerint, & meatus qui materiam inutilem excernunt, secundum naturam se habuerint, tunc mẽbra in sanitate consistunt: ubi uero plus assumptum fuerit q̃ possit alterari, oẽ quod superfluũ est, à uirtute expulsoria trusum

Q̃uo in pte aliqua fit aggregatio super flui.

necessario excernitur. Quod si imbecilla fuerit, in eodem residet loco: ac si multum fuerit, grauat atque extendit. Si vero acre, exedit ac mordet, sicuti & quod calidum est, calefaciet. Quod autem frigidum, refrigerat. Hæc autem liquido in ventriculo apparent. Nam quidam vbi aliquādo cibum ampliorem assumpserint, ex nausea interdum coguntur euomere, interdum vero profluuio corripiuntur. Quod igitur hic per maiora ac laxiora spatia superfluū excernitur extra, idē in aliis partibus animalis per tenuiora foramina non extra, sed ex aliis defluit ad alias, quū fortiores a se quidem pellāt, imbecilliores autem suscipiāt. Atque hæ rursus ad alias impellant, & ex his in alias influat, donec tādem in eas quæ imbecilissimæ sunt inter omnes, inciderit, hinc vero ad fortiores relabi est impossibile. Et idcirco in his quæ plethoræ vocantur, & vitiosæ materiæ abundantia partes debiliores partim inflammationes patiuntur, partim herysipelata, aliæ herpetas, aliæ aliud morbi sustinent genus, quædam illi affectui sunt obnoxiæ, qui rheumaticus a fluxionibus appellatur, de quo nos separato scripsimus loco.

COMMEN. 138.

DECLARAT, *quomodo ob prædictas cau sas fit in aliqua parte aggregatio superflui.* Et *dicit, q̧ cum æque ualentes fuerint membrorum potentiæ, & meatus qui materiam inutilem excernunt secundum naturam se habuerint: tunc membra in sanitate consistunt, & non fiet prædictæ superfluitatis coaceruatio, sed ubi plus assũptum fuerit q̃ poßit digeri, omne quod superfluũ est à uirtute expulsiua necessario excernitur, q̧ si uirtus fuerit imbecillis in eodem remanet loco & si multum fuerit grauat atque intendit. Si uero acre errodit ac mordet, sicuti et quod calidum est calefacit, & frigidum refrigerat.* Et *hæc clare in uentriculo ostendit, et quod dicit est clarũ.* Et *dicit q̧ in uentriculo per maiora ac laxiora spatia superfluum extra excernitur,* In *alijs partibus animalis per tenuiora foramina non extra sed ex alijs in alias defluit partes, expellentibus fortioribus, et suscipientibus debilioribus,* Et *rursus ex his in alias, atq; ex illis in alias, donec tandem in eas quæ imbecillimæ sunt inter omnes inciderit: sed hinc ad fortiores relabi est impoßibile.* Et *ob hoc in plethora & uitiosæ materiæ abũdantia partes imbecilliores inflãmationes patiuntur, aut herysipelata, uel herpetas, alię aliud morbi genus, & aliæ illi affectui sunt obnoxiæ, qui rheumaticus à fluxionibus appellatur de quo scripsit tertio de symptomatum causis.* Et *intelligen*

dum cum dicit Gal. cum æque ualentes fuerint, q; hoc refertur ad particulas diuersas, & uirtutes diuersas in diuersis partibus existentes, nec intelligitur ista æqualitas esse inter istas absolute, nam quædam sunt particulæ in corpore fortiores, & quædam debiliores: sed intelligitur, q; in eis sit æqualitas in robore secundum iustitiam & proportionem quæ secundum naturam debet in eis reperiri, ut q; uirtus unius membri digerat & expellat sicut debet &c. Cum autem non sic se habent, tunc multiplicato superfluo ex debilitate digestiuæ uirtutis in particula forti, fit expulsio illius ad particulam debilem. Si contingat q; non sint manifesti canales, per quos expelli poßint obstructi: unde tunc fit superflui aggregatio in parte per uiam rheumatis. Et fortitudo uirtutis expulsiuæ in parte una non est causa ut aggregetur superfluitas in alia particula, nisi cũ illa fortitudine sit debilitas alterius coniuncta. Cõtingit autem in fortiori parte superfluitatem aggregari, aut propter errorẽ in regimine, aut quia canales unde tale membrum consueuit suas superfluitates expurgari sunt obstructi, & propter alias causas notas. Et ideo notanter dixit Gal. cũ æque ualentes fuerint, & meatus qui materiã inutilem excernunt secundum naturam se habuerint tunc membra in sanitate consistũt: quoniam dato q; particulæ se haberent secundũ naturã. & uiæ

unde

unde superfluitates consueuerũt expelli essent ob structæ: tunc infirmabitur particula aliqua, illa .s. quæ est imbecillior: quoniam non remanebit superfluitas in parte fortiori. Potest autem particula aliqua esse fortior alia, aut ex natura, ut mẽbrum nobile innobili, aut ob aliquod symptoma, quod ex generatione uel tempore est contractũ. Et hæc omnia habes à Gal. 2. de accidenti seu in de morborum causis, cap. 6. Sed dubium est. An fortitudo alicuius harum quatuor uirtutum possit esse causa morbi in parte in qua est. Videtur q sic ex Auicenna secunda primi, capitulo. 17. de eis quę proueniunt ex euacuatione et retentione: dicit. n. ibi in principio, q retentio eius quod naturaliter euacuari debet, aliquãdo euenit ex fortitudine uirtutis retentiuæ, & infra parũ, q euacuatio eius quod debet retineri euenit aliquando pp fortitudinẽ uirtutis expulsiuæ. Cõtrariũ uidetur, quoniã in nobis uirtus est ad salutẽ. 3. de Crisi cap. 11. Ergo quãto fortior est, tanto permanebit membri sanitas. Ad hoc dicendum breuiter, q loquendo de fortitudine commensurata alijs uirtutibus, fortitudo retentiuæ non est causa morbi, sed bene de non commensurata: quoniam fortitudo commensurata perfecte retinet q̃diu conuenit & non amplius. Et à fortitudine uirtutis expulsiuę euacuatur à corpore uel mẽbro, qđ deberet retineri nõ quidẽ moderata, qualis est in sanis, sed

Dubitatio.

præceps effrenis. Dicendum etiam q̧ uirtutes hæ quatuor in membro insitæ, aut sunt adinuicē pares, sic q̧ habeant inuicem debitam proportionē pro operationibus requisitis, & debitum ordinē, quantum ad actum ipsarum, et tempus in quo debent dicti actus exerceri, ut sic attrahat attractiua, ut requirit retentiua, & retentiua retineat, secundum exigentiam digestiuæ, & digestiua alteret, secundum q̧ etiam requirit expulsiua: et tunc conseruant membrum sanum, & proprie appellātur tales uirtutes fortes plusq̄ etiam possunt: Quoniam tunc proprie fortitudo est uirtutis, cū est eius propria sanitas: fortitudo.n. uirtutis uera, quæ eius est sanitas, consistit in temperamento ad iustitiam pro sanis operationibus. Possunt & hæ uirtutes adinuicem esse dispares. Et tunc ex operationibus potest causari morbus in membro in quo sunt: quoniam ea quæ à temperamento recedunt præter naturam sunt. Et dicunt aliqui, q̧ si ab aliqua uirtute procedit actus intēsior q̄ debeat secundum sanitatem, q̧ talis uirtus non debet proprie fortis appellari in comparatione ad uirtutem actum temperatum facientem. Et dato q̧ actus ille sit temperamēto intensior: Et hoc quoniam non dicitur uirtus fortis ex intensione actus absolute, sed ex perfectione actus: sed temperatus est perfectior illo intenso, quemadmodū dicimus hominem temperatum habere digestionē

Nō dicit uirtus fortis ex intēsiōe actus absolute, sed ex pfectione eius.

perfe-

perfectiorem cholerico, & tamen cholericus habet eam magis intensam. Non.n.est inconueniēs aliquam uirtutem ægram, & debiliorem aliqua alia ob aliquam necessitatem actum uehementiorem facere q̃ illa fortior, quæ non cogitur ad illū faciendum: Vnde nō est dubium, q corpus febriēs habet uirtutem imbecilliorem, quacunq; febre febriat, q̃ ipsum, quando erit sanum, & tamen ob necessitatem additam, facit pulsum maiorem, q̃ tempore sanitatis, quando fortior erat uirtus: propter quod uidendum est. An operationes omnes sint perfectiores in homine temperato, q̃ in distēperato, & q̃ in bruto. Difficultas hæc à multis pertractatur. Dicunt aliqui q omnes operationes collectiue & in unum aggregatæ perfectiores sunt in homine temperato, q̃ in omnibus alijs distemperatis hominibus aut brutis. Nam homo temperatus habet perfectissimum iudicium & intellectum, & licet uincatur ab aliquo in aliqua alia operatione, in sua tamen principali non uincitur ab illo. Ista opinio est uera, & secundū mentem Galeni, si bene intelligatur, sed sic prolata est diminuta: quoniam non solum aggregatum ex omnibus operationibus cuiuscunq; particulæ, ut oculi & manus est perfectius, q̃ in omnibus alijs seu hominibus distemperatis, seu brutis. Contra hanc opinionem instat Iacobus Forliuiēsis. Nam sint, inquit, duo homines æqualiter temperati, ut

An opōnes oēs pfectiores sint ī tpato q̃ in distēperato.

Gal. opinio.

Argumētū cōtra Galenū.

puta sortes & Plato, præterq̃ in organo odoratus, in quo Plato sit siccior sorte, & sic melius odoret Plato, q̃ Sortes: tunc hi æqualiter sunt tẽperati, nec unus alio est magis temperatus, & tamen quantum ad aggregatum operationum cuiuscũq; particulæ, Plato erit magis temperatus: quoniam melius odorat. Vel arguatur sic omnes operationes collectiue perfectiores sunt in distẽperato q̃ in temperato. Probatur in casu prædicto, in omnibus alijs membris ab organo olfactus Sor. et Plato æque perfectas producunt operationes, & cum hoc operatio olfactiua Platonis in perfectione excedit operationem olfactiuam Sortis. Igitur totum aggregatum ex operationibus in Platone excedit perfectionaliter aggregagatum ex operationibus Sortis. Sed casus est impoßibilis, q, Sor. & Plato sint æqualiter temperati, & q, alter altero in organo olfactus sit siccior. Nam ut dicit Gal. contra Arist. 3. de locis affectis, cap. 10. in fine, organum olfactus est in primis anterioribus uentriculis cerebri: modo si Plato maiorem habebit siccitatem in organo olfactus, erit siccior cerebro q̃ Sor. Et sic ipse difficilius apprehendet, licet facilius memoretur. Et sic non erunt æqualiter temperati. Alia est opinio, quæ non potest ullo pacto defendi in hoc cõsistens, q, illa operatio dicitur perfectior quæ ordinatur in perfectiorẽ finem. Et quia homo temperatus

Alia opinio.

peratus habet operationes sensitiuas interiores præstantiores. Et aliæ operationes in istas ordinantur, tanquam in ultimas: ideo has habet perfectiores. Igitur aggregatum ex singulis operationibus cuiusq; particulæ erit perfectius in homine temperato, q̃ in distemperato. Sed hæc opinio non est tenenda: quoniam tunc sequeretur, q, operatio digestiua hominis esset perfectior sensitiua brutorum, quia in perfectiorem finem ordinatur digestiua hominis, q̃ sensitiua brutorum, quod non est dicendum. Sequeretur etiam, q, perfectiorem digestiuam haberet homo habens debilẽ uentriculum, q̃ habens fortißimum, patet si quis haberet debilem uentriculum & bonum intellectũ, & rectius cognosceret, q̃ alius habens uentriculum fortem & malum intellectum, modo Medicus non sic iudicat perfectam digestionem, sed ex sua essentia. Et ideo Arist. 5. de Generatione animaliũ, cum loquitur de exquisite uidere, & in quibus consistat acute & exquisite uidere dicit, q, perfectior uisio non est illius qui ordinatur in perfectiorem uisionem: sed illius, qui uel longius uidet, uel melius discernit obiecti differentias.

Est & alia positio quæ uult omnẽ operationem diuisiue sumptam esse perfectiorem in homine temperato, q̃ in distemperatis, uel brutis, dicit tamen sed non in omnibus brutis: quoniam uult q, ab aliquo bruto poßit in aliqua superari, ut pu- Alia põ.

ta in uisione. Et ad hoc probandum supponit hæc opinio duo, primũ, q̃ ad hoc ut fiat perfecta operatio oportet instrumentum actionis esse proportionatum, & agenti, & actioni, ut puta, si quis uelit interficere quenquam, oportet ut habeat instrumentum proportionatum sibi agenti, & etiã actioni, puta gladium: nam lapis molendini, & si poßit hominem interficere, non tamẽ est proportionatus agenti, cum illum non poßit mouere. supponit secundo, q̃ complexio temperata hominis est instrumentum magis proportionatum formæ humanæ, q̃ distemperata, licet poßit in homine esse minus proportionata actioni, ut in odoratu canis, siccior complexio est magis proportionata actioni, q̃ temperata, & cum hoc stat, q̃ respectu formæ canis siccitas illa sit proportionata magis formæ & actioni. Sed positio hæc est chimera, & fundamentum in quo fundatur non est uerum uniuersaliter, ut q̃ ad hoc ut fiat perfecta operatio oportet instrumentum proportionatum esse & agenti & actioni: sed bene quando agens habet aliquid agere in instrumentum, & ipsum mouere, quemadmodum in exemplo dato, modo forma substantialis nihil habet agere in instrumentum suum nec ipsum mouere. Et sic non est uerum instrumentum debere proportionari agenti, sed solummodo actioni. Est deinde alia opinio

Alia põ. *Thomæ de Garbo, qui dicit q̃ in complexione tẽ-*

perata

perata non inueniuntur uniuersaliter loquendo operationes omnes perfectiores, q̃ in distemperatis, & q̃ homo temperatus habet illas operationes perfectiores in quas principaliter ordinatur & in quibus supereminet animalia alia, sicut sūt operationes extimatiuæ uirtutis seu cogitatiuæ, ex quibus homo redditur animalium prudentißimum & discretißimum: quales etiam sunt operationes intellectus, cum in eo sint perfectiores, in quo antecedens uirtus intellectui præparans est perfectior: quoniam quanto complexio corporis totius est perfectior, tanto præparat ad formam perfectiorum operationum. Ideo.n.ut dicit Philosophus secundo de Anima, plantæ non habuerūt hunc sensum, licet habuerint partem animæ: quoniam non fuit in earum materia complexio præparans ad sic nobilem formam. Talis autē complexio perfectior est in corpore temperato plus & ideo maxime ab ea operationes, quæ insunt principaliter homini, prouenerint perfectiores, & licet non omnes aliæ propter temperamentū pro illis requisitum non esse huic conforme. Habet etiam uniuersaliter temperatus homo omnes operationes meliores, quæ necessario insunt corpori, ex quibus talis prædicta complexio in corpore conseruatur cum latitudine poßibili per totum decursum ætatum, quales sunt operationes naturales, tā ministrantes, q̃ ministratæ. Simili-

ter etiam cum animal ſit animal per tactum, ut 2. de Anima, ſub quo etiam comprehēditur guſtus cum ſit quidam tactus meliorem tactum habet temperatus omnibus alijs: tactus. n. optimus cauſatur ex temperantia complexionis, cum non poſſit organum tactus ex toto denudari à qualitatibus tangibilibus. Et ideo Philoſophus. 2. de Anima uult q, ex nullo alio ſenſu poßimus iudicare ſuper bonitatem ingenij & diſcretiue, ſicut ex bonitate tactus: ſecundum. n. hunc ſenſum iudicamus ingenioſos, & non ingenioſos, unde molles carne bene apti mente, & duri carne inepti mente. Sed hæc poſitio repugnat Galeno, ut ſtatim uidebis, Et ideo dicamus nos aliter, q, aggregatum ex omnibus operationibus ſingularium partium melius & perfectius eſt in homine temperato quàm in diſtemperato, uel in bruto, nec poteſt totum illud aggregatum à quocunq; alio intemperato ſuperari. Cum hoc tamen ſtat quòd in aliqua certa data operatione conuincatur iſtud temperatum, & nedum ab homine intemperato, ſed etiam à bruto. Et hoc patet à Gal. in primo, & ſexto de tuenda ſanitate à principio, ubi clare dicit, q, in ætate diſtemperata nonnullę ſunt perfectiores operationes, quàm in temperata. Nam inquit optimam temperiem in adoleſcentia homo obtinet: aliæ uero omnes deteriores hac ſunt & declinant ad aliquam qualitatem, ut iuuentus ad

caliditatem

Secundū tactū iudicātur ingenioſi & nō īgenioſi.

Galeni poſitio.

In ætate diſtēperata non nullę ſūt pfectiores opōnes, q̄ in tēperata

caliditatem, senectus ad siccitatem, pueritia ad humiditatem: modo inquit Galenus in infantibus omnes naturales operationes perfectiores sunt quàm in adolescentibus, ueluti auctio, concoctio, distributio, & nutritio, & uoluntariæ, ut sensitiuæ & motiuæ, perfectiores sunt in adultis, quàm in pueris, quia imperfectius mouentur pueri, & imperfectius sentiunt, quàm adulti. Si ergo ætas intemperata puta pueritia sit perfectior in aliqua operatione ipsa temperata, ut est ipsa adolescentia, ita etiam complexio intemperata perfectior poterit esse in aliqua operatione ipsa temperata, licet non in toto aggregato: nam ita se habet ætas ad ætatem, dicebat Galenus loco citato, sicut complexio ad complexionem. Idem habes à Galeno in ultimo de causis Symp. Idem ab Arist. in lib. de Memoria & reminiscentia ubi habet: bene memoratiui, male apprehendunt: qui uero bene adiscunt & apprehendunt, male retinent ac memorantur. Et hoc ad humidum et siccum refertur: Nam qui sicci sunt cerebro, bene retinent, sed male apprehendunt, qui uero sunt humidi, melius adiscunt, sed male retinent. qui uero sunt temperati, utrunq; bene faciunt: quia & bene adiscunt & bene retinent, non tamen æque bene alterum separatum faciunt, sicut illi distemperati: non. n. cerebrum temperatum ita bene apprehēdit sicut illud humidū, nec etiā ita bene reti

net, sicut illud siccum: sed conuenienter utrunque facit. Et *ideo cerebrum temperatum ab illo distẽperato puta sicco in aliqua operatione uincitur, & etiam ab humido, quia humidum perfectius apprehendit.* Illud *uero siccum perfectius retinet temperatum uero utrũq; mediocriter facit. Sed elligibilius est mediocriter utraque facere, q̄ alterum solum perfecte.* Et *ideo aggregatum ex omnibus partium operationibus, ut dixi perfectius & ellegibilius est in temperato q̄ in distemperato.* Dixit *etiam* Arist. 2. de Anima. 94. q. *homo sensu tactus excedit omnia animalia: sed in alijs sensibus puta in uisu & auditu à multis superatur brutis, & tamen complexio humana est temperatissima omnium brutorum.* Deinde cum dicit.

Hõ in sẽsibus alijs à sensu tactus à multis supatur brutis.

TEX.

Lau. QVOCIRCA minime mirum videri debet, cerebrum vel etiam totum interdum caput vbi collegit aliquod excrementum, in aliquam partem debiliorem expellere, aut in aures, aut oculos, aut tempora, aut labrum, aut dentes, aut genas, aut palatũ, aut gingiuas, & gurgulionem, & tonsillas, & adenas ibi contentos: atque vbi nullum ex his fuerit imbecille, in thoracem, pulmonẽ, fauces, gulam, ventriculum, fluxionem trã smittit. Quemadmodum ergo caput sæpenumero prædictorum cuiq; causa morbi

est:

est:ita inflãmationis in iecore & liene,proximarum aliqua partiũ,aut etiam, me hercle,una longius positarum,vel plures quæ excrementa gignunt,augent, transmittũt, & circuitione affligunt. Ac nihil miri est his accidere affectum similẽ excretioni excremẽtorum ventriculi. Quemadmodum igitur si quis videret quidem quantũ quotidie excernitur,ignoraret autẽ causam excretionis,miraretur ordinem:ita qui nescit neq; generationis in capite excrementorũ, neq; excretionis causam,ignorat autem & quamobrem hæc foras decumbant, illa in aliquam aliam partem transfluant: hæret atque miratur influxus proportionem. Pari autem modo,& qui ignorat quæ partes excrementum iocinori transmittunt, miratur proportionem excitatarum ex iecore febrium. Atqui nouit decumbentem in viscus fluxionem et primum phlegmones initium dedisse,& sequentis accesionis ipsam partem affectam authorem esse mirari definit.

NIHIL igitur mirum,vel cerebrum,vel vniuersum aliquando caput aceruatam in eis superfluitatem ad partes imbecilliores expellere,veluti aures,oculos,tempora,labra,vel dentes,vel malas,vel palatum, vel Leoni.

gingiuas,ad gurgulionem,paristhmia, aut ad eos qui sunt in huiusmodi partibus adenas: & quum nihil in istis imbecille constiterit,ad pectus,ad pulmonem,fauces,gulã, ventriculum,fluxio delabitur. Sicuti igitur caput talium omnium morborum sæpius est causa:ita & eas quæ in hepate fiũt, ac splene inflammationes,aliquæ partes vicinæ,vel etiam (per Iouem) ex remotioribus aliqua vna,vel plures generat, auget, immittit,ac per circuitum exacerbat. Neque mirandum est similem eisdem contingere affectum,qualis in ventris excrementis conspicitur. Sicuti igitur quisque quantum quaque die excernitur,intuens,si causam rei eiusdem ignoret, ordinem miraretur: sic quemcunque latet superfluitatum in capite generationis atque excretionis causa, & qua ratione nonnullæ quidem ex ipsis ad exteriora,nonnullæ vero ad aliquẽ aliũ confluant locum,ignorat: hæret etiam atque miratur similem cõfluxus proportionem. Sic & quicunque non nouit, neque quæ partes materiam inutilem ad hepar transmittant,neque causam propter quam transmittant,intelligit: miratur in febribus quæ ex hepate accenduntur,ordinis proportionẽ. At qui nescius non est prima inflammatio

nis

nis originem ex fluxione in hepar inciden te prouenisse, ac qđ deinceps exacerbetur, causam in ipsa parte patiente consistere: mirari iam desinit.

COMMEN. 139.

INFERT *ex prædictis cerebrum quandoq; & uniuersum caput aceruatam in eis superfluitatem ad partes imbelliores expellere, ueluti ad aures, oculos, tempora, &c. Gurgulio particula est in intima oris parte, ubi gulæ & asperæ arteriæ principium, à Græcis, gargareon, dicta, ueluti pectrum uocis existens, Et iuxta eum utrinq; uocata paristhmia. Gargareon hic, si fluxionem a capite suscipiens, longus & tenuis fiat, Columella nuncupatur. Si uero craßior in rotunditatem creuerit, & deorsum feratur uua dicitur. Paulus libro sexto capitulo trigesimo primo. Auicenna Paristhmia, amygdalas: Gargareonem, uuam appellat. Et propterea caput ubi de affectionibus utriusque partis agit, de uua & duabus amygdalis inscribit. Paristhmia & eorum inflammatio. A Celso tonsillæ nuncupantur. Et adenæ dicuntur partes glandosæ: hæ enim, ut dicit tertio decimo methodi, capitulo quinto, Facile fluxiones recipiunt, & maxime quæ rariores natura sunt. Postea dicit, quòd si in istis nihil imbecille constiterit: tunc ad pectus, ad pulmonē, fauces, gulam, uentriculum, fluxio delabitur. Et*

Gurgulio, quid.

Inter columellā, & uuam differentia.

Adenæ, quid.

concludit, q̃ quemadmodum caput talium omniũ morborum sæpius eſt cauſa, ita & earum inflã-mationum, quæ in epate & ſplene fiunt, partes aliquæ uicinæ, uel etiam ex remotioribus aliqua una uel plures quæ excrementa generant, augẽt tranſmittunt, ac per circuitum exacerbant. Et declarat hoc cum dicit. Neq; mirandum eſt ſimilem eiſdem partibus contingere affectum per circuitum qualis contingit in excrementis uentris: ſicuti igitur quiſq; intuens quantum quaque die excernitur, ſi cauſam huius ignoret, ordinem miraretur. Ita qui neſcit cauſam generationis atq; excretionis ſuperfluitatum in capite, & qua ratione nonnullæ ex ipſis ad exteriora confluant, & nonnullæ ad aliquem alium locum: hæret atq; miratur ſimilem confluxus proportionem, pari modo & qui ignorat quæ partes materiam inutilem ad epar tranſmittant, neq; cauſam propter quam tranſmittant intelligit, miratur in febribus quæ ex epate accenduntur ordinis proportionem. At qui nouit primam inflammationis originem proueniſſe ex fluxione in epar incidente, ac quod deinceps exacerbetur cauſam in ipſa parte patiente conſiſtere, mirari iam deſinit.

TEX.

Lau. CAETERVM duplex cauſa eſt huiuſmodi influxus humorum, vna quam proxime indicaui, quoties ex aliis partibus in

alias

alias debiliores excrementa transmittũtur: altera vero, quoties attrahũtur, de qua hoc loco agendum, initio sermonis petito ab ijs quæ omnibus prospicua cõfessaq; sunt. Si.n. thapsiam illinas cuipiam, videbis par uo tempore partem huic esse calidiorem, atque in tumorem non paruum attolli. Nec secus si foueas partem quampiam iuxta ignem, aut fortiter frices, aut vngas resina, aut pice modice calida, deinde paulo post euellas vniuersim, aut si etiam vngas partem quopiam medicamento calido. Videbis.n. ex omnibus ipsam attolli molem: quia calor ipse, vel ad se trahere, vel suscipere soleat fluxionem. Verum necesse non est in præsens talia definire, id quod vtile est instituto iam habentes, etiam sine huiusmodi contẽplatione. Semper.n. in partes vehementius calescẽtes decumbere fluxio videtur: vbi corpora plena sunt, atq; abundant excrementis, admodum larga: vbi vacant excrementis pauca.

DVPLEX autem est huius fluxionis occasio, altera quam nuper diximus, quando materia inutilis ad imbecilliores partes ab aliis detruditur, altera quando eadem attrahitur, de qua iam sermonem faciemus, sumpto hinc etiam ab illis initio, quę omnibus Leoni.

ſunt manifeſta. Nam ſi cui inunxeris thapſiam, huic haud ita multo poſt, partem illam calidiorem, atque in ampliorem tumorem elatam conſpicies: ſic & ſi membrum aliquod iuxta ignem calefeceris, aut vehementiorem frictionem adhibueris, vel reſina perungens, vel pice modice calida: deinde vniuerſam paulo poſt auferas, ſiue quodcunque medicamen parti cuique applicaueris, in hiſce omnibus eundem in tumorem videbis attolli, quoniam caliditas natura apta eſt fluxiones attrahere, aut eaſdem recipere. Neque enim præſentis eſt loci iſta diſcutere, quum quod propoſito expedit numero, etiam ſine hac contemplatione habeamus. Illud enim compertum habetur, quod ſemper in corporibus plenis, aut in quibus inutilis materia redundat, magna portio ad eas defluit partes, quæ vehementius incaluerint. In his autem quæ ſuperfluitatibus vacant, admodum pauca.

COMMEN. 140.

VLTRA *datam cauſam fluxionis humorum, quando materia inutilis ad imbecilliores partes detruditur, declarat aliam, quando eadem materia attrahitur. Vnde duplex eſt cauſa attractionis, calor, ſcilicet & dolor.* Et ꝙ calor

lor in particula sit causa attractionis humorum ad se, declarat per exẽpla manifesta. Postea Galenus se excusat, cum dicit. Neq;.n. præsentis est loci. Et quod dicit est per se notum. De Thapsia dixit. 6. simplicium, q; acrem & ualenter habet excalefacientem facultatem cum humiditate coniunctam. Quamobrem ex alto uiolenter extrahit, & quod extraxit digerit. Deinde cum dicit. *Attractiõis cã duplex.*

TEX.

DECVMBIT præterea maxime, & in dolentes. Sic nanque sæpe cui summus digitus manus minima acu punctus est, statim dolet, & paulo post partes quæ circiter sunt inflammatione laborant, atque in molem maximam tolluntur. Quibusdam vero etiam bubones sub ipsis alis erumpunt, vbi acceperint aliquid fluxionis rara & spongiosa, quæ ibi habentur corpora, quos Græci nominant adenas. Quibusdam autem accidit id in medio brachio, vbi in signis aden ea parte extiterit. Lau.

NON PARVM VERO, ET AD partes dolentes solet defluere. Sic igitur quispiam, cui extremam partem digiti acus exigua pupugerit, statim in- Leoni.

doluit: paulo post vero inflammatur, atque in magnum tumorem pars omnis circunstans attollitur: in quibusdam uero sub alis bubones exurgunt, quum rara ac spongiosa corpora, quæ Græci adenas appellant, ibidem aliquid fluxionis admittant: quibusdam vero & in medio brachio hoc fieri conspicitur, quum in eodem loco effatu dignus aden fuerit constitutus.

COMMEN. 141.

OSTENDIT *q. etiam dolor est causa attractionis, & q. aliquando attrahit ad partem quæ dolet, & aliquaudo ad aliam, si contingat illam esse magis aptam recipere,* Et *in quibusdam sub alis, i. in subascellis bubones exurgunt dolore in digito manus existente.* Et *quibusdam in medio brachio hoc accidit, ubi aden notabilis in ea parte extiterit.*

TEX.

Lau. PERSPICVE id quod dicimus videre licet, quoties vlcus aliquod exiguum sine inflammatione ac dolore prope vnguem fuerit. Si.n. hoc contemnatur, neque coeat, et ad cicatricem deducatur, innata ipsi caro ab vngue pressa primum quidem dolet, deinde totus digitus, aliquando vero & eorum corpus, & interdum manus, vel pes in maximam deducitur inflammationem.

Ita

Ita igitur dolor attrahit in dolore affectas partes fluxionem, nõ tamen causam huius hic dicere oportet. Alibi.n.commodius est dicta, nec illius in præsens indigemus. Videntur ergo iam causæ fluxionum ex ipsis partibus laborantibus fluxione ortæ esse duplices. Vna ex calore qui in eis accenditur: altera ex dolore qui superuenit.

QVOD autem dicitur apertissime cognosces, quum vlcusculum aliquod paruũ expers doloris, atque inflammationis propè vnguem extiterit. Si.n.negligatur, neq; coalescat, atq; ad cicatricem perducatur, adnata deinde carne, quæ ab vngue comprimitur, primum quidem ibidem dolor excitatur, deinde in toto digito, nõnunquam vero vel manus vel pes ad magnam inflammationem effertur. Vsq; adeo ob dolorem fluctionibus partes laborant, non tamen huiusce rei causam hoc in loco aperire, est necessarium. Alibi.n.oportunius dicta est, neq; ea in præsentia indigemus. Videntur itaque manifeste fluxionum causæ ex ipsis partibus laborantibus originem trahere, quarum altera est in eisdem accensa caliditas, altera dolor excitatus. Leoni.

COMMEN. 142.

DECLARAT *alio exemplo q. dolor attra*

hit, Et postea concludit, & litera est clara. Et ita scribit. 13. methodi, capit. tertio. Sane causa fluxionis duplex est. Aliquãdo enim ex ipsa parte quam phlegmone uexat, oritur: aliquando ex alia quapiam alijsue. Ex ipsa, quoties aut calidior est facta, aut dolore urgetur. Non ex ipsa, quum uel alia quapiam, uel alijs superfluum illis transmittitur, uel etiam ex totius corporis affectu. Fit igitur calidius, uel propter immodicum motum, uel aliquem ex sole, aut igni teporem, uel acre medicamentum. Dolore uero angitur, & propter intemperiem, & uulnus, & contusionem, & distorsionem, & tensionem, & obstructionem, & spiritum flatuosum. Intemperies modo extrinsecus illi prouenit, modo ex succis, qui in ipso habentur corpore. Et extrinsecus, uel ab aliquo uenenatorum animalium, uel pharmaco quod uehementer excalefaciat, aut refrigeret: etiam ex ambiente nõnunquam. Ex ipso uero laborantis corpore, cum id iam uitiosos succos qui facultate sint dißimili congeßit. Et nota quare caliditas accidentalis, similiter et dolor est causa attractionis humoris ad locum in quo est. Nam ipsa sui resolutione inanit & locum euacuat in quo est ab humiditate. Et sic oportet ad locum illum replendum, ne detur uacuum, humiditates currere. Attrahitur autem plus, quàm sit quod resoluitur: quoniam calidum multũ, aperit

Quare calitas & dolor cã ẽ attractiõis humoris ad locũ ĩ quo est.

rit & concauitatem membri dilatat: unde membrum in tumorem elleuatur et uenæ extendũtur. Etiam materias elliquat & facit cursibiles & ad membrum mobiles. Et de dolore ita *scribit Gal. 13. methodi, cap. 3.* Huius *causam quidam omnino non aßignant, quidam nullo modo probabilem: Nostra uero sententia talis est.* Docuimus in eo *opere quod de naturalibus facultatibus edidimus, unam esse naturæ facultatem quam excretoriam dicimus.* Ea *suo munere tum fungitur, cũ triste aliquod sentit.* Vnum *uero quiddam est ex ijs quæ eam contristant, ipsa quæ dolorem excitat causa, quæcunq; ea sit.* Hanc *igitur eijcere dũ properat, phlegmonem interdum in particula concitat. Cum enim primis suis conatibus nihil profecit, uehementius aggressa quod infestat expellere, sanguinis aliquid & spiritus ex suppositis partibus in afflictam simul exprimit. Atque hinc fit quòd ex dolore particula pro portione confluentis in eam humoris, in tumorem attollitur.* Deinde *cum dicit.*

TEX.

CAVSA autem cur, aut plus, aut minus, aut benignius, aut deterius influat, est non in ipsis solum partibus laborantibus fluxione: sed cur benignius, deterius ve influat, in ipsis partibus Lau.

mittentibus causa est: cur autem plus minusve, in vtrisque. Calor.n. fortis ac dolor, plus: debilior, minus attrahit. Itidem corpora excrementis vacua exiguum quiddã trahentibus mittunt: excrementosa autẽ ac plethorica tanto plus mittunt, quanto ab ipso naturæ habitu lõgius recesserint. Atque hæ quidem fluxionum differentiæ sine debilitate partium fluxione laborantium existunt. Alię vero & ob harum debilitatem, ac fortitudinem mittentium excrementa, efficiuntur. Omnis.n.inflammatio sine vulnere ac collisione prehendens partem, excrementis quibusdam decumbentibus ex fortioribus in debiliora existit.

Leoni. *Cur ẽ, q aliquãdo plus est, qđ influit, aliquãdo minus aliquãdo melius, et aliquãdo deterius.*

QVOD autem vel minus, vel plus, vel melius, vel deterius influit, causa non tantũ in parte fluxionibus obnoxia consistit: sed quod melius sit, aut deterius ex partibus mittentibus pendet, quod plus vel minus, tum ex his quæ mittunt, tum etiam ex his quæ recipiunt. Vehementiores si quidem calores, atque dolores attrahunt vehementius, minus autem debiliores: sic & partes quæ superfluitatibus parum aliquid trahẽtibus immittunt. Quę autem pleniora sunt & materiæ inutilis copiam habent, tanto ingerunt amplius, quanto plus à naturæ

modo

modo recesserint. Hæ igitur sunt fluxionū differentiæ, quæ sine partium quæ fluxiones admittūt, imbecillitate consistunt. Aliæ vero & pp harū imbecillitatē, & propter earum robur quæ superfluitates transmittunt: omnes. n. quæ sine ictu aut fractura partibus adueniunt inflammationes, ex superfluitatibus quæ à membris fortioribus ad debiliora confluxerint, generantur.

COMMEN. 143.

OSTENDIT *cur est q, aliquando plus est quod influit, aliquando minus, aliquando melius, & aliquando deterius.* Et dicit *causa horum non tantum est in ipsa parte fluxionibus laborante: Sed q, melius & deterius influat, causa in ipsis partibus mittentibus est: q, autem plus uel minus in utrisq;, in partibus quæ mittunt, tum etiam in his quæ recipiunt causa est, quia calor fortis, ac dolor plus attrahit, debilior, minus.* Et corpora *quæ superfluitatibus carent parum, aliquid partibus trahentibus immittunt. Quæ autem pleniora, & materiæ inutilis copiam habent, tanto plus mittunt, quāto plus à materiæ modo recesserint.* Et concludit, *q, hæ differentiæ fluxionum à calore & dolore sunt quæ fiunt sine imbecillitate partium, quæ fluxiones admittunt .i. partium recipiētium, et supple sine fortitudine mittentium.* Aliæ *uero supradictæ consistunt, & propter harū im-*

becillitatem, & propter earum quæ superfluitates transmittunt fortitudinem. Et *non intelligit, q in his partibus trahẽtibus non sit imbecillitas cum dolor debilitet: Sed q in his imbecillitas non est causa attractionis, sicuti in illis.* Nam omnes *inflammationes quæ sine uulnere aut contusione partibus adueniunt ex superfluitatibus quæ à mẽbris fortioribus ad debiliora confluxerint generantur.*

TEX.

Lau. TALIS autem inflammatio statim accendit febrem, quoties ob magnitudinem, aut uicinitatem calor ex ea ad cor peruenerit. Decumbentia igitur excrementa in omni inflammatione putrescunt propter causas prius dictas. Nec similiter omnia putrescunt, eo quòd quædam sunt pituitosa, alia melancholica, nonnulla biliosa. ipsis autem putrescentibus accenditur calor præter naturam in parte inflammatione affecta; simul quidem calefaciens quæcunque primæ tangunt inflammatione obsessas partes, deinde illis continuas, ex quibus rursus aliæ ratione vicinitatis calefactæ, rursusque aliæ ab illis vsque ad ipsum cor deferunt interdum caliditatem. Sed quæ nam sit dispositio in parte in-

inflam-

flammatione affecta diximus in libro de temperie inæquali : & item in libro de tumoribus præter naturam.

STATIM vero inflammationes huiusmodi febres accendunt, quando videlicet ob magnitudinem, vel uicinitatem earum, caliditas ad cor vsque peruenerit. Putrescunt igitur in inflammationibus omnibus congestæ superfluitates, ob eas quas ante cõmemorauimus causas. Non æque tamen omnes putrescunt, quum ex eis nonnullæ quidem sint ex pituitæ speciebus, nonnullæ atrę bilis, aliæ amaræ. Quũ vero putruerint, calor præter naturam inflammationem patientem occupat partem, simul autem ab eadem præter naturam caliditate corripiuntur quæcunque proximæ partes : atque hæ rursus vicinitatis ratione sibi continuas calefaciunt, illæque rursus alias, donec tandem per successionem ad cor usque aliquando caliditas permeat. Quisnam uero sit in partibus inflammationem patientibus affectus, in libro de inæquali temperatura monstrauimus, atque in altero qui de tumoribus, qui præter naturam inscribitur.

Leoni. *Quõ ex materia morbi in parte aliqua existẽtis febris accẽditur.*

COMMEN. 144.

VT ostendat causas periodicationis in febribus. Primo declarat quomodo ex materia morbi in parte aliqua existẽtis. febris accenditur. Dicit etiam q, in inflammationibus superfluitates congestæ putrescunt ob eas causas quas supra dixit: quoniam talis humor non transpiratur, neq; à natura regulatur, ut supra dixit: Non tamen, dicit, similiter putrefiunt omnes tales superfluitates: quoniam aliter pituita, aliter melancholia, et aliter flaua bilis, Et non uult q, non sit eadem causa putredinis omnium eorum. s. prohibita transpiratio &c. Sed q, alius est modus putredinis, et alius modus caloris præter naturam in uno, & alius in alio. Deinde dat modum secundum quem fit generatio febris à calore talis humoris. Et hoc fuit perfecte declaratum, cap. 5. primi libri. Deinde ut perfecte scias, quæ nam sit dispositio in partibus inflammatione affectis te remittit ad librum de inæquali temperatura, & ad lib. de tumoribus præter uaturam. Deinde cum dicit.

Nõ idem modus putredinis in pituita melãcholia, & flaua bili.

TEX.

Lau. QVOD autem necesse sit contentum in ea sanguinẽ putrefieri sæpenumero, simul cum materię quæ influxit, in hoc dicetur. Excrementũ igitur quod decubuit ex vna parte in aliam, interdum adeò multũ prauumq; est, vt partis laborantis fluxione le-

dat

dat vires;interdum adeò mite ac exiguum vt suscipiens corpus minime offendat. Si igitur adeo debilitet vires vt exoluantur, nec præterea euincant ea quæ prius vincebant,tunc sanguinem putrefieri necesse est duplici ratione:et quia humor minime euictus à calore proprio reliquã habet in putredinem mutationem:& quia simul cum excrementis putrescentibus putrescit. Sin non tantum lædat vires vt exolutæ penitus quiescant, semipræuus & tanquam semiputris,in tali constitutione sanguis efficitur;uicinitate quidem putrescentium excrementorum simul putrescens, persistens tamen in sua ipsius natura quantum est in ratione facultatis ipsum conficientis. Vtcũq; aũt se res habeat,accẽsus calor per primam putredinem penitus acrior ac mordacior est q̃ foret dum per naturã haberet.

IN hoc vero ostendemus necessarium esse sanguinem in eisdem contentum vnà cũ superfluitatibus influentibus plerunq; putrescere. Quæ ab vna particula infertur ad aliam superfluitas,est adeo multa aliquãdo ac vitiosa,vt recipientis particulæ potẽtiæ afferat detrimentum, nonnunquam vero adeo mitis & pauca,vt suscipienti corpori nullam inferat noxam. Si igitur ita poten- Leoni.

tiam oppresserit, ut iam dissoluatur, neque iam conuincere posit ea quæ prius conuincebat, tunc iam sanguini necessarium est putrefieri, idque duplici ex causa. Quia uidelicet humor quem proprius calor non obtinet, nihil habet reliquum, nisi ut ad putredinem transeat: & quia cum superfluitatibus putrescentibus unà putrefit. Quód si non adeo potentiam prosternat, ut iam dissoluta quiescat, semiputridus, ac semiuitiatus omnino in tali statu redditur sanguis ex uicinitate quidem putrescentium superfluitatum ad putredinem raptus, tantum uero in sua natura perseuerans, quantum in eius a qua exornatur potentiæ ratione consistit. Vtcunque uero se res habet, qui in prima putredine calor accenditur, est quidem acrior atque mordacior eo, quod secundum naturam.

COMMEN. 145.

OSTENDIT *necessarium esse plerunque sanguinem in particulis contentum unà cum superfluitatibus influentibus putrescere: quoniam superfluitas quæ ab una particula ad aliam infertur aliquando est adeo multa ac uitiosa, ut recipientis particulæ uires lædat, nonnunquam uero adeo mitis & pauca, ut nullam ei inferat noxam.*

noxam. Si igitur adeo debilitat uires, ut exoluantur: neque iam conuincere poßint ea quæ prius conuincebant. Tunc ſanguinem putrefieri neceſſe eſt duplici ex cauſa: & quia humor à proprio calore non uincitur: & quia ſimul cum ſuperfluitatibus putreſcentibus putreſcit. Et ſi non tantum uires lædat, ut exolute penitus quieſcant, ſemiputridus ac ſemiuitiatus ſanguis redditur, ad putredinem raptus ex uicinitate putreſcentium ſuperfluitatum, perſiſtens tamen in ſua natura tantum, quantum in ratione eius facultatis à qua exornatur conſiſtit. Et utcunque ſit, inquit, calor qui in prima putredine accenditur acrior eſt, ac mordacior eo quod ſecundum naturam.

TEX.

ATQVE tantum creſcit, quantum natura ipſa excrementorum ſufficiat. Hæc enim talem habent proportionem ad calorem ex eis accenſum, qualem ligna ad ignem obtinent. Hæc tamen minime in infinitum tempus ſufficiunt ad alterationem: ſed terminus alterationis ipſis eſt, humoris innati conſumptio. Nam eo uſque cremari queunt, dum innatum habuerint humorem: atque eo cõſumpto cremari deſinũt, ac reliquiæ eorum, nominantur cinis. Quin etiã putreſcentium humorũ Lau.

ſimiliter calor permanet dum prorſus ſint aſſati. par eſt autem reliquias humorum terreſtres exiguas eſſe nequaquam multas, quemadmodum lignorum: propterea ꝙ in ſubſtantia eorum elementum humidum exuperat, nõ ſiccum. Simili modo ſi libeat coquere humorum externorum quēpiam, vt oleum, aut vinum, terreſtre quidē eius ꝗminimum relinquetur, reliquum autē totum extenuatum, in vaporem atq; aerem diſcedet. Itaq; tota ſubſtantia feruefactorū humorum, ex putredine extenuatorum ab ipſo calore in ambientem diſpergitur per vigorem, inclinationemq; febrium. Remanet autem iam excrementum omnino exiguum, vel nullum: in humoribus quidem craſsioribus exiguum, in ſeroſioribus autem nullum.

Leoni. TANTVM vero augetur, quantum ſuperfluitatum natura ſuppeditat. Hæ ſi quidem ad eum qui ab ipſis calor augetur, ferè ſimilem quandam habent rationem, quā & ligna ad ignem. Non tamen in infinitū vſque tempus hæc ad alterationem ſufficiunt, ſed eſt quidam tranſmutationis terminus cum eo vſq; poſsint exuri, donec aliquid natiui liquoris habuerint, qui vbi conſumptus ex toto fuerit, tūc ardere iam

deſinunt,

desinunt,ac quę reliquæ supersunt, cineres appellantur. Et quidem eodem modo putrescentium humorum caliditas permanet donec omnino fuerint assati. Parū autem reliquiarum terrestrium restare ex humoribus est verisimile, non quemadmodum ex lignis plurimum: quoniam in eorū substantia humidum & non siccum præualet elementum: ita & si aliquem ex exterioribus humoribus elixare volueris, veluti oleum vel vinum, paruum aliquid terrestre relinques, reliquum vero omne extenuatum in aerem ac vaporem resoluetur. Et quidem feruētibus in putredine humoribus à caliditate extenuatis, eorundē substantia, quum febres consistunt atq; declinant, in ambientem aerem dissipatur. Superfluitas autem vel exigua remanet, vel nulla, in crassioribus quidem humoribus pauca, in serosioribus nulla.

COMMEN. 146.

ETIAM *pro declaratione dicendorum reddit causam, quare calor putredinis & præter naturam in materia accensus finitur, et causam eius perdurationis in tali materia.* Et dicit *q tantum augetur, quantum natura superfluitatum suppeditat: quoniam secundum q diuersa est natura superfluitatis, diuersimode durat, & secundum eius*

quantitatem diuersam plus durat & tardius, Et hoc declarat dicens, q, simile est de calore accen so in humore in parte aliqua existente et de igne accenso in lignis: nam ligna non sufficiunt ad alterationem .i. combustionem per infinitum tempus: sed eis est terminus alterationis, consumptio humoris innati: Nam donec in eis permanet liquor, sunt apta substentare calorem: nam consumpto ex toto humido, quod remanet est cinis. Similiter est in humoribus qui putrescunt: quoniã in eis perdurat caliditas quousq; permanet earũ humiditas. Ponit postea differentiã inter humores & ligna, & omnia quæ dicit sunt clara.

TEX.

Lau. QVO'D si nulla debilitas extiterit uirium partis inflammatione laborantis, nec rursus mittantur excrementa: & morbus solutus est, & post hac haud iterum febricitauerit homo, neque sequenti die, neque tertio quoq; die, neque quarto quoque. Quód si ob eandem causam mittantur excrementa ob quam ab initio parti mittebantur, aut si hæc quidem non amplius mittantur, sed permaneat virium debilitas: denuo febricitare hominem necesse est.

Leoni. QVO'D si nullã imbecillitatem pars inflammata contraxerit, neque iterum superfluitates aduenian, ęgritudo finitur, neque deinceps

deinceps aut ſequenti,aut tertia,aut quarta die,homo febricitabit. Quod ſi denuo eandem ob cauſam,ob quam primæ etiã miſſæ ſunt,aliæ immittãtur ſuperfluitates, aut ſi nec hæ quidem mittentur,ſola autem remaneat potentię imbecillitas: hominem ſecundo febricitare eſt neceſſarium.

COMMEN. 147.

HIS *declaratis intendit inquirere cauſam. Vnde febre accenſa ex materia in parte aliqua aggregata accidant periodi & reuerſio eorum & ordo: non.n. poteramus hoc ſcire niſi ſciremus an talis materia poßit febrem cauſare, necne, Etiã niſi ſciremus qualiter in ea calor habeat perdurare, & quare, & qualiter habeat declinare: hęc enim fuerunt duo quæ declarauit in textu præcedenti. Oſtendit ergo primo Gal. quare eſt, ꝙ aliquando accenſione febrili ſemel facta, nõ fit amplius reaccenſio, & quare fit eius reaccenſio. Et dicit ſi nullam imbecillitatem pars inflammata contraxerit, neque iterum ſuperfluitates adueniant, ægritudo finitur, neq; deinceps, aut ſequenti, aut tertia, aut quarta die homo febricitabit. Quòd ſi denuo eandem ob cauſam primæ etiã ſuperfluitates mißæ ſunt, aliæ immittantur, aut ſi hæc quidem non amplius mittantur, ſed permaneat uirium debilitas, denuo febricitare hominem neceße eſt: quoniam, ut dictum fuit quia ob imbe*

Quare aliquãdo accẽſiõe febrili ſemel fcã nõ fit ãplius reaccenſio et quare fit eius reaccenſio.

cillitatem non poterat particula ſuum conuerte-re nutrimentum, ideo in ſe congregās ſuperfluitatem febris reaccendit.

TEX.

Lau. SVBIICIATVR.n.primū, facultas partis robuſta, tempore vero interueniente eiſdem in partibus quæ prius tranſmiſerant, collecta eſſe excrementa paria quantitate, & qualitate his quæ initio tranſmiſerant. Hoc vero accidit his in quibus diſpoſitio mittentium, & attracti ad ipſas alimenti quantitas & qualitas eadem permanet. Neceſſe enim eſt, æquale ac ſimile quod ab eadem alteratur facultate, æqualia ac ſimilia facere excrementa. Quinetiam tempus collectionis eorum neceſſario æquale erit. Partes enim quæ aluntur quoad ſimilem habuerint conſtitutionem ab eodem nutrita alimento, æqualia quantitate et ſimilia qualitate, atque eodem temporis tractu colligent excrementa. Quinetiam eadem circuitione incitantur ad expellenda ea atq; mittenda debilioribus. Si quidem tunc primum expellendi facultas excitatur ad operationem ſuam, vbi grauatur multitudine excrementorum, aut qualitate moleſtatur. Sed de his omnibus in commentariis de viribus naturalibus definitum iam eſt: in quibus

quibus exercitatum esse conuenit eum, qui quæ nunc dicuntur, sit cum demonstratione intellecturus: magno quidem præmio ipsi proposito ex tali contemplatione ad curandi viam & rationem.

SVBIICIAMVS enim primum quidẽ validam esse particulæ potentiam, in tempore vero intermedio eisdem in partibus, quæ prius transmiserunt, aceruatas esse superfluitates & qualitate & quantitate pares his quas ante immiserunt. Hoc vero in his accidet, in quibus eadem permanet imminentium partium dispositio, atque eadem attracti alimenti qualitas quantitas ve seruatur. Est enim vt arbitror, necessarium, quum æquale & simile ab eadem potentia alteretur, æquales etiam & similes fieri superfluitates: tempus quoque in quo eadem aceruabuntur, necessario erit æquale: si quidem enutritæ partes eundem seruauerint habitum, atque eodem alimento nutrientur, & quantitate æquales, & qualitate similes superfluitates eodem temporis termino cumulabunt, eodem quoque circuitu ad eas expellendas, atque ad imbecilliores partes detrudendas mouebuntur. Leoni.

Siquidem vis excretoria tunc primum ad ſuum opus excitatur, quãdo aut ſuperfluitatum multitudine aggrauatur, aut ex qualitate ſtimulatur. De hiſce vero omnibus pleniſsime dictum eſt in commentarijs de potentijs naturalibus, in quibus exercitatum eſſe oportet quicunq; ea quæ in hoc loco dicuntur cum demonſtrationem cupit ediſcere. quum magna quoq; eidem ex ea contemplatione ad curandi facultatem præmia proponantur.

COMMEN. 148.

OSTENDIT *ob quam cauſam cadit in feb. periodus determinatus. Et hoc quũ uirtus in particula eſt ſimilis diſpoſitionis & fortitudinis ſicut prius, quando erat non imbecillis. Nam cum ſeruatur eadem diſpoſitio in particula quæ mittit à principio morbi uſq; ad finem, & eadem in parte ſuſcipiente, & per quantum tempus permanet, ſeruatur ordo periodorum. Et dicit ſubijciamus. n. primum ualidam etiam particulæ potentiam: quoniam iam fuit dictum, q; ob imbecillitatem uirtutis particulæ poteſt fieri febris reaccenſio, & per conſequens eius uariatio poteſt ordinem periodorum uariare. Et dicit atque eadem attracti alimenti qualitas, quantitáue ſeruatur: quoniam permutatio in regimine poteſt eſſe cauſa permutationis periodorum: nõ. n. uniformiter*

ſe haberent particulæ ut prius. Et remittit nos ad librũ de potẽtijs naturalibus cum dicit. De hiſce uero omnibus &c. Et nota differẽtiam inter acceßionem, & periodum. Nam quod Greci dicunt paroxiſmum, Latini acceßionem appellãt. Et quod Græci periodum, Latini circuitũ dicũt. Periodus eſt totum illud tempus, quod à principio unius acceßionis ſiue paroxiſmi uſq; ad principium alterius, comprehendẽdo. ſ. in hoc tempore, principium, augumentum, & ſtatum acceßionis, & declinationem uſq; ad aliam nouam acceſceßionem. Et iſte periodus ſiue circuitus diuiditur in duas partes ab ipſo Galeno in tractatu de uniuerſalibus morbi temporibus, in partem meliorem & partem deteriorem, pars deterior periodi dicitur acceßio, pars melior dicitur declinatio. Et ſic per acceßionem intellige totum illud tempus comprehendens principium, augumentum, & ſtatum uſque ad declinationem. Et ſic patet, q̧ periodus nõ reperitur in febribus quæ ſunt unius paroxiſmi à principio uſq; ad finem. Et q̧ magis reperitur in interpolatis, q̃ in continuis cum in eis uera ſit intermißio: in continuis tamen licet non ſit uera intermißio: eſt tamen in eis quidam tepor, dico de cõtinuis quæ proportionales dicuntur. Patet tertio q̧ motus periodicus ſolum inuenitur in ægritudinibus dependentibus à materia & à cauſa, non autem ægritudinibus à cauſa

Differentia inter acceßionẽ & periodum.

Periodus magis in interpolatis, q̃ ĩ cõtinuis

non dependentibus, ut est hectica, cum in eis non cadat alteratio & dispositionis inuocatio.

TEX.

Lau. NAM vt alia omnia omittam, quæ sum dicturus in eo libro, vnius tantummodo faciam mentionem, quod maxime quidem in promptu est, quódque ipsi sepenumero fecimus, ophthalmiæ, scilicet per circuitionem repetentis. Spero enim id non paruum incitamentum fore lectoribus ad eam quam hoc loco tradimus condiscendam doctrinam. Contra enim quàm ii qui se nominant ob oculorum curatione ophthalmicos, curauimus semper huiusmodi ophthalmiam. Nam cum illi semper oculis negotium facesserent, nos interdum purgatione, interdum balneo, interdum meri potione (vt Hippoc. dicit) interdum sanguinis missione, interdum vtrisque, vel clystere cum sanguinis missione vsi sumus: atque interdum statim his adhibitis desiuit, quandoque etiam vbi capiti fuisset prospectum. Omnes enim qui ita curati sunt, aut omnino accessionem non habuerũt, aut semel solum: sed multo leuiorem q̃ prius. Sed de curatoriis discretionibus ac de inditiis, nequaquam est hoc loco agendum.

NAM

NAM vt reliqua omnia silentio præte- reant,quæ a nobis in eodem tractatu dicen tur: de vno tantummodo, quod magis in promptu est,atque a me sæpissime factum, mentionem faciam de ea quæ per circui- tum accedit lippitudine, nõ paruum enim existimo fore incitamentum his, qui audi turi sunt,ad eam quam hoc loco docemus contemplationem addiscẽdum. Nos enim contra quàm illi qui se medicos oculares appellant,semper huiuscemodi affectus cu rauimus. Nam cum illi semper oculis ne- gocium facesserent,nos aliquando purga- tione,aliquando balneo, aliquando meri potu,vt inquit Hippoc.aliquando missio ne sanguinis, nonnunquam vero vtrisq;, vel clystere cum sanguinis missione vsi sumus,vnde nonnunquam statim sanitas est subsequuta,nonnunquam vero post cu rationem capiti adhibitam. Nam quicũq; hoc modo curati sunt,uel nullam amplius, vel vnam tantummodo accessionem passi sunt, eandemque minorem quàm prius. Sed de curãdi quidem dispositionibus co- gnitionibusque non huius interest loci. Leoni.

COMMEN. 149.

DECLARAT *quæ dixit exemplo.* Et *dicit quòd omnia quæ dicturus eo in libro omittet, de*

uno tantummodo quod magis in promptu, & ab ipso sæpeßime factum mentionem faciens, de lippitudine. s. quæ per circuitum accedit. Nam ipse aliter, q̃ illi qui se medicos oculares appellant semper huiusmodi affectus curauit, aliquãdo purgatione, balneo, aliquando meri potu, ut dixit Hippoc. sexta aphorism. 31. aliquando sanguinis mißione, nonnunquam uero utrisq;, uel clystere cum sanguinis mißione usus est. Vnde nõnunquã statim sanitas est subsequuta, & nonnunquã post adhibitam capiti curationem. Et dicit, q; qui hoc modo curati, uel nullam amplius, uel unam tantummodo acceßionem paßi sunt, & minorem q̃ prius. Vide eum in commento aphor. Dolores oculorum meri potio, aut balneum &c.

TEX.

Lau. CAETERVM q; accidat interdum totum caput, aut minime affectum, sed sanguine prauo atq; excrementoso nutritum, colligere excrementa plura ac vitiosiora q̃ ante, ita vt nequaquam eis sufficiant naturales effluxus ac perspiratus, sed cogatur natura expellere excremẽtum ad aliquam partem debiliorem; aut si humores secundum naturam se habeant, ipsum autem affectum sit, aut etiam ambo concurrant, colligi excremẽta, atq; decumbere in aliquam partem, præsens sermo demõstrare studet.

Etenim

Etenim quoad decumbens humor similis fuerit, & capitis dispositio eadem, eousque excrementa æquali colligentur tempore similia & æqualia, & accessiones oculorũ similes erunt. Simili modo & si non totius capitis, at certe vnius alicuius in eo partis, aut meningum, aut cerebri ipsius fuerit ali qua dispositio, ita vt ex tali nutrimẽto col ligat tantum taleq; excrementum tanto tẽ pore: deinde expellat excrementum id tũc primum, quũ ab eo insigniter molestatur: accidet & tunc per circuitionem infestari vel oculos, vel aures, vel aliquid aliud tale, in quod debilius expulsum fuerit excremẽ tum. Vt igitur in oculis, vel auribus, ac pedibus, & aliis multis partibus talibus perspicue videtur fieri accessio per circuitionem, quemadmodum ostensum est: quid mirum in pleuritide, & peripneumonia, & phrenitide, & aliis omnibus quorum non licet intueri inflammationes, similiter fluere excrementum: nullo alio ipsa parte inflammatione obsessa affectu laborante peculiari ac proprio ad dictorum generationem, q̃ q́ mittentibus excremẽta eo tempore imbecillior est.

QVOD vero contingat vniuersum aliquando caput quod nihil passum sit, sed Leoni.

ſanguine tantummodo vitiato atque inutili nutriatur, plures q̃ antea, ac deteriores ſuperfluitates colligere, adeo vt naturales effluxus, atque difflatus non ſufficiant, quin neceſſarium ſit naturam ad imbecilliores partes excrementa detrudere, aut ſi humores quidem ſani fuerint, ipſum vero caput male ſe habeat, aut vtraque incommoda cõueniant ſuperfluitates quidem aceruari: ad aliquod vero membrum irrumpere, præſens ſermo indicare propoſuit. Donec etenim & qui defluit humor ſimilis fuerit, atque eadem diſpoſitio capitis tandiu ſuperfluitates & tempori æquali, & ſimiles atque æquales aceruabuntur, ſimilesque oculorum fient exacerbationes. Eodem pariter modo, ſi non caput vniuerſum, ſed aliqua eius pars vel mẽbrana vel cerebrum ita fuerit affecta, vt ex huiuſmodi alimento talem, ac tantam ſtatuto tempore contrahat ſuperfluitatem ac deinde repellat, quamprimum ab ea effatu dignam ſenſerit læſionem, tunc per circuitum exacerbari contingit, vel oculos, vel aures, vel membrum aliquod imbecillius, ad quod ſuperfluitas detrudetur. Sicuti igitur in oculis, & auribus, & pedibus, multiſque aliis huiuſmodi partibus,

bus, quemadmodum ostensum est per circuitum fieri exacerbatio manifeste deprehenditur: Quod mirum est in laterum, pulmonis, & cerebri inflammationibus, atque aliis omnibus, quæ oculis inspici nequeunt, similiter fluere superfluum: quum tamen pars inflammata nullũ præcipuum ex se gerat affectum, ex quo inflammatio oriatur, nisi quia partibus illis quæ superfluitates transmittunt eodem tẽpore sit imbecillior.

COMMEN. 150.

QVALITER *in prædicto exemplo in motu periodorum cadat ordo ostendit.* Et *cum dicit uniuersum aliquando caput quod nihil passum sit, intelligit non habens uirtutem alteratiuam imbecillem, sed fortem ad digerendum, & transmutandum suum nutrimentum. Cum hoc tamen stat quòd sanguis ad ipsum perueniens sit uitiatus superfluitatibus plenus: Vnde contingit plures quàm antea, ac deteriores superfluitates colligere, adeo ut naturales effluxus atque diflatus non sufficiant, quin necessarium sit naturam ad partes imbecilliores excrementa expellere. Si uero humores sani fuerint, & caput ipsum male se habeat, aut utraque incommoda concurrant, uidelicet quòd caput male se habeat, & humores uitiosi sint superfluita-*

tes aceruari & in membrum aliquod irrumpere præsens sermo demonstrare proposuit. Nam donec humor qui defluit similis fuerit, atq; eadẽ dispositio capitis, tandiu superfluitates & tempori æquali, & similes atq; æquales aceruabuntur, similesq; oculorum fient exacerbationes. Eodẽ pariter modo, inquit, si nõ uniuersum caput, sed aliqua eius pars, uel membrana, uel cerebrum ita fuerit affecta, ut ex huiusmodi alimento talem et tantam &c. per circuitum exacerbari contingit, uel oculos, uel aures, uel membrum aliquod imbecillius, ad quod superfluitas detrudetur. Sicuti igitur in oculis, & auribus, & pedibus, & multis alijs huiusmodi partibus manifeste per circuitũ uidetur fieri acceßio. Quid mirum est in inflammationibus laterum, pulmonis, & cerebri. i. pleuritide, peripleumonia, & phrenitide, & alijs omnibus. s. membris interioribus, quæ uisu intueri nequeunt, similiter superfluitates defluere, & similiter febrem accendere: cum tamen pars inflammata nullum præcipuum ex se gerat affectũ, ex quo inflammatio oriatur, nisi quia imbecillior sit partibus illis quæ superfluitates transmittuut.

TEX.

Lau. NEQVE etiam illud mirum uideri debet, ꝙ non eodem tempore colligãtur omnia excrementa. Quòd enim neq; qui defertur ratione alimenti sanguis semper similis

milis eſt,neq; diſpoſitio partium quæ aluntur eadē, idcirco aliud alii tempus ſatis eſt ad tanti excrementi collectionem. A quo primum natura partis moleſtatur, cogiturq; veluti alienum a ſe id quod moleſtat expellere. Neq; porro mirandum eſt, ipſarum acceſsionum longitudinem inæqualē eſſe. Cum.n.neq; genus, neque multitudo excrementorum vna ſit, neq; ſimiliter accēdi in omnibus, neq; diſcuti conuenit. Nam plura quidem & frigidiora, et glutinoſa, et craſſa, longiores committunt acceſsiones: pauciora autem, & calidiora, & tenuiora, breuiores: conducente ad id nō parum totius corporis conſtitutione eo tempore & virium robore. Corpus.n.rarius breuiores, quantum in ſe eſt, efficit acceſsiones: dēſius autem, longiores. Et robur quidem virium, breuiores: debilitas autem, multo lōgiores. Facultas.n. valida promptius a ſe expellit id quod eſt alienum: corporis autē raritas, minime detinet id quod effertur. Quocirca ita affectis cito euacuari excrementum neceſſe eſt: ſi etiam alia ſimilia exiſtant. Pari ratione quibus econtrario corpus afficitur, iis neceſſe eſt eſſe longiorem excretionem excrementorum, debiliter expellente excremēta facultate: detinēte autē

ea quæ efferuntur, angustia meatuum. Omnibus autem simul concurrentibus, aut breuissima, aut longissima accessio fit. Longissima quidem, ob crassitiem, & multitudinem excrementi, ac virium imbecillitatem, meatuumque angustiam: breuissima autem, ob tenuitatem, & paucitatem excrementi, & robur virium, ac viarum amplitudinem.

Leoni. *Quare nõ eodẽ tpe superfluitates oẽs aggregantur et quare quædam feb. accessionẽ lõgã habent, & quædam breuem.*

NEQVE etiam illud mirandum, quod non iisdem statutis temporibus omnes superfluitates aggregentur, quando & is qui pro alimento sanguis defertur non vsquequaque similis existit. Si quidem neque partium quæ ex eodem alimento nutriuntur, eadem existit dispositio. Aliud alii sufficit tempus ad tantam superfluitatem aceruandam, qua primum quidem membri læditur natura. Cogitur autem tanquam alienum a se detrudere id quod infestat. Neque tamen quod non æqua sit eccessionum lõgitudo, oportet admirari. Nam si non eadem neque species neque multitudo est superfluitatum, neque etiam omnibus æqualiter accendi aut dissolui contingit: quæ si quidem plura sunt ac frigidiora, tenacioraque & crassa longiores faciunt accessiones quæ autem pauciora ac calidiora & subtiliora,

tiliora, breuiores. quum adhuc etiam non parum & totius corporis fabrica,& potentiæ robur illo tempore conferat. Nam si quod corpus rarius extiterit,breuiores sui ratione reddit accesiones:quod autē spisßius longiores:& potentiæ quidem robur, minus diuturnos:imbecillitas autem, in lōgius tempus producit.Nam quo potentia vegetior extiterit,eo prōptius omne alienum a se ipsa repellit. Corporis autem raritas,quod per ipsum defertur, nō retinet. Quare necessarium est,vt qui ita fuerint affecti,si modo in cæteris paritas adscit, cito a superfluitatibus exonerentur.Eadem ratione qui contrarium corporis habitū sortiti sunt, his multo tardius superfluitates excerni est necessarium, quum & potentia imbellitatis easdem superfluitates impellat,ac propter meatuum angustiam, quæcunq; feruntur,retineant. Quum vero hęc omnia simul conuenerint, aut longisima, aut breuisima fiet accesio.Lōgisima quidem, ob materiæ inutilis multitudinem, crasitudinem,atq; lentorem, potentiæ imbecillitatem,ac meatuum angustiam. Breuisima autē,propter materiæ inutilis subtilitatem,paucitatem, & potentiæ vigorē, ac meatuum laxitatem.

Quare feb. aliq̃ ordinem seruãt p tertiũ aliquæ p diẽ, et aliquæ per quartũ. Longißima acceßio ob mãæ inutilis multitudinẽ, craßitudinẽ, lentorẽ, potẽtiæ imbecillitatẽ ac meatuũ angustiam.

POSITA *causa reuersionis in feb. & periodorum, quæ fuit noua materiæ expulsio, ostendit nunc, Quare est q̃ non eodem tempore superfluitates omnes aggregãtur. Et similiter, quare est, q̃ quædam febres habent acceßionem longam, quædam breuem. Posset etiã dici q̃ ostendit causas, quare acceßiones aliquando antecedunt, aliquando postponuntur. Et similiter, q̃ febres aliquæ seruãt ordinem per tertium, aliquæ per diẽ: & aliquæ per quartum. Et causa omnium est uariatio causarum, ut q̃ sanguis qui pro alimento defertur non usquequaq; similis existit. Et mutatio dispositionis particulæ mittentis & recipientis, & uariatio superfluitatis quæ mittitur, & quomodo hoc bene declarat Galenus. Postea inquit, quum uero hæc omnia simul cõuenerint, aut longißima, aut breuißima fiet acceßio, longißima ob materiæ inutilis multitudinem, craßitudinem, lentorem, potentiæ imbecillitatem, ac meatuum angustiam, breuißima uero, ob materię inutilis subtilitatem, paucitatem, & potentiæ uigorem, ac meatuum laxitatem. Deinde cum dicit.*

TEX.

Lau. SIMILI modo nec quam ob causam accesſiones quædam desinant ad integritatẽ, quædam vero non, difficile est inuenire. Quoties.n. prioris accesſionis tẽpus adeò breue fuerit, vt priusquã secunda incipiat, iam

iam prima desierit: mediū principii secundæ, priorisq; finis interuallum totum sine febre existit. Sed vbi secūda prius incipiat, q̄ prior omnino soluatur, nihil harum medium relinquitur. Hoc igitur (vt diximus) fit, quum facultas partis excrementa recipientis sui similis esse pergit, hoc est, adhuc vt antea sanguinē qui in ipsa habetur, vincit. Quòd si quando debilis efficiatur, idq; ei causa sit cur non excrementa solum, sed ipse etiam sanguis corrumpatur ac putrefiat, & febris accendatur: alterum inde quoque initium orietur circuitu repetentium accessionum. At si quidem prædictus adhuc seruet calor, duplex erit genus febriū inter se implexarum. Si vero ille quidem desinat, dispositio vero suscipientis fluxionem permaneat, quæ de mittēte sunt dicta prius, de hac intelliges. Hæc .n. pars efficiet in se quædam excrementa duplici ratione, quemadmodum & illa, tum quia prauus est sanguis contentus in ea, tū quia facultas debilis est. Nec secus si ex quauis causa reddita sit interdum debilis partis dispositio: adeo vt onus ipsi potius q̄ alimentum sit sanguis adiectus. Corrumpetur .n. & si calidus fuerit, facile putrescet. Si vero subfrigidus ac pituitosus, non statim quidem: sed

processu temporis is quoq; eandem susci-piet dispositionem.

Leoni. EADEM ratione, neq; cur nonnullæ quidem accesiones infebricitatione terminentur, aliquæ vero non, est difficile inuentu. Quãdo etenim primæ accesionis tempus adeo breue fuerit, vt anteq̃ secunda superueniat, iam prima quieuerit, omne id temporis spatium, quod secundæ principium, & primæ finem interiacet sine febre est. Si vero secunda inuadere anticipauerit, prius q̃ omnino prima soluatur, nihil interuenit medium. Hoc igitur, vt diximus, fit, quum ea quæ est in membro superfluitates admittente, potentia sibiipsi sitis mãserit, hoc est quũ sanguinem in ipso cõtentũ, quemadmodum antea, conuincit. Quòd si aliqñ imbecillior reddatur, hoc quoq; illi causã affert, vt non modo materia inutilis, sed ipse præterea sanguis corrũpatur atq; putrescat, aut feb. accẽdatur, atq; hinc aliud orietur principiũ earũ, quæ per circuitum fiunt accesionum. Si igitur antea dicta caliditas perseueret, duplex feb. se inuicem cõplectẽtium spẽs consistit. Quòd si illa cessauerit, membri uero fluctionem recipientis dispõ remãserit, quęcunq; de parte mittẽte prius exposuimus, eadem de hac quoq; intelligantur

gantur, nam & ipsa aliquas in se superfluitates generabit, idq; duplici ratione, quemadmodum & illa, & quia vitiatum cōtinet sanguinem, & quoniam potentia est imbecillis. Eodem modo si ex aliqua quauis causa membri vis adeo debilitetur, ut is qui adiacet sanguis, illi potius onus sit q̃ alimentum, illud eueniet vt corrumpatur, aut si calidior sit facile putrefiat. Quód si frigidus fuerit, & pituitæ naturam gerens, non subito, sed per tempus ad eandem veniet dispositionem.

COMMEN. 152.

ASSIGNAT *causas, quare aliquando accessiones nonnullæ ad integritatem seu infebricitationem desinant, aliquæ uero non. Nam tunc accessio in infebricitationem desinit cum materia causans ipsam citius resoluitur, quàm inuadat materia causans aliam accessionem. Sed cum materia causans aliam accessionē mouetur ad eandem febrem antequam materia antecedēs sit resoluta. tunc desinit accessio in febricitationem, Et hoc intelligit Gal. cum dicit. Quando .n. primæ accessionis tēpus adeo breue fuerit, ut anteq̃ secunda superueniat, iã prima quieuerit, omne id temporis spatiũ, quod iacet inter principiũ secundæ & finem primæ sine febre est. Si uero*

secunda inuadere anticipauerit, priusquam omnino prima soluatur, nihil interuenit medium. Et hoc, dicit fieri, cum facultas quæ est in membro superfluitates recipiente sibi ipsi similis manserit, hoc est cum sanguinem in ipso contentũ, quẽadmodum antea, conuincit, q, si aliquando imbecilior efficiatur, & hoc ei causa sit, ut non solum materia inutilis, sed ipse etiam sanguis corrumpatur, atque putrescat, & febris accendatur. Aliud inde orietur principium accessionum quæ per circuitum fiunt. Et si antea dicta caliditas febrilis. s. quæ ex materia inutili accenditur perseueret, erit duplex genus febrium se inuicem complectentium. s. quod ex putredine materiæ inutilis seu superfluitatis, et quod ex putredine sanguinis fit, quòd si illa quæ ex superfluitatibus fit cessauerit, & dispositio membri recipientis fluctionem remanserit, ipsum in se superfluitates generabit, duplici de causa, quemadmodum et de parte mittente dictum est. s. quia uitiatum continet sanguinem: & quoniam facultas est imbecillis. Eodem modo si ex aliqua quauis causa uirtus membri adeo debilitetur, ut sanguis qui adiacet illi potius onus sit, q̃ alimentum, illud eueniet ut corrumpatur, aut si calidior sit facile putrefiat. Deinde.

TEX.

Lau. QVINETIAM vbi nequeat concoquere quælibet pars genita in se excrementa,

aut

aut expellere ad aliã, tale sibi ipsi initium febricitandi, quale ea quæ transmittit alteri, adfert. Cur autem nequeat alteri mittere excrementa, prima quidem causa est in viribus mittentis suscipientisq́: altera autem in viarum obstructione, quæ a glutinosis, crassis, & multis fieri solet humoribus.

ET quidem, quum eas, quæ in ipsa genitę fuerint superfluitates coquere nequierit quæcunq́ particula, aut ad aliam a se ipsa detrudere, tale sibiipsi febricitandi principium constituet, quale ea quæ transmittit, alteri, affert. Quod vero alio superfluitates detrudere nequeat, prima quidẽ causa im mittentis ac recipientis partis potentia cõsistit: altera vero in meatuum obstructionibus, quæ ex lentis ac crassis & multis humoribus fieri consueuerunt. Leoni.

COMMEN. 153.

DICIT. *Cũ particula eas superfluitates, quę in ipsa genitæ fuerint coquere nequierit, aut ad aliam particulam à se ipsa expellere, sibiipsi tale principium febricitandi cõstituet, quale affert particula illa quæ alteri transmittit: quoniam sicut particula fortis febrem operatur ob superfluitatem quam ad particulam debilem expellit. Sic etiam cum materia aggregatur in parte aliqua ex eius defectu, & non potest ad aliam ex-*

pelli, ibi retenta putrescit. Deinde causam assignat unde contingit partem illam non posse praedictam superfluitatem ad aliā expellere. Et una cōsistit in potētia partis immittentis ac recipientis. i. partis in qua est superfluum quod deberet alteri mittere, quae est debilis & partis recipientis, quae est fortis. Aliam causam ponit per se notam, in meatuū obstructionibus, ex lentis ac crassis & multis humoribus.

TEX.

Lau. NIHIL igitur miri est, si etiam absque eo ꝙ altera mittat alteri excrementum (quemadmodum caput oculis mittebat) ex excrementis in ipso adhuc manentibus in eandē suscipienti aliena dispositionem deuenerit. Quae. n. obstruxerunt naturales effluxus, processu temporis ea quoq; putrescant necesse est: & causa sint oportet ob quā multitudo excrementorū in parte minime vacuetur, & vt solita erat diffletur. Putrescūt igitur ut illa ea quoq; quae postea colliguntur, & omnia simul accendūt statim in parte caliditatem febrilem. Supra autem indicauimus vbi accēditur quaedam vel etiam augetur caliditas, in eā partem ab aliis sanguinem defluere.

Leoni. NIHIL igitur mirum, si absq; eo quod alterum alteri mittat superfluitates, quēadmodum

modũ oculis caput, ex his quæ in ipſo mẽbro remanſerunt, ad eandem peruenit, ad quam id quod recipit materiam extraneã, diſpõnem. Quæcunq;. n. naturales meatus obſtruxerint, hæc per tempus neceſſarium eſt putrefieri, ac ſuperfluitatum multitudinem aceruandi cauſam afferre ei parti, quã euacuari, ac pro cõſuetudine difflari vetuerint. Vnà igitur cum illis putreſcunt et alia quæ poſtremo colliguntur, ſtatimq; ſimul omnia in membro febrilem caliditatem accendunt. Sed & retro oſtendimus, vbicũq; accenditur atq; augetur caliditas: iſtuc ab aliĳs partibus ſanguinem ſolere confluere.

COMMEN. 154.

STANTIBVS *prædictis cauſis. Vnde ſuperfluitas remanet in parte, concludit nihil mirabile, ſi particula recipiens abſq; eo q̃ alterũ ei mittat ſuperfluitates, quemadmodũ caput oculis mittebat ex his quæ in ipſo remanſerunt, ad eandem peruenit febrilem diſpoſitionem, ad quam peruenit id quod recipit aliena*. Et *cauſam huius aßignat, cum dicit. Quæcunque enim naturales meatus &c.* Nam *obſtructio ex tali congregatione ſuperfluitatum cauſa eſt putredinis earum, & cauſa ob quam multitudo ſuperfluitatum in parte minime euacuetur, & ut ſolita erat, diffletur*. Et *ſimul etiam cum prædictis*

putrescunt, & alia quæ postremo colliguntur, Et omnia statim simul in membro caliditatem febrilem accendunt. supra autem indicauit, q; ubi accenditur caliditas atq; augetur, in eam partem ab alijs sanguinem confluere.

TEX.

Lau. ITAQVE necesse est, vt tempore quo defluit, partes illæ refrigerentur sanguine destitutæ: pars autem affecta grauetur atq; distendatur: & qui defluxit sanguis alteretur, propter duas causas, & quia putrescentibus iam excremētis permiscetur, & quia impactus minime difflatur. Quocirca succenditur instar lignorum humidiorum cōfertim in exiguam flammam coniectorum atq; id tempus omne initium accesionis appellatur. Vbi uero calor superat materiā appellatur incremeutum & ascensus tale tempus. Atq; eo tempore augetur calor tā multus, Vt non solum deurat locum ipsum qui veluti causa quædam putredinis est: sed iam per continuitatem depascatur vniuersum corpus: & vbi ad summum peruenerunt feruorem qui accenduntur humores, appellatur Vigor talis pars accesionis. Vniuersum vero ignitum esse videtur tūc ægroti corpus, calore in vniuerso animali æqualiter intenso: deinde si quidem humo

res

res tenues ſint,ac facultas valida,& corpus rarum,pars plurima feruefactorum humo rum fuſa in ſudorē vacuatur. Quòd ſi craſſi fuerint,ac expultrix facultas debilis, & viæ anguſtæ,nihil quidem ſenſibile effluit: ſed ſolum id quod ita extenuatum eſt, vt in habitus tenuis tranſierit naturam. appel latur autem id tempus inclinatio,quæ perſpiratio quædam eſt humorū feruefactorū.

QVO vero tempore confluit,illas quidē priuari ſanguine eſt neceſſarium: quod vero patitur membrum grauari ac diſtendi, ac ſanguinem ipſum confluentem alterari, hoc quoque duplici ex cauſa: & quia aliis quæ iam putruerunt ſuperfluitatibus permiſcetur: & quoniam intruſum difflari nō poteſt. Quo fit vt inſtar lignorum humido rum quæ paucam ſuper flammam vniuerſim proiiciuntur,ſuccendatur. Atq; hoc to tum acceſsionis principium nuncupatur. Quum vero iam caliditas materiam conui cerit,tunc & huiuſmodi tempus, & augmentum,& aſcenſus vocatur. In hoc vero vſq; adeo calor augetur,vt non modo locum exurat,qui eſt quodammodo putredi nis cauſa,ſed etiam cōtinuatim per totum corpus diſpergatur,ac cum iam ad ſummū feruoris deuenerint humores inflammat: Leoni.

id accesſionis tempus,conſiſtentia appella tur. Tunc vero vniuerſum laborantis corpus igneum videtur, extēſa per totum animalis corpus æqualiter caliditate. Hinc vero ſi humores fuerint tenuiores, potentia robuſta,corpus rarum,maxima humorum putreſcentium pars in ſudorem reſoluta, euacuatur: Si vero hi craſsi fuerint, vis autem expulſoria imbecillis, & viæ anguſtæ ſint,nihil quidem defluit ſenſui manifeſtū, ſed id ſolum quod ita eſt extenuatum, & in ſubtilioris vaporis naturam tranſierit, tunc huiuſmodi tempus declinatio appellatur,quidā feruentiū humorum difflatus.

COMMEN. 155.

HANC *literam continuetis cum immediate præcedenti.Nam dixit q, ubi accenditur atq; augetur caliditas,in eam partē ab alijs partibus ſanguinem confluere. Quo uero tempore confluit illas partes à quibus confluit priuari ſanguine & infrigidari eſt neceſſariū. Et uerificatur de principio acceßionis,q, tunc partes illæ refrigerantur ſanguine uacuæ.Et ſic dubiū de intermittentibus febribus, in quibus partes extrinſecæ ad quas materia expellitur ſunt frigidæ, nihil eſt: quoniam etiam in eis in principio acceßionis ſanguis confluit in eam partem in qua accenditur et augetur cal'itas.Et dicit Auic.prima quarti,principium*

cipium est hora qua calor innatus præfocatur à materia submergēte ipsum in membro. modo mēbrum in quo submergitur calor innatus in principio feb. est minera feb. quæ in febribus apostematum siue exteriorū, siue interiorū, est in loco apostematis, & in cōtinuis sine apostemate, in uenis magnis uel arterijs. Et in interpolatis, in uenis paruis capillaribus, uel in poris membrorū, aut cōcauitatibus alijs à uenis, ut matrice, stomacho, uel intestinis. Nec solū loquitur Auic. ibi de principio ul'i morbi, ut aliqui credunt: sed & de particulari, & de utroq; augumento, & utroq; statu, & utraq; declinatione. Principium est hora qua calor naturalis præfocatur à materia, & non apparet in ea principium maturationis. Vnde aliquando natura ex toto uincit materiam, & tunc ipsa conuertitur in nutrimentum. Aliquando materia uincit naturam, & conuertitur in rem penitus putridam. Aliquando uero materia reducitur ad benignum, & tunc conuertitur in saniem uel in similem saniei. Dicit ergo Auicenna principiū est hora in qua calor præfocatur à materia in membro, & non apparet maturatio in urina, nec bona, nec mala. Primum conuenit principio accessionis. Et secundum principio uniuersali. Sic etiam declaratur principium ul'e morbi à Gal. in lib. de quatuor temporibus morbi quod est quādo non apparet signum manifeste coneoctionis. Sed

Feb. minera ī cōtinuis, in uenis magnis, uel arterijs.

In interpolatis, ī uenis paruis ul' mēbrorū poris, aut alijs concauitatibus.

Principiū morbi, quid.

Principiū morbi ul'e, quid.

dices in tertiana materia quæ facit febrē in principio expellitur à uenis ad extra in porositates membrorum, & calor retrahitur uersus cor, & pectus, ad originem suam, ut patet quarto regiminis acutorum, com. 39. & in tract. de tremore & rigore. Quomodo ergo potest calor à materia ibi præfocari, si ipse ibi non est? Et ideo sunt qui uolunt quod calor non uersus cor, sed ad locum ubi est materia retrahatur, & ibi suffocatur. Et tunc dicunt, quod calor naturalis in principio febris non præfocatur in loco minere à materia febris quia uincatur & extinguatur, nisi febris fuerit ex occidentibus in principio sui, sicut sunt interdum feb. syncopales, sed quia uelatur seu cooperitur uel sepelitur sub hac materia, sicut ignis aliquis undiq; uelatur lignis multiplicibus inflammabilibus nondum inflammatis, quæ postea inflāmat. Et huius sententiæ uidetur hic Gal. cum dicit Membrum uero quod patitur grauari ac distendi necesse est et sanguinem ipsum confluentem in ipso alterari, duplici ex causa, & quia alijs quæ iam putruerunt superfluitatibus permiscetur, & quia impactum difflari non potest, quocirca succenditur instar lignorum humidorum, quæ super paucam flammā uniuersim proiiciuntur, & hoc totum tempus principium accessionis nuncupatur. Postea Gal. cum dicit. Cum uero iam caliditas &c. declarat augumenti tempus, & tangit

Dubitatio notāda.

De loco ad quem calor retrahitur in principio feb.

Qūo calor naturalis in principio feb. a materia præfocatur.

Principiū accessionis quid.

tempus

tempus ſtatus cum dicit. At cũ iã ad ſummũ & c. declinationem uero tangit ibi. Hinc uero ſi humores fuerint tenuiores, & totum eſt clarũ. Et quia hæc tempora penès talem motum caliditatis diſtinguuntur, Gal. dixit. 3. de Criſi, com. 9. q; in declinationibus acceſsionũ particularium propter uirium imbecillitatem plurimi pereunt, quod nõnulli uidentes, iccirco opinantur & in uniuerſalis declinationis tempore poſſe aliquem mori, qđ non eſt uerum. Vbi enim morbi ſtatus præterierit, natura quidem iam ſuperior euaſit: neque. n. aliter morbus declinaſſet: nullus autẽ modus mortis tunc aduenientis excogitari poteſt præterq̃ ex errore. Sed quidam dubitant. Si æger non eſt mortuus in ſtatu uel augumento, quomodo nunc in declinatione morietur. declarat Gal. rationem diuerſitatis, & Auic. ſecunda quarti, quia in declinatione acceſsionis licet materia reſoluatur, remanet tamẽ minera quæ habet interficere. et nõ moritur in ſtatu, ſed in decl'atione, quia in ſtatu, et augmẽto uirtus ſtat unita circa cor, et in declinatione expãditur ad extrema, & tũc eſt minus fortis. Contra dicunt. Auic. ibi cap. 98. Multoties moritur aliquis in declinatione Variolarum, & ſic in declinatione uniuerſali. Item contingit naturam uincere materiam, & ipſa uinci à materia, quemadmodum de duobus inuicẽ pugnãtibus, & de interficiente ſerpentẽ, qui ab eo uenenatur.

Nõ põt in declinatione ul'i aliq̃s mori.

Dubitatio.

Q̃uõ poteſt q̃s in declinatione acceſsionis mori

Item in morientibus per resolutionem æger moritur in declinatione. Dicẽdum ad primum, q cum uarioli retrahuntur intus, declinant, & tunc possunt ægri mori. Dicendum secundo, q remotis uariolis stante febre contingit mori, & tunc nõ est uniuersalis declinatio. uel dici potest, q cum uariolæ sint malignæ, facile est q fiat error, et tunc moriuntur: quoniã quilibet paruus error in morbo ueneno so potest interficere. Ad secundum negatur similitudo de duobus pugnantibus, & de natura agente in materiam morbi: quoniam natura agit cum alteratione calefaciendo & infrigidando, pugnantes autem non sic agunt. Nam si calidum ut. 8. agit in frigidum ut. 8. calidum non inducit in frigidum caliditatẽ, nec frigiditas inducit in calido frigiditatem. Nec unquam calidum agens in frigiduus, si superet potest uinci à frigido, immo illud sibi assimilat, & ideo pugnantes possunt interficere & interfici. Si dicas saltẽ poterit natura materiam istam expellere ad membrum aliquod in quo fiet apostema & dolor in tantum q interficiet. hoc negatur: Nam secundo Prono. 67. Si materia sit concocta & expellatur ad aliquod membrum, non potest ex hoc æger mori, immo cum apparent signa completæ concoctionis, licet uideatur uirtus deficere, et adsint accidentia mala, non est possibile q moriatur: excipiuntur tamen secũdum Gal. ibi ægritudines pectoris

Cũ signa cõpletæ cõcoctionis apparẽt, licet adsint symptõata mala nõ põt æger mori nisi ægritudo sit ĩ pectore, aut pulmone.

ctoris et pulmonis: quoniam in his requiritur fortis uirtus ad expellendum, Nam licet materia sit concocta, nisi expellatur interficit. In alijs membris non est ita: quoniam in pectore duplex est uirtus: una quæ digerit et est uirtus naturalis. Altera quæ expellit, & est uirtus uoluntarie motiua, & ideo licet materia sit concocta, tamen si uirtus motiua fuerit imbecillis poterit interficere. In alijs mēbris uirtus quæ digerit est illa quæ expellit, ideo si potuit digerere poterit expellere. Ad aliud dicendum, q̧ illa est falsa declinatio. Vnde Gal. 3. de Crisi, cap. 9. uehementior fit continue magis pulsus, & æqualior atq; ordinatior in optima declinatione: expellit. n. natura fortius omnem subito febrilem calorē: debilior uero atq; inordinatior, & inæqualis est pulsus in mortalibus declinationibus: nam una cum alijs tunc calor febrilis expirat, atq; hinc spes melioris exoritur mox quum ad leuandum uentrem surrexerunt animi defectum incurrunt, & nonnulli pauco ac tenaci sudore effuso moriūtur, uel etiā sine surrectione: sic quidem in particularium accessionum declinationibus sine crisi moriuntur: in principijs uero propter magis subitum humorum ad interiora motum ueluti suffocata, atq; extincta natura non aliter q̄ si lignorum uiridium aceruū super flammam coniicias: reliquus est igitur mortis sine crisi modus in exitialibus morbis tēpore

In pectore uirtus quæ digerit ē alia a uirtute quę uolūtarie mouet.

Quis pl̄sus in optima declinatione.

ſtatus à uehementia acceßionis natura ſuperata: ſic & in augumentis plerunq; moriuntur nõ alio modo q̃ ſtatus ratione. Omnino.n. quando à uehementi morbi natura ſuperatur ratione ſtatus moriuntur. Contingit uero aliquando & in augumẽtis acceßionum, ſed rarius hoc accidit, atq; idem eſt modus cum illo qui fit tempore ſtatus: tres igitur ſunt omnes mortis modi his qui ſine criſi moriuntur. Primus quidem in principijs acceßionum qui in magnis inflammationibus plurimũ cõtingit, quæ membra occupant principalia: uel ob humorum multitudinem, craßitudinem, ac tenacitatem, qui ſubito confluunt ad interiora, adeo ut ſpiritus meatus integre obſerrent. Alter uero tẽpore ſtatus à morbi ui natura ſuperata alias uero iam reliquus in declinationibus qui rarißime accidit uigore uitali reſoluto: horum uero nullus cum criſi contingit: neq;.n. morbum depellere in huiuſmodi mortis modis ab initio natura tẽtauit. Vbi uero tentauerit, ſed ſuccubuerit, malã criſim talem euentum appello. Et fit omnino uel cũ excretionibus uel abſceßionibus effatu dignis ſimul cum reliqua omni perturbatione, de qua diximus antea: huiuſmodi uero criſium præcognitiones minus ſtabiles ſunt et ualde prudente et arte inſtructo: atq; exercitato medico indigent: primum quidem nunquid futuræ ſint. Deinde ſi ſtatim hominem interficient uel tantummodo nocebunt: Sed

Tres modi mortis his q ſine criſi moriuntur.

prius

prius exercitari oportet in optimarum crisium præcognitione de quibus prius locutus sum. Dein*de in his quæ non sunt optime bonæ:tamen ac deinceps ad malas descendere.*

TEX.

SED vbi in parte dispositio permaneat, necesse est alterum in ea gigni excrementũ: cum quod rursus in eam attrahitur alimentum, non plane totum vincatur. Quod rursus (vt ante docuimus) & ab excrementis putridis in parte ipsa relictis, et ab ipsa propria prauitate, initium putredinis suscipit: & vbi admodum incaluerit, rursus decumbit in ipsam, vt prius dictus ex aliĳs animalis partibus sanguis, rursusq; eodẽ modo, initium, incrementum, vigor, & inclinatio accesionis fit. Atq; hoc certo ambitu tantisper fit, dum affectus in parte primum gignente excrementa seruatur. At vero dispositio talis duplex est: altera quidem partis debilitas, per quam gignuntur excrementa, altera vero ex ipsis quotidie genitis collecta. Caue enim putes in vasis externis in quibus elixa cibaria, nidorulenta euaserunt, dispositionem quandam relinqui: in partibus autem in quibus humores putrescũt, nullam permanere. Quũ sanè hæc affectio ægre soluatur, quoties Lau.

vniuersum corpus malis humoribus abundet, ac plethoricum sit, multoque ægrius, quoties in his fuerit angustia omniũ meatuum partis excrementa educentium. quẽadmodũ & sanatio subsequetur, si & meatus expurgentur, vt partis meatus fluxiles sint, & vires roborentur, & dispositio corrigatur: & vniuersum corpus neque malis humoribus scateat, neque plethoricum sit. Quandiu autem hæc permanent, circuitionem accessionum permanere necesse est. Similiter accidit in mulieribus. In eis enim quoad similis causa et æqualis permaneat menstruorum, eadem eorum circuitio retinetur. Sed de his omnibus in libro de Rheumaticis dispositionibus latius docuimus: & nunc immorari diutius in confirmandis iis quæ ante demonstrata sunt, minime conuenit: neque præterire capita rerum in præsens vtilium.

Leoni. *De cã periodicationis.*

SED quum in parte remaneat affectus, necessarium est in ipsa superfluitatem aliã generari, quum id, quod denuo ad ipsam trahitur alimentum non totum exquisite conuincatur, quam rursus, vt antea dictũ est, a putridis superfluitatibus in parte relictis, ac proprio ex vitio putredinis principium accipit, ac quum satis caluerit, rursus

rurſus ad ipſum influit, quemadmodum antea ex aliјs animalis partibus, ſanguis. Atque eodem rurſus modo, principium, aſcenſus, conſiſtentia, declinatio alterius fit acceſsionis, neque hoc per circuitum. deſinit fieri, donec in parte ſuperfluitates generanti ſeruatur affectus. Eſt vero duplex huiuſcemodi affectus: alter quidē imbecillitas partis, ex qua fiunt ſuperfluitates: alter vero qui ex eiſdem quotidie genitis oritur. Neque enim exiſtimes in exterioribus his vaſis, in quibus eſt elixatum obſonium in vapores eſt reſolutum, quandam relinqui diſpoſitionem, nullam autem in partibus in quibus humores putruerunt. Tunc vero magis eam quæ remanet diſpoſitionem impoſsibile eſt ſolui, quando vniuerſum corpus multis, & vitiatis humoribus fuerit oppletum, ac multo etiam amplius ſi his adiungatur omnium, per quos membri ſuperfluitates excernuntur, meatuum aſtrictio. Sicuti etiam ſanitas ſubſequeretur, ſi & meatus eſſent aperti, ita vt in membro liberi tranſitus fierent, ac potentia vegetior redderetur, emēdareturq; affectus, atq; vniuerſum corpus, neq; multis, neq; uitioſis humoribus grauaretur. Donec vero hæc perdurauerint, cir-

cuitum quoq; accessionum seruari est necessarium. Hoc idem in mulieribus accidit, nam & in his donec æquales ac similes mẽstruorum causæ fuerint, idem seruatur circuitus. De his vero vberius a nobis scriptum in libro de fluctionibus, neq; nũc in eis probandis quæ antea fuerunt demõstrata, tempus terere est necessarium. Sed neq; capita earum rerum quæ huic loco conducunt, sunt prætereunda.

COMMEN. 156.

OSTENDIT *causam periodorum dicẽs cũ in parte remanet affectus.i.eius imbecillitas, necesse est in ipsa superfluitatem generari, cũ alimẽtum quod denuo ad ipsam attrahitur nõ totũ exquisite conuincatur, quod rursus à putridis superfluitatibus in parte relictis ac ex proprio uitio principium putredinis accipit.* Et *cum satis caluerit, rursus sanguis ex alijs animalis partibus, quemadmodum antea dictũ est, ad ipsum influit. Atq; eodem modo rursus, principium, ascensus, consistentia, declinatio, alterius fit accessionis: neq; hoc, inquit, per circuitum desinit fieri, donec affectus seruatur generanti superfluitates, qui duplex est, alter partis imbecillitas ex qua superfluitates fiunt. Alter uero reliquiæ quæ quotidie ex eisdem superfluitatibus oriuntur & multiplicãtur, hæ etiam causa sunt aggregationis superfluitatis*

fluitatis, et reuersionis febris. Et *qualiter hoc declarat cum dicit*. Neq; *n. existimes &c. & quod dicit est per se clarum, dictum etiam fuit supra q. mala qualitas, quæ in loco mineræ putredinis derelinquitur non solum est causa, ut per uiam congestionis in parte aggregetur superfluitas: sed etiam attractionis superfluitatis ab alio loco ad illum*. Et *idem ostendit accidere in mulieribus*, Et *excusat se à determinatione ampliori. Postea cum dicit.*

TEX.

MAXIME autem vtile est cognoscere, quod aliquæ partes alijs transmittunt fluxiones, quemadmodum caput oculis: quędam vero ab excrementis in se genitis initium febricitandi suscipiunt: & quod his omnibus commune excrementorum putredo est. Propriũ vero singulis, huic quidem infarctio ac stipatio vasorum, aut ex humore glutinoso, vel crasso, vel multo: alteri vero angustia meatuum vel sensibilium, vel minime sensibilium: alii autem quod omnia spatia vacua in toto ipsius corpore sunt oppleta, & ab his plenitudo ad vires: quemadmodum in libro de plenitudine docuimus. Febrium igitur circuitione repetentium haud scio an vlla generationis causa omissa sit. Lau.

...oni. SVNT autem hæc cognitu vtilia, quòd nonnullæ quidem partes ad alias superflui tates transmittunt: quemadmodum caput ad oculos: nonnullæ autem ab eisdem in se ipsis genitis principium febricitandi tra hunt, quodque his omnibus superfluitatum putredo communis existit. Singulis autem proprium inest, huic quidẽ obstructio, ac compactio vasorum ob humores vel crassos vel multos. Alii meatuum constrictio, sensibiliũ. s. vel insensibilium. Alii omnia in toto ipsius corpore loca inania sunt oppleta, ac præterea ea adest multitudo, quæ ad potentiam dicitur, quemadmo dum in libro de Multitudine ostendimus. Earum igitur febrium quæ per circuitum accessiones faciunt, nescio si qua est nobis causa prætermissa.

COMMEN. 157.

Quatuor utilia ad pfectã periodicogationẽ.

OSTENDIT *quatuor esse utilia ad perfectam periodi cognitionem. Primum est cognoscere, quòd aliquæ partes ad alias superfluitates transmittunt, quemadmodum caput ad oculos. Secundum est, quòd nonnullæ ab eisdẽ superfluitatibus in se ipsis genitis principium febricitãdi suscipiunt. Tertium, quòd putredo superflui tatum his omnibus communis est. Et quartum, quod singulis partibus proprium inest, huic quidem obstru-*

obstructio & cōpactio uasorum ob humores glutinosos, craßos, uel multos. Aliĳ uero constrictio meatuum sensibilium uel insensibilium. Alicui uero aliĳ omnia loca. s. uenę & meatus in toto ipsius corpore inanita, sunt repleta, ac pręterea ea adest multitudo, quę ad uirtutum dicitur. Et ponens finem dicit, ꝙ nescit si qua est causa pretermissa earum febrium quę per circuitum accessiones faciunt, quasi dicat nulla. Et differt plenitudo quo ad uirtutem à plenitudine quo ad uasa, secundum ipsum in lib. de plenit. humorū & nono methodi cap. quinto, quoniam plenitudo quo ad uirtutem, nec sic obstruit uenarum ora, ut refrigerationem prohibeat, neque tunicas earum distendit, neq; ruborem, neq; tumorē operatur, neq; transpirationes carnis uel cutis detinet: Sed plenitudo quę contineri à uasis ultra non ualet, uasa perrūpere et recludere solet, & reliqua modo dicta symptomata inducit, obstructionem, distentionem, tumorem, ruborem &c.

Plenitudo quo ad uirtutē, et quo ad uasa.

TEX.

EARVM Autem quæ ordine carent, nonnullæ ob humoris mutationem, non nullæ ob rationis uictus errorē, ad eiusmodi constitutionem deueniunt. Sanguis igitur putrescens maxime mutatur, quoniam (ut añ diximus) partim flaua bilis, partim atra efficitur. Quantum igitur humores in

Lau.

corpore ęgro mutãtur, tantum & circuitio nes accessionum. Quo circa minime mirũ uideri debet, ꝑ tales mutatiões ordinẽ quo que mutari. Mutantur vero maxime, ubi ꝗ incepit putrefieri, ĩ aliqua parte alius exi stit, alius autem ex aliȷs defluit, qui aut in il lis solis talis habebatur, aut in toto aĩalis corpore exuperabat. Nec secus quæcunq; ægri in uictus ratiõe delinquunt, hæc quo- que nihilo minus corrumpũt circuitionis ordinem. Vt enim in sanis prauus uictus morborum causa est: eodẽ modo uel ma- gis etiam in ægris, ex ȷs quę deliquerint, ac cesiões inordinatę existunt. Nec solum ad- huc ęgrotantes, sed etiam quo tempore à morbis se colligunt, prompte ex quouis delicto lęduntur. Quo circa per omnem in signem lęsionem uel pręuenire multum cir cuitiones cogunt, aut diuersi generis à prio ribus quasdam gignunt, à quibus accessio- num ordo corrumpitur. Sępe uero ob im- plexionem circuitionum incognitam me- dicis, ægri uisi sunt pati inordinatas ac- cessiones. Sed tales ordinum permuta- tiones re uera non sunt: Sed tantum mo- do uidentur. Quęcunque autem re uera sunt, aut ob permutationem humorum committentium febres, aut ob errorem in

uictus

uictus ratione efficiuntur.

EARVM Autẽ q̃ ordine carẽt, nõnullę ex trãſmutatione humoris, nonnullę ob uictus errorem ad talẽ diſpõnem deueniũt. Maxime igitur tranſmutatur, atq; in alterã naturã trãſit ſanguis, quum putreſcit. Nã, ut etiã antea expoſuimus, pars vna ſanguinis fit flaua bilis, alia nigra. Quãtũ vero ĩ ægrotantium corpore humores mutãtur, tãtum etiã acceſſionũ circuitus. Quare nihil mirandũ eſt, ſi in huiuſcemodi mutationibus ordo acceſſionum euariet. Illa quoq; non parum eſt uarietatis cauſa, quod qui putreſcere incipit humor, in aliquo membro conſiſtit: alter uero ex aliȷs defluit partibus, qui uel in ipſis ſolis cõtinebatur, aut in vniuerſo corpore aĩalis redũdabat. Sic & quæcunque circa uictus rationem errata ab ægrotantibus fiunt, nihilominus hęc circuituum ordinem euertunt. Quẽadmodum enim ipſius quoq; ſanis victus deprauatus ægrotandi affert occaſionem, eodem, vt arbitror, modo, vel etiam magis in laborantibus ex erroribus admiſſis fiunt acceſsiones. Non ſolum igitur quum iam ægrotant, ſed eo etiam tẽpore quo ex morbo referuntur, quacũq; ex cauſa promptiſſime offenduntur. Quodcun-

Leoni. *De cauſis inordinatiõis piodorũ.*

que igitur offensionis genus effatu dignũ interuenerit, uel circuitus anticipare, aut alios diuersæ naturæ à prioribus oriri est necessarium, à quibus accessionum ordo peruertitur. Sæpius uero ob circuituum complicationem, quæ à medicis ignoratur, uidentur absque ordine accessiones in ægrotantibus fieri. Sed non ita re vera res se habet, quemadmodum uidetur, sed tunc uere ordo euariatur, quando qui febrem faciũt humores, in alteram naturam transierint, aut in uictu errare contigerit.

COMMEN. 158.

Trãsmutatio humoris et error in uictu, cãę inordinationis periodorũ.

Quomodo humor unus ĩnaturã trãsmutatur alterius.

CVM *Posuit causas periodorum in febribus & ordinem ipsarum. Nunc causas assignat inordinationis earum, & duas dicit esse huiusmodi causas. Vna est transmutatio humoris, Alia est error qui fit in uictu, & declarat has duas causas & primo causam ex transmutatione humorũ, secundo causam ex errore uictus, ibi. Sic & quæcũque circa uictus rationem errata. Et pro prima intelligendum, q; humor unus transmutatur in naturam alterius, uel per alterationem, & hoc primo tetigit cum dicit. Maxime igitur trãsmutatur atq; in alteram naturam transit sanguis cum putrescit, uel per admixtionem alterius humoris cũ illo, & hanc causam tangit cum dicit. illa quoque non parum est uarietatis causa &c.* Postea in-

quit, q. sæpius ob cõplicationem circuituum quæ à medicis ignoratur uidentur sine ordine acces=siones in ægrotantibus fieri. Sed non est ita, quẽ=admodum uidetur. Sed tunc ordo uariatur quã=do humores qui febrem faciunt in alteram natu=ram trãsierint, aut in uictu errare contigerit. Sed Auic. huius dat quinq; causas prima quarti trac. secũdo cap. primo. Prima est diuersitas mate=riei in multitudine, paucitate, crassitie & subtili=tate. Nam si materia multa fuerit naturam ir=ritat sua multitudine accessionem fortiter acce=lerans, & ipsam prolongans. Et si pauca fuerit tardius mouetur ad accessionem nõ cito irritans uirtutem expulsiuam, et si multũ crassa fuerit ac=cessionis aduentus multum tardabitur ex inepti=tudine eius ad motum, & si subtilis fuerit accele=rabitur accessionis aduentus ex mobilitate eius.

Inordinationis periodorũ causę quinque.

Secunda causa est diuersificatio in genere. i. trans=mutatio de uno genere humoris in aliud in eis. s. materijs febrium, ita ut permutentur quædam materiæ febrium in materias alterius generis, uel speciei, sic q. differunt à materijs priori=bus non solum multitudine, & paucitate, te=nuitate, & crassitie, sed etiam propria specie, sic synocha febris continue affligens quandoq; conuertitur ad periodicationes tertianas, san=guine ex quo fit in choleram conuerso, quando=que ad quartanas ipso conuerso in melancholi=

secunda causa.

am, & febres erraticæ circa autumni tempus ad febres quartanas, dato ꝙ fuerint prius continuæ uel tertianæ iuxta id Hyppocratis *prognosticorum tertio. febribus inordinate uagantibus quartanæ sunt futuræ, & maxime circa autumnum.*

Tertia. *Tertia causa est malitia regiminis ægri, ut si patiens tertianam se soli exposuerit, uel se balneauerit, uel cibis calidis & uino forti usus fuerit, irritabit choleram, & eam mouebit ante tempus suum, ita ut forte affligat quaque die.*

Quarta. *Quarta causa est debilitas infirmi ob quam natura tardius mouetur ad depellendum materiam febris ad mineram eius.*

Quinta. *Quinta causa est multitudo sensus seu uiuacitas, & acumen eius, qua festinatur aduentus accessionis: quia natura cito irritatur ab acumine modico uel oppressione materiæ peccantis, & promouetur ad cito expellendum ipsam.*

TEX.

Lau. RELIQVVM Porro synocharũ genus (quarum totum tẽpus vna accessio est, aut semper æqualis, aut decrescens, aut increscẽs vsq; ad iudiciũ) ex tali causa fieri solet, qualem oĩum feb. Praxagoras statuit, humorũ in caua vena putredinẽ esse existimãs. sed absolutior sermo ac verior hoc modo euadet. Quicunque circuitionibus

quibusdam repetunt morbi, partiũ super-
ueniunt dispõnibus, vel mittentiũ, uel susci
pientiũ, vel gignentiũ, vel trahentiũ excre-
mẽta, eo quo paulo supra diximus modo.
Qui vero sine circuitiõe fatigant, in his nul
lus locus peculiaris affectus est: sed humo-
res ĩ uenis & arterijs oĩbus, maximeq; qui
in maximis & calidissimis sunt, aut ob ali-
quam aliã causam, ut in diarijs, aut etiã ob
putredinem feruefacti, accendunt febrem
vnam continuam, ab initio usque ad fi-
nem minime intermittentem, eatenus du-
rantem, ac deurentem hominem, quoad
gignentes eam humores sint consumpti,
aut concocti, aut utrunq; passi.
RELIQVVM Est id febriũ gñs, q̃ sy- Leoni.
nochæ vocant, quarũ vniuersum tempus
vna accessiõe finitur, q̃ vel semper in eodẽ
vigore persistit, vel minuitur, vel augetur,
donec finiatur. Hæ vero oẽs ex tali causa
ortum habent, qualem Praxagoras existi-
mabat, humorum videlicet in causa vena
putrefactionem. Quanquã absolutior
ac verior sermo hunc in modũ diceretur.
Quæcunq; per circuitus aliquos ęgritudi-
nũ accessiones fiunt, ex membrorũ disposi
tiõibus ortum habent, quę. s. membra, vel
mittunt, vel suscipiunt, vel generant, vel

attrahunt ſuperfluitates eo quo nuper dixi-mus modo, ſed quæ circuitū non habēt, in his nulla eſt corporis pars quæ pręcipue ſit offenſa. At qui in uenis & arterijs omnibus continentur humores, atq; hi præſertim, qui in maximis atq; plurimo calore abundantibus ſunt, aut ob aliam quamuis cauſam, quemadmodum in ephemeris, aut ob putrefactiones feruentes febrem accendunt ſynocham appellatam, quæ á principio uſq; ad finem nullam habet intermiſſionem, ac tandiu perſeuerat, hominemque deurit, donec qui ei cauſam afferunt, humores aut ex toto conſumantur, aut coquantur, aut utrunque patiantur.

COMMEN. 159

De cauſa ſynocharum.

DISOLVIT *Aliud dubium motum in principio huius capituli, quod fuit de cauſa febrium ſynocharum quæ unius ſunt acceſsionis á principio uſque in finem, cuius differentiæ ſunt tres, ut ſupra fuit declaratum, et primo auctoritate Praxagoræ qui exiſtimabat cauſam eſſe putrefactionem humorum in uena caua.* Deinde, *quia hæc ſolutio eſt imperfecta, ponit aliam ſolutionē ueriorem, dicens, q̧ quæcunque acceſsiones ægritudinum per circuitus aliquos fiunt, ex membrorum diſpoſitionibus habent ortum, quæ membra, uel mittunt, uel ſuſcipiunt, uel generant, uel attrahunt,*

hunc superfluitates eo modo quo supra dictũ est: sed quæ circuitum non habẽt, in his nulla est corporis pars quæ præcipue sit offensa. Sed humores qui in uenis & arterijs omnibus cõtinentur, & hi præsertim qui in maximis, & plurimo calore abundantibus sunt, aut ob aliam quãuis causam feruentes, quemadmodum in ephemeris, aut ob putrefactionem febrem accendunt synocham appellatam, quæ à principio usq; in finem nullam habet intermißionem, ac diu perseuerat, hominemq; deurit, donec humores qui ei causam afferunt, aut ex toto cõsumantur, aut coquantur, aut utrunq; patiantur, Et sic tangit synocham sine putredine, in qua simplex est calefactio in sanguine, ut in ephemera in spiritu, & synocham de putredine. Iuxta ergo declarata, dicendum, q; causa quare ægritudines motum suum obseruant periodicũ est periodica expulsio superfluitatis ad aliquem locum determinatum ex fortitudine alicuius particulæ expellentis, & debilitate alicuius recipientis ab illa, quæ particula expellens periodice congregat in se superfluitatem ex causis quas posuit, & sic ad debilem periodice expellit. Aut fit talis motus periodicus ex congregatione superfluitatis in aliqua particula periodice, per uiam congestionis ex debilitate existente in prædicta particula. Et ex his causis conclusit Gal. q; in omnibus febribus et ægritudinibus habentibus

Synocha de putredine à principio usq; in finem nullã habet intermißionẽ

Cã quare ægritudines suũ motũ obseruant periodicũ.

motum periodicum est aliquis locus patiens præcipuus ad quem sicut ad mineram putredinis fit expulsio humoris, aut aggregatio, qui in prædicto loco putrefit. Et hoc inducit in febribus, ex eo quòd reperitur in passionibus manifestis, ut ophthalmia, & similibus. In febribus .n. intermittentibus manifeste apparet: expellitur .n. materia de loco uenarum ad locum extra uenas, & hoc ob causas dictas. In febribus autem continuis proportionalibus fit putrefactio materiæ intus in uenis paruis, ad quas tanquam ad mineram putredinis expellitur periodice materia causans accessionem. Sed continuatur una accessio cũ alia propter causas supra assignatas. Febres autem quæ sunt unius accessionis à principio usq; ad finem, sunt febres in quibus non est aliquis locus præcipuus patiens, ad quem tanquam ad mineram expellatur, uel attrahatur, uel aggregetur materia periodice, sed putredo in eis est communis omnibus uenis, aut saltẽ in magnis & propinquis cordi, in quibus humor incessanter putrescit à principio usq; in finem sine innouatione & periodicatione. Durat autẽ febris synocha per aliquos dies propter multitudinem prædictæ materiæ causantis eam. Et ideo humor eam febrem causans est sanguis cuius putredo cõmunis est omnibus uenis. Sed uidendum ulterius quæ sit causa quare humores diuersi habentes motum periodicum habeant

In feb. quę unius sunt accessionis a prĩcipio usque in finẽ nõ est aliqs locus præcipuus ad quem materia periodice expellatur.

beant

beant periodos diuersos, ut aliquis de die in diem, aliquis de tertio in tertium, & aliquis de quarto in quartum. Hoc enim non specificauit Galenus, sed solum quare in quibusdam ægritudinibus cadat motus periodicus, & in quibusdam non. Et licet ex ordinato motu uirtutis expulsiuæ declarauerit ordinem periodorum, nihilominus non apparet ex hoc, cur cholera de tertio in tertium periodicet, & melancholia de quarto in quartum, phlegma uero quotidie. Et dicendum, ut supra, quòd ordo periodicationis dependet ex ordinato motu uirtutis expulsiuæ. Nam uirtus expulsiua expellit, quando à multitudine materiæ uel eius malitia irritatur. Nam ut dicit Galenus. Causa quare aliqui quotidie eadem hora egestiones emittunt, non est alia nisi quia tunc temporis uirtus à multitudine egestionum aggrauatur, & sic tantum tempus singulis diebus requiritur ad hoc ut aggregetur tanta superfluitas. Sic de humoribus dicendum: nam cholera cum erit tanta quæ stimulet, tunc uirtus expulsiua eam expellit, & non prius, quia prius uirtus ab ea non stimulatur, & tantum requiritur tempus, ut ipsa tanta aggregetur, & non tantum ut aggregetur phlegma. Vnde phlegma periodum habet citiorem, & melancholia tardiorem, cholera autem inter istas medium tenet: Phlegma enim citissime congregatur, quia eius quantitas in corpore est multa,

Quare humores diuersi habentes motũ periodicum periodos habeant diuersos

ob quam multitudinẽ cũ non est in naturali dispositione aggrauat partem in qua aggregatur, Vnde causa est ut uirtus expulsiua irritetur ad citã eius expulsionem. Est etiam phlegma faciliter putrescibile ob ipsius humiditatem. Etiam ab ipso tarde transpirat caliditas, & non perfecte: quia substantiam habet uiscosam, ob quas omnes causas alijs humoribus habet periodos citiores. Melãcholia uero in corpore pauca est, inepta putredini, cum ex duabus qualitatibus illi opponatur, perfecte etiam ab ipsa transpirat caliditas cum non sit uiscosa. Et ideo habet motum tardũ: quia tamen est humor terrestris in quo diu permanet impreßio: idcirco cum mota fuerit, diutius perdurat eius acceßio, q̃ alterius humoris, & licet tempus quietis habeat maius, Cholera uero inter istos humores se habet medio modo: ipsa.n. uelociter congregatur propter eius subtilitatem & cito mouetur, & qualitatem habet acutam, unde naturam stimulat & irritat: sed ipsa non sic est apta putredini, ut phlegma propter eius siccitatem, neque est multa ut phlegma. Similiter ab ipsa perfecte transpiratur caliditas, quia uiscosa non est, & ideo periodos habet tardiores, q̃ phlegma: sed quia plus est apta putredini, & congregationi, q̃ melancholia, ideo periodos habet citiores, quàm ipsa, & quia subtilis est & facile permutabilis, & in subiecto non durat, ideo

tempus

tempus eius acceßionis minus est tempore acceßionis aliarum febrium. Auerrois quarto colliget cap.26.dicit contra Galenum, quòd ordo iste attribuitur ca[illegible] naturali, & non accidentali: quoniam si post cras moueatur materia, hoc fit à calore naturali eam præparante, & non quia tantum tempus requiritur, ut tanta reaggregetur materia: Habet enim Galenus in hoc secundo, quòd acceßio minori tempore durat, cum incrementum caloris nō durat quod poßit aliam materiam ad paroxismum disponere, & sic periodicationem attribuit calori putredinali et multitudini materiæ. Et propterea dicit Auerrois, periodicatio inordinata est malum signum. Et si dicatur contra eum, quòd febris illa quæ semper eadem hora uenit est deterior: quoniam signum est quòd materia non cedit calori naturali, sed æqualiter resistit. diceret Auerrois, quòd cum seruatur ordo est signum bonum, quia significat quòd natura uincit materiam. Sed contra: quoniam tunc in declinatione uniuersali acceßiones deberent anticipare, si ipse insequūtur uictoriam nature: tunc enim maxime natura uincit, & materia magis est obediens, quòd si dicat Auerrois duo concurrunt, non solum actio naturalis, sed & qualitas mala quæ uirtutem stimulat: tunc eius opinio si hoc modo intelligatur non erit contra-

Auer[...] opinio.

ria Galeno : quoniam si non solum actio caloris naturalis, sed etiam malignitas materiæ sunt causæ expulsionis, tunc idem dicit quod Galenus, quoniam ex reliquiis caloris præcedentis accessionis acquirit hæc materia malignitatem, qua uirtus expulsiua stimulatur. Calor ergo agit digerendo in materia ista, & sic materia quæ erit in tertio uel quarto paroxismo, erit magis digesta, & idem diceret Galenus, quoniam semper calor naturalis agit in illam eam digerendo. Igitur ex calore derelicto à paroxismo præcedenti, tum ex digestione naturæ materia ista præparatur ad expulsionem, & sic, tum calor naturalis, tum multitudo uel malignitas materiæ, sunt causa periodicationis. Sed contra hanc Galeni positionem arguit Gentilis, Et primo sic. effectus ordinatus debet reduci in causam ordinatam. Sed huius effectus causa est inordinata : quoniam in corpore tanta quantitas potest reaggregari in sex horis, in alio in quatuor, secundum materiæ diuersitatē quæ est maior uel minor, secundum complexionem magis cholericam & minus cholericam, secundum indigestionem ciborum, maiorem uel minorem. Secundo arguit iste effectus nō potest in causam manifestam reduci. Ergo in occultam debet reduci : assumptum probatur : quoniam non potest reduci in calidum uel frigidum: quia cholera

Argumēta Gentilis.

lera per calorem cito mouetur, & phlegma tarde cum sit frigidius quod sit in corpore: nec reduci potest in crassum & subtile: quia cholera cum sit subtilior deberet citius moueri phlegmate, nec in quantitate: quia contingens est melancholiam reperiri ampliorem in corpore, q̃ flauam bilem. Et sic relinquitur quòd sit proprietas. Et sic cholera in corpore humano habet proprietatem hanc, quæ sequitur suam speciem, q̄ ipsa congregatur de tertio in tertium, & phlegma de die in diem. Et melancholia de quarto in quartum. Ideo Auicenna capitulo de Febribus apostematum dicit. Vnicuiq; humori inest periodus, quæ sibi conuenit, ut sanguini semper conuenit moueri, quotidie phlegmati, de tertio in tertium choleræ, melancholiæ de quarto in quartum. Sed hæc opinio Gentilis nullo pacto teneri potest. Nam quod à proprietate inest, omni, soli, & semper inest. Est enim proprietas res naturalis, agit enim semper eodem modo: nam actuatum reubarbarũ semper trahit choleram, sic et ista proprietas quæ est in cholera semper deberet eodem modo agere. Cur ergo sic agit hodie, & non cras? Non enim uirtus est uoluntaria, sed naturalis. debet ergo semper mouere, & non magis una die, quàm altera. Gentilis uidens hoc argumentum contra se prima quarti tractatu secundo, capitu=

lo.49.ubi Auicenna dicit quòd febris epiala propter craßitiem materiæ eius quandoque conuertitur in quartanam & tertianam: quoniam huiusmodi materia in corpore est pauca & parue putrefactionis accidens raró. Et paucitas est ex causis elongationis periodi, & hoc non extrahit eam ab hoc quin sit phlegmatica, sed ipsa est phlegmatica, propterea quòd putredo est putredo phlegmatis, non propterea, quòd paroxismus redeat omni die. Dicit respondendo, quòd effectus qui sequuntur formas specificas & formas substantiales, sequuntur eas in determinata mensura accidentium, & nisi sit prohibens. Vnde turbith euacuat phlegma à proprietate, et scamonea choleram in determinata mensura, & tamen si extra quantitatem, quam forma requirit pro hac operatione dentur, euacuabunt sanguinem. Similiter Magnes si inungatur allio non attrahit ferrum. Phlegma igitur mouetur de die in diē ex sui proprietate cum fuerit determinatæ quantitatis: cum autem paucificatur & incrassatur, licet ex forma specifica debeatur sibi omni die paroxismus, tamen impeditur ex his accidentibus. Vnde pigritabitur & tardabitur motus ad tertium uel ad quartum diem. Et sic cogitur Gentilis dicere, quòd ista materia semper agit cum hac proprietate: sed agit in tali tempore cum fuerit

tanta

tanta quantitas reaggregata. Et ſic tunc quantitas erit quæ agit, non proprietas. Et ſic pot ſt argumentum reflecti contra ipſum: nam quòd phlegma maioris ſit, uel minoris quantitatis poteſt in infinitum uariari. Et ſic ſua proprietas nõ habebit cauſam terminatam, ſed in infinitum uariabilem. Et ideo melius eſt dicere, ꝙ uirtus ipſa expulſiua eſt quæ expellit, & materia reaggregata quæ irritat. Et ad argumenta contra Galenũ, dicendum ad primum concedendo, ꝙ effectus ordinatus ordinatur in cauſam ordinatam: ſed ſicut uariatur cauſa. ſ. materiæ reaggregatio, uariatur etiam effectus, & ſicut cito reaggregatur materia, cito etiam ſequitur effectus. Ad ſecundum. Nõ poteſt reduci ad cauſam manifeſtam. hoc negatur, licet non ſit caliditas, uel frigiditas, humiditas, uel ſiccitas: quoniã prouenit à tanta materia in tanto tp̃e reaggregata, & reducitur ad actionem uirtutis naturalis, quæ requirit tantum tempus ut poßit eam expellere. Et in hoc finem facio ego PAMPHILVS MONTIVS cum gratia ueri luminis, cui ſit ſemper honor, & gloria.

FINIS.

Caſtigationes.

Facie. 5. linea. 19. 90. lege. 93. 12. 12. quinta, lege quarta. 17. prima generalis, generali. 39. 13. ethica, hectica, & ſemper ita legendum. 59. 26. ſanguinis, ſanguis. 69. 23. diecoloris, diecularis. 70. 10. quot, quod. 88. 27. prepoſitiones, propoſitiones. 121. 15. & ſic, & ſi. 201. 28. uenerij, ueneni. 226. 18. ad ab. 272. 13. ex, eſt. 408. 10. ruborum, rubicundum. 609. 8. igni, ligni.

SERIES CARTARVM.

* ** *** A B C D E F G H I K
L M N O P Q R S T V X Y Z
AA BB CC DD EE FF GG HH
II KK LL MM NN OO
PP QQ RR S[illegible]T
VV XX YY.

*Omnes Quaterniones præter *** duerniones.*

IMPRESSVM BONONIAE
apud Anſelmum Giaccarellum.



